UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Clavdii Espencei Theologi Parisiensis De Evcharistia, Eivsqve Adoratione, Libri Qvinqve

Espence, Claude d'

Parisiis, 1573

urn:nbn:de:hbz:466:1-30397

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Th. 7369.

f. VI
27.

Ex donatione R. D. Sebastiani Scholten. 1598

CLAVDII ESPENCEI THEOLOGI PARISIENSIS DE EVCHARISTIA, EIVSQVE ADORATIONE, LIBRI QVINQVE.

EIVSDEM TRACTATVS DE vtraque Missa, quarum alteram publicam, alteram priuatam nonnulli appellant.

Nunc primùm exeunt opera Gilberti Genebrardi Theologi Parisiensis, Diuinarum Hebraïcarúmq; literarum professoris Regij.

AD D. HIERONYMVM BVRGENSEM *Catalaunensem Episcopum & Comitem.*

Collegij Societatis Jesu Paderborna



PARISIIS,

Apud Gulielmum Chaudiere, via Iacobæa, sub Temporis insigni, & Hominis Siluestris.

M. D. LXXIII.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



D. HIERONYMO BVRGENSI CATALAVNENSI EPISCOPO ET COMITI GILB.

GENEBRARDVS THEOLOGVS Parisiensis, diuinarum Hebraïcarúmque literarum professor Regius.

DVÆ OMNINO causæ, amplißime pontifex, me ad editionem librorum de Eucharistia, post auctoris Spencæi clarißimi Theologi mortem impulerunt, quarum alteram duxi è Spencæo ipso, alteram ex operis vtilitate atque materia. Primùm tribus ante obitum mensibus, dum velocem tabernaculi sui depositionem, velut Mæandrius olor, præsentisceret, cum lachrymis & fletu absolutum opus meæ curæ & fidei commendauit. Afferebat rationem sua canitie dignam, se valdè cupere, vt cultus & religionis suæ singulare monimentum apud posteros extaret, quo se in ea fide mori, in qua esset natus, omnis ætas agnosceret. 2. Pet. 1.

2. Mac. 6. *Hanc enim Diui Hieronymi sententiam totidem verbis vsurpabat, & Eleazari sanctissimi viri recordatione, se recreans seniorem se aiebat, quàm vt vllo modo pietatis ardorem minueret vel dissimularet, quamuis tum omnia impiis & à vera religione alienis hominibus concessa, ac cruces sanctis & Catholicis deinceps paratæ propositæque viderentur. Sibi hoc vnum dolere vehementer, quòd per se suas vigilias in lucem proferre, iam non à morbo sineretur, sed cogeretur amicorum operam corrogare, quos sciebat grauibus aliis negotiis distractos. Quid non facerem, quid non susciperem, eius præsertim causa, qui me semel in amicitiam receptum, ad supremum vsque spiritum dilexit, quantisque potuit beneficiis & honoribus coluit? Apud hæreticos præcedentium amicorum omnis memoria morte abolcatur, omnis veteris amoris, societatis & consuetudinis suauitas ex animis superstitum deleatur & pereat, vti apud eos nulla esse potest firma amicitia, quos scelus, impietatis studiorúmque nefariorum coniunctio copulauit. At apud nos Catholicos, quos vnius veri Dei agnitio, vnius Ecclesiæ sancta cõmunio, eorundem sacrorum participatio, æqualis fidei confessio, idem religionis & virtutis amos, vna párque doctrinæ professio Spiritus sancti munere, in vita conciliauit, etiam post mortem valeat, vigeat, duret charitas, & illud sapientissimi Salomonis perpetuò*

Prou. 10. *constet, Memoria iusti in benedictionem. Nam certè Sanctorum communio, quam Apostolico symbolo habemus consecratam, non cum vita cessat, cùm etiam per ipsam moneamur charitatem & necessitudinem*

inter viuos contractam pertinere ad mortuos, vt siue illi assumpti sint in cœlum, siue iusto Domini iudicio in ciuitates refugij, quousque purgatis via pateat in Num. 35.
cœlestem Hierusalem, in quam nihil conspurcatum, nihil immundum ingreditur, fructum aliquem veteris amoris à viuis consequantur, & vicissim in viuos conferant. Sed hic locus latius patet, quàm vt epistolæ angustiis comprehendi valeat. Nunc altera causa est, quoniam de mysterio Christi omnium maximo scribebat, quod quantò nobilius, pretiosius & magis salutare, tantò pluribus maculis à Satanæ ministris aspergitur. Quæ Satanicæ fraudes, quæ artificia, quia probum doctumque minimè latuerunt, sic de eo disseruit, vt minutissima quæque illustrarit, quæcunque attinent ad sacri huius institutionem, ritum, cultum, religionem, honores per totum orbem terrarum, quàm latè procurrit Christianum nomen, receptos diligentissimè est persecutus, atque aperuit errorum turbidos fontes, quos sibi recentes hæretici Lutherus, Zuinglius, quique in sinu Zabuli Bezam apud inferos expectat, Ierem. 2.
Caluinus, derelicto fonte aquæ viuæ foderunt. Non enim primi istarum hæresum fabri sunt & artifices, etsi eas tanquam ingeniorum suorum commenta imperitis hominibus venditare soleant, sed in aliena Iud. 25.
vitula ararunt, & cisternas pridem à putidis & indoctis hæreticis defossas, à sapientissimisque maioribus nostris dissipatas recluserunt atque refoderunt. Qua tractatione nihil potest esse iucundius, nihil vtilius, nihil aptius, his præcipuè temporibus, quibus Gallia nostra cœpit suos detergere oculos & retectas Cal-

uinitarum sordes conspicere, atque mirabile illud Dei iudicium contueri, quo vnico vulnere triumphantes hæreticæ coniurationis principes omnes, iustißima & potentißima Christianißimi Regis manu ea in vrbe extincti sunt, quam pridem ad prædam, direptionem, cædem, incendium designauerant. Etsi autem hi libri fortasse proximè eius mortem euulgari debuerant, vt funeris & testamenti essent comites, parentis vultum quoquo modo cernerent, & iucunda recordatione complecterentur, tamen summa Domini prouidentia hoc ipso tempore opportunißimè exeunt, quo plurimus hæreticorum in Catholicam concursus, vt quos viuens viua voce, viuíque scriptis ad resipiscentiam conuocauit, eos iam resipiscentes, & ad sanitatem redeuntes scriptis posthumis, nunquam morituris, etiam mortuus confirmet. Ad animos enim sanandos firmandósque plurimum refert quis quisque fuerit, qualis vixerit, quantam authoritatem tenuerit quàm magnam ingenij opinionem reliquerit, quæ tanta in hoc fuit, eam vt Aduersarij valde semper metuerint, & adhuc quoque metuant. Testis impurißimus Beza impuritatis omnis magister & doctor, dum hunc, auctorem librorum de continentia aduersantium vagis libidinibus & spuriis concubitibus, quos peculiari libro Geneuæ constituit, tantùm audet circumscribere, non item appellare, ne de nomine agnitus, contrariæ sententiæ defensor, impuritatis istius nebulas statim dißipet.

Bezæ liber de Polygamia spurios concubitus Geneuæ cõstituit.

His verò vt pleniora essent, adiunximus ex ipsius in Epistolam ad Philemonem commentariis, quos e-

tiam fœtus posthumos mihi veluti testamento tradidit, Tractatum de Missa priuata & publica, si tamen vlla priuata, in qua munus publicum, minister publicus, fructus communis, omnia communia, solemnia, publica, præter vocem fortasse, quæ etsi non intenta est, nec ad remotiorum aures pertingit, at dona, munera, sacrificia pro sacerdote & populo ipso offert, vt de priscis sacrificationibus dictum reliquit Apostolus. Idque profectò fecimus, quoniam materia de cultu Eucharistico coniuncta videtur cum argumento de vtraque Missa. Vbi enim in Ecclesia rectius Eucharistia, id est, corpus & sanguis Domini, quàm in sacris Missarum solemnibus colitur? Vbi sanctius diuinos honores accipit? Præterea semel aliquando, quum inter nos colloqueremur de ipsius operibus in certos tomos digerendis, recordor habuisse eum in optatis, vt tomus vnus opusculis destinaretur, inter quæ numerabat doctas illas digressiones, quas commentariis in vtramque ad Timotheum & vnam ad Titum immiscuit, ac pœnituisse, quod non eas initio seorsim priuato contextu edidisset. Vtinam autem Deus immortalis Carolo Lotharingo, per quem ingentia gerere solet, hanc reseruet palmam, vt quemadmodum lectissimæ & ditissimæ eius bibliothecæ, ex asse hæres est institutus, quod ille merito exoptabat, actu, non tam ipsius quàm literatorum gratia, compleat, atque perficiat, cuncta vt eius opera, quæ nunc temerè, sine ordine & vagè per diuersas officinas & bibliothecas peregrinantur, in vnum corpus coalescant, ne quicquam de tanti viri monumentis tempus edax rerum, proborúmque nomini

An aliqua sit priuata Missa.

Hebr.5.

inimica mortalitas conficiat. Tibi interim ista dicãda existimauimus, quòd Auctor, quo familiarissimè vtebare, te precipuè coluit, & te, si viueret, officiosius coleret, siue quia (quod ille in primis semper studuit) fratri suo charissimo viro nobilissimo & minimè malo, vt plene noster fieret, pro tuo Episcopi munere persuasisti, siue quia in ipsius vicem, me dulcissima eius præsentia & consuetudine orbatum, antequam cognosceres, leuare, amare, in tuis reponere cœpisti. Ad hunc modum pij viri Manibus duplici via gratificari mihi videor. Nam & diuina illius opera immortalitati consecrare diligentissimè studeo, & dulces amicorum eius reliquias studiosissimè colo.

Vale, Deique concessu ac munere saluus, incolumis, fœlix alios aliquot ipsius libros nondum in lucem prolatos expecta. Lutetia Idibus Ianuarij 1573.

DE CLAVD. SPENCÆO ET GILB. GENEBRARDO EXIMIIS THEOLOGIS, LIBRI PROSOPOPOEIA.

Ad Lectorem.

Vna fides, & idem ſtudium coniunxerat Illos,
Spicula quos mortis ſoluere nulla queunt:
Vnus enim moriens æternùm fœdera ſanxit,
Me dedit & ſacræ pignus amicitiæ.
Alter, ne tanto ſolus frueretur amico,
Me iubet in doctas ipſe venire manus.

Natal. Derrondeau
Theologiæ Bachalaureus.

AD D. GENEBRARDVM DOCTO-
REM THEOLOGVM ET LINGVÆ
sanctæ professorum Regium,
I.C. Bar. Theol.

Doctum Espencæum quo prosequerêris amore,
Et quanti faceres, quando superstes erat:
Si quis adhuc dubitat, petit & certissima amoris
Signa tui, possunt millia multa dari.
Illo sed nullum manifestius esse videtur,
Quàm quod dat præsens cernere cuique liber.
Permotus siquidem precibus morientis amici
Excudi curas hæc pia scripta typis.
Quæ mirabuntur, fidei licet improbet hostis,
Et meritas laudes postera secla dabunt.
Immortale paras defuncto ita nomen amico,
Argumenta animi dans, Genebrarde, pij.
„ *In viuos non verus amor se ostendere tantum,*
„ *Aut hominum debet prospera fata sequi.*
„ *Post vitæ excessum quisquis non pergit amare,*
„ *Ille procul dubiò fictus amicus erat.*

ΕΙΣ ΤΟ ΕΣΠΕΡΙΚΑΙΟΥ

τῦ Θεολόγυ ὀνοματοτάτυ καὶ ὀρθοδοξοτάτυ σύνταγμα περὶ εὐχαριστίας.

Χριστὸς ἀειζώοιο πατρὸς λόγος, ἰσοφυήστε,
Ἐκ τε θεῦ ὁ θεὸς, καὶ φάος ἐκ φάεος
Παρθενικῆς μητρὸς τέκος ὑράνόθεν καταβάνων
Αὐτομαθὴς ἀδύτων ἠγὸς ἐπυρανίων,
Πολλὰ μ' ἀνθρώποισιν ὑφρταῖα θαύματα ῥέξας,
Πατρῴης ἀγάπης σύμβολον ὅψε πόρεν.
Αὐτῦ σάρκα φαγεῖν, καὶ ἀληθῶς πινέμεν αἷμα,
Νέκταρ τ' νοερῶν ἀμβροσίμυλε χορῶν.
Τῦτο Καφρναΐτης ἀπαναίνεται, αἱρετικός τε
Σκληρὸν φησὶ λόγον, μηδὲ θεῷ δυνατόν.
Ἀλλ' Εὐσεβίος κήρυξ ἐτυμόθροος ὀρθῆς
Πίστιος, εἰδ' ἔργοις ἔξοχος εἰδὲ λόγοις.
Πάντας ἁμαρτινόους κατελέγχῳ, εὖ ἀποδείξας
Σῶμ' ἄρτιν Χριστοῦ, γνήσιον αἷμα ποτόν.
Τρὶς μάκαρ, ὃς ζωὸς πίστιν φθίμενός τε διδάσκῳ,
Εὐσεβίος ἔχῳ χάρμα τοσῦδε κλέος.

Ν. Γυλ. Αὐρ. Γαμβ.

LIBER PRIMVS, QVI EST DE EVCHARISTIÆ ADORATIONE.

Cap.

I. *Argumentum totius operis.* pag. 1.

II. *Testimonium Græcorum patrum.* 2.

III. *Testimonium Doctorum Latinorum.* 6.

IIII. *Angelos nobiscum sacris interesse, & coadorare.* 9.

V. *Eucharistia dæmonibus formidabilis.* 12

VI. *Eucharistiam in hominibus etiam mortuis adorant Angeli.* 13

VII. *Suus quoque signis, nedum signatis rebus, honor atque cultus,* 15.

VIII. *Sua etiam supellectili sacræ seruata semper reuerentia.* 18.

IX. *Scholasticorum hac de re post classicos doctores resolutio.* 24.

X. *Erasmica super hoc examinata, & de silentio inter sacra.* 26.

XI. *Bohemica quædam in hanc rem excusa, & obiter de luminaribus.* 29.

LIBER SECVNDVS, QVI EST DE VIATICO, ET MVLTIPLICI Eucharistiæ asseruatione.

I. *Aliquot exempla illustria cultæ sumptæque à moribundis Eucharistiæ.* 33.

II. *De morientium Christi fidelium salubri viatico.* 35.

III. Eucharistiæ propter infirmorum communionem asseruatio. 39
IIII. Eucharistia catholicis superuenientibus asseruata, missa, & participata. 40
V. Eadem ad monachos deferri, & in vsum eorum seruari solita. 41
VI. Eadem priuatim & in domo cuique seruata, sumptaque. 42
VII. Eadem à peregrè terrâ marique profecturis delata, sumptaque, adeoque mortuis data atque consepulta. 44
VIII. Eius festum, processio, offensio, cultus, & circunlatio. 46
IX. Eiusdem reliquiæ asseruari interim vetitæ, interim permissæ, & de missis domesticis & Castrensibus. 51
X. Earum sacramenti reliquiarum alicubi incensio. 54
XI. Earum alibi & aliquando per pueros absumendarum mos. 56
XII. An Eucharistia olim pueris data, aut etiānum danda. 57
XIII. Præsanctificatorum asseruatio, cultus, vsus. 62
XIIII. Eucharistiæ à nouo sacerdote per dies XL. sumptæ ritus. 63.
XV. Eucharistia extra vsum asseruata, cultáque 64.
XVI. Adorationis gestus exterior multiplex. 66

LIBER TERTIVS, QVI EST DE VTRIVSQVE IN CHRISTO naturæ adoratione.

I. *Scholæ recentioris sententia.* 68
II. *Patrum veterum Latinorum testimonia.* 71
III. *Patrum Græcorum testimonia.* 64
IIII. *Ephesinæ I. Synodi* III. *Vniuersalis, & eorum qui ab ea steterunt testimonia.* 82
V. *Chalcedonensis Synodi* IIII. *Vniuersalis, & eorum qui ab ea steterunt, testimonia.* 86
VI. *Constantinopolitanæ* II. *Synodi V. Vniuersalis, & alia quædam tam anteriora quàm posteriora testimonia.* 88

LIBER QVARTVS DE PRISCIS CVLTVS EVCHARISTICI aduersariis.

I. *Gentilitia, & obiter Capernaitica.* 91
II. *Iudaica.* 93
III. *Philosophica, præsertim Auerroica.* 99
IIII. *Nestoriana, & Eutychiana.* 100
V. *Capernaitica.* 101
VI. *Berengariana obiter.* 102
VII. *Apostatica.* 105
VIII. *Manichaica.* 106
IX. *Vrbiciana.* 108

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

X. *Arriana.* 110
XI. *Donatiſtica.* 116
XII. *Iconomachica.* 117
XIII. *Burgandica.* 124
XIIII. *Armenica.* 126
XV. *Meſſalianica.* ibid.
XVI. *Saracenica.* 126
XVII. *Mahumetica.* ibid.
XVIII. *Scotica.* 127
XIX. *Bertramica.* 128
XX. *Berengariana.* 129
XXI. *Petrobuſsiana & henriciana.* 133
XXII. *Abelardica.* 138
XXIII. *Almariciana* 140
XXIIII *Albigeſia, Albanenſia, Agenenſia.* ibid.
XXV. *Fratricellica, Beguarica, Beguinica.* 141
XXVI. *Vvicleffica.* 142
XXVII. *Huſsitica.* 144
XXVIII. *Vvaldenſia.* 145

LIBER QVINTVS DE MODERNIS CVLTVS EVCHARISTICI aduerſariis.

I. *Lutherana 70. & Melanchthoniana.* 155
II. *Bucerana.* 159
III. *Vveſtphalica.* 161
IIII. *Kemnitiana.* 165

V. Oecolampadiana & Althamerica. 167
VI. Zuingliana, siue Cingliana, 166
VII. Vadianica. 176
VIII. Martyriana. 178
IX. Caluiniana. 188
X. Contra superiores, expositio exhortationis illius Ecclesiasticæ, Sursum corda. 195
XI. Rustica & Anabaptistica. 203

Finis capitum quinque librorum de Eucharistia.

CLAV. ESPENCEI
THEOLOGI PARISIENSIS
DE EVCHARISTIA, ET EIVS ADORATIONE,
LIBER PRIMVS.

Argumentum totius operis. Cap. I.

CVM ESSEMVS Piſciaci anno 1561. & quantoperè vrgeremus,& à miniſtris extraordinariis cõtenderemus ac exigeremus, quod eſt in Euchariſtiæ ſacramẽto longè præcipuum, hoc eſt, Dominici corporis atq; ſanguinis in iis ſacroſanctis myſteriis præſentiam, tantoperè contrà illi refugerent, reſtitarent,abhorrerent:ſubiit mirari,id nobis à duodecim Eccleſiæ, ſi Deo placet, reformatæ delectis adeò pernegari, quod ex eis duo ſelecti, mihi alias nominati, totidem ex noſtratibus non adeò ægrè conceſſerant. Horum,inquam,autoritatem,iure apud eos alioqui magnã,cur iidem abnuiſſent,& abnuere ita pergerent,vehementer admirabar. Quærentíque cauſam, fuit qui mihi tandem reſponderet, ſe ex eis nonnihil ſubauſcultaſſe, quaſi ſubdubitarent me ex hac, ſiquidem eam obtinerem,præſentia,illaturum adorationem, hoc eſt, dogma peræquè illis odioſum & inuiſum. Tum ego,illaturus,inquam, ſum quod in bona & vera conſequentia inferendũ videre mihi videbor. Et certè ad eum totius retrò Eccleſiæ Catholicæ ritum probandum, pro-

pugnandúmque videbar mihi aliquantulum paratus: sed iussus sum de rebus multò aliis subitò pedem cum eis conferre. Aliquantò pòst in fortuito ea de re colloquio doctus quidam & multæ tum lectionis, tum etiam eruditionis Episcopus non minus mirabatur eum à nobis cultum sic vrgeri, cuius tamẽ, præter vnum Augustinum, & eius quidem locum vnicum, nullus in Ecclesia veteri testis, nullum extaret, graue præsertim & amplum, plenúmq;, nec eleuatum, sed autoritate præditum testimonium. Vtrunque igitur nunc viderimus, & quàm rectè sequatur adoratio præsentiam, vel comes potius, adeóque coniuncta sit, & eius ritus cultúsque in Ecclesia non vnũ testem aut testimonium, verùm adeò multorum, adeóque grauium & locupletum testium, vt vniuersalem inde coniicere ac colligere liceat consensum Christi fidelium. Quanquam vnà vtrunque, simul, quod aiunt, & semel videre fuerit: & huius enim ritus cultúsque Ecclesiastici ratio, certa constans & firma Ecclesiæ de hac præsentia fides est & confessio, vt Christum nimirùm Deum hominẽ, vbi vbi fuerit, adorandũ, sic proinde corpus eius & sanguinem, vbi præsentia cumque creduntur, & agnoscantur, personalis cum diuino VERBO vnionis ergò adoranda. Ideóque vt qui præsentiam non agnoscũt, & adorationem negant, suo dogmati consentientia dicunt, & iniuriam suo, vt ita loquar, iure faciunt: ita qui præsentiam nobiscum (dissimiliter licet) docent & vrgent, adorationem tamen contra nos alij quidem indifferentem ponunt & statuunt, alij verò deponunt & destituunt, non magis sibi quàm nobis consentanea, aut minus dissentanea scribunt. Is est hodiernus vertiginis & contradictionis vbique spiritus: is dissensionis, cuius nihil interest quod dicat, modò contradicat: Hæc huius seculi mens, quod ait Poëta,

Martial. 5. X. 4.

Insequeris? fugio. fugis? insequor:
Velle tuum nolo, perdite: nolle volo.

Nos autem redeamus ad Deũ pacis, & qualis hic fuerit Apostolicus, hoc est, Ecclesiæ primitiuæ, adeóque Catholicæ, ritus, discamus simul & doceamus.

Testimonium Patrum Græcorum. Cap. II.

EGitur Dionysius, autor haud dubiè peruetustus (neque enim quis is fuerit, hîc disputamus) de iis quæ in sancta Synaxi olim iam fierent, suo (hoc est, prisco adeò) seculo tractans. Pontifex, ait, diuina munera laude prosecutus, sacrosancta & angustissima mysteria conficit, & quæ antè laudauerat, venerãdis operta & abdita signis, in conspectum agit, diuináque munera reuerenter ostendit. Ac multi quidem sola in signa diuina prospiciunt: ipse autem diuino semper spiritu ad excelsa & sublimia signorum sensibilium initia, mysteria, & spiritualia exemplaria, spiritualibus siue intellectualibus mentis oculis intuenda, pontificali dignitate, merito, ac officio, munditiáque singulari, animi diuini, & sensus ad hæc arcana percipienda cæteris capacioris, attollitur. Et opertus quidem proponitur diuinus panis, & benedictionis calix. Nec procul à fine spiritualis tantæ rei sensus, Sic, inquit, venerandissima cõsummat & perficit mysteria, eáque laudata & eximiis prædicata laudibus, oculis subiicit, & in astantium conspectum agit. In signis illis diuinis, panis vtique ac vini specie, sanctè ac reuerenter ante omnium aspectum propositis. Vides hîc veterem Eucharistiæ populo ad colendum priùs quàm vescendum, qui etiamnum obseruatur, vt & ibi Scholiastes obseruauit, ritum. Vbi optauerim populum diligentiùs ex hoc pio patre doceri & admoneri, vt ne in signis tantùm hæreat, sed ad res etiã ipsas, cum sacerdote illi præeunte assurgat. Quid quod hic beatus pater sub eiusdem spiritalis sensus initium sic orat & inuocat? Sed ô diuinũ penitus sanctúmque mysterium, obducta tibi significantium operimenta signorum dignanter aperiẽs, nobis palam atque apertè luceſce, nostróque spiritales oculos singulari & aperto lucis tuæ fulgere imple. Sic ille. Est autem oratio religionis actus, & inuocatio cultus adorationis. Et idem ex Damasceno, seniore an iuniore non magis hîc quàm paulò antè contendo, retentum obseruatúmque discere est, qui vbi de sanctis & incontamina-

Ecclesiast. Hierarch. cap. 3. part. 2. & 3.

Oratio ad sanctã Eucharistiam.

tis Christi mysteriis fidem tradidit Catholicam, ad eorũ etiam cultum sic hortatur, Proinde cum omni, ait, timore ac conscientia pura, & fide indubitata accedamus, & omnino fiet nobis quo modò credimus non dubitantes, & veneremur ipsum omni tum corporis, tum animi puritate. Accedamus autem desiderio ardenti, manus in crucis modum formantes, Crucifixi corpus suscipiamus, vt ignis in nobis, desiderij assumens eo ex carbone ignitionem, comburat peccata nostra, & illuminet corda nostra, & participatione diuini ignis igniamur, ac deificemur. Carbonem vidit propheta: carbo autẽ simplex non est, sed igni vnitus. Sic panis communionis non panis simplex est, sed vnitus diuinitati. En Christi corporis hîc venerandi rationem, eius nimirum cum Deo vnionem. Quo etiam spectans, vtroque Damasceno anterior Eusebius Emissenus, an Emesenus nihil hîc quoque interest, Græcus, credo, scriptor, sed cuius nihil præter paucas conciones, eásque Latinas, extet, quod equidem audierim: Sit igitur penes Gratianum citantem, fides, & editionem Parisiensem, in lucem hunc edente D. Gagneio, anno 1547. Ait ergo, Sicut hoc, quod in te Deus læsa curauit, infecta diluit, maculata detersit, in Baptismo vtiq;, non oculis, sed sensibus tuis credis, siue sunt credita (sensibus scilicet interioribus) ita & tu, cùm ad reuerendum altare salutari cibo, potúque reficiendus accedis, sacrum Dei tui corpus & sanguinem fide respice, honore mirare (vel honora, mirare) mente continge, cordis manu suscipe, & hausto maximè interiore assume. Hic, dices, scriptor, quisquis sit, exigit cultum & vsum, sed interiorem, quem non controuertimus. Et hunc quoque, respõdeo, cum exteriore coniunctum volumus, vt cum esu sacramentali spiritualem. Ad eandem humanæ Christi naturæ cum diuina vnitæ in iis mysteriis præsentiam respiciens os illud aureum, D. dico, Ioannes Chrysostomus, non sine stomacho, sic inuehitur in rarò communicantes, Considera, quæso, mensa regalis est apposita, ipse rex adest, tu astas oscitans? Sordescunt tibi vestimenta, & nihil est tibi curæ? Squalet vitiorum sordibus animæ pallium, nec vlla rei tam absonæ initur tibi ratio? At pura

Lib. 4. cap. 14.

Manus in crucis modum formare.

Esa. 6.

De consec. dist. 2. can. Quia corpus. homil. 5. Paschali.

Homel. 61. ad Antiochen. 3. ad Ephes.

sunt vestimenta, pura est animæ tuæ stola: Mensæ igitur accumbe, adora, & communica. Per singulos dies venit rex discumbẽtes inuisurus, omnes alloquitur, &c. In cuius etiam liturgia passim obseruare est, & sacerdotem & diaconum capitibus in terram inclinatis tremenda hæc & horrenda sacra cum reuerentia & pietate adorare, & populum, vt idem faciat, hoc est, eadem inclinatis humi ceruicibus adoret, admonere. Sacerdos, inquit, sequitur diaconum, & vadit ad oblationem. Et capitibus in terrã ter inclinatis, sumunt, hic quidem corpus, ille sanguinẽ. Et paulò pòst, Diaconus exclamat, Capita vestra Deo inclinate. Sacerdos orat, cælitus respice Domine, ad seruos tuos inclinantes tibi sua capita. Non enim inclinarunt carni & sanguini, sed tibi metuẽdo & humano Deo. Et, Attende Domine Iesu Christe Deus noster de sancto habitaculo tuo, & de throno gloriæ regni tui, & veni ad sanctificandum nos, qui in excelsis vnà cum patre sedes, & hîc nobiscum inuisibiliter ades, &c. Vt hic sui similis longè abest, vt Christi in cœna prę sentiam eum eiusdem in cœlo præsentia collidat, quod & legere est in superioribus homiliis, Quotquot hîc communicamus, cogitemus quòd illius corpus est & sanguis, qui supra cœlos residet, quique immortali Dei potentiæ proximè consistit. Quòd illum sursum sedentem, & incorruptibili vicinum virtuti degustamus atque delibamus. Et in quadam oratione de diuitiis & paupertate, cum aliis aliquot excusa, Et erat, inquit, duplex in Helisæo Helias, suprà & infrà, Noui quòd beatum iudicetis iustum illum, velitque vestrûm vnusquisque ipse esse. Quid si vobis demonstrabo aliud quiddam multò maius illo nos omnes accepisse? Nam Helias quidem vestem ouillam dimisit discipulo, Filius verò hominis ascendens, suam ipsius carnem nobis reliquit (in sacris vtique mysteriis) vt hũc locum alibi suppleuit & exposuit, homilia cum aliis alibi in hanc rem nobis allegata, Quidni ergo pater hic & sentiret & testis esset Christum qua hominem (de hoc enim præsentiæ modo lis est) consecratione præsentem, à clero populóque fideli solitum adorari, cùm & ante consecrationem, eũndem absentem, sed mox adfuturũ,

Clerus & populus adorabant.

Christus simul in cœlo, & in cœna.

4 Reg. 2. Christus Helias duplex in cœlo, & in terra. Homil. 2. ad Antioc.

adorari & à catechumenis ſolitum idem in eadem liturgia teſtetur? Diaconus, Precamini Catechumeni Dominũ. Populus, Domine miſerere. Sacerdos, Domine Deus noſter, reſpice ſuper ſeruos tuos Catechumenos, quique tibi ſuas ceruices inclinarunt, ac dignos eos facito in tempore opportuno lotione renaſcẽtiæ, &c. Et à ſacris enim non tantùm percipiendis, ſed vel tantùm intuendis ſubmoueri ſolitos extra delubrum Catechumenos, teſtis eſt vbi anteà, & alibi, ſed in eodem opere Dionyſius, vt & Energumenos & arreptitios. Et hos tamen adorare ſolitos, imo propemodùm, vt ita dicam, coactos teſtificatur ſic Chryſoſtomus, Agitatos quoque ob eam rem Diaconus tempore illo adducit, & iubet caput inclinare, Cùm eos vnà cum fratribus orare non liceat, adducit eos, vt tu miſeratus, & quia tam acerbè vexantur, & quia vocem reddere nequeunt, tua facultate ad eorum vtaris defenſionem & auxilium. Cuius tum arreptitiorum adorationis, tum fidelium pro eis inter hæc ſacra orationis rationem reddit hanc, quòd breui Chriſtum velut pro tribunali ſedere, & ipſis in ſacramentis apparere futurum eſſet. Et hîc habemus, opinor, non leue nec ambiguum teſtimonium, eius, de qua hodie tantoperè contenditur, adorationis extra vſum, hoc eſt, etiam à non communicantibus, tum Catechumenis & Energumenis, communicare prohibitis, tum etiam fidelibus, qui quotidie communicare iam olim tum deſierant, de qua deſuetudine homiliis primo loco allegatis, ſic quiritabatur, O conſuetudinem, paſchæ ſcilicet tantùm tempore huc accedendi, imò deſuetudinem. Fruſtrà quotidiè offerimus, & nequicquam aris aſſiſtimus, nullus eſt qui cõmunicet. Et quæritur in poſteriore loco citatis homiliis, Se, hoc eſt, ſeruum, imò conſeruũ concionantem ab ingenti & penè inaudita populi multitudine circunfundi, & cũ attẽtione ad finẽ vſq; dicẽdi patientiſſimè audiri: Cùm autẽ cõmunis ipſe magiſter & dominus Chriſtus, ſemetĩ ſacris myſteriis oſtenſurus eſt, vacuam atq; deſertã reddi Eccleſiã. Vt hic quoque longè abeſt ab eorum ſententia, qui non aliam Chriſti in Sacramento quàm in verbo recognoſcunt præſentiam. Et hîc etiam vides, laicis, vt vocant,

Catechumeni adorabant, vt habet hoc loco Baſilij quoque Liturgia. Cap. 7. par. 3.

Energumeni adorabant. Homil. 3. & 4. contra Anomocos.

Adoratio extra vſum & à non communicantibus.

Chriſti in cœna quòd in verbo maior præſentia.

Laicis non

communicare cessantibus, clerum tamen offerre, & quotidiè offerre non desisse. Vt ad hanc ergo tum Christi in sacris mysteriis, quàm in sermonibus maiorem, &, vt ita loquar, præsentiorem præsentiam, & proinde adorationem redeam: Idem alibi de vtrâque sic concionatur, Hoc corpus in præsepe reueriti sunt (adorauerunt) magi, & viri barbari longè itinere confecto, cum timore & tremore plurimo adorauerunt. Imitemur ergo barbaros, nos cœlorum ciues. Illi cùm præsepe tantùm & tuguriũ, nec eorum quicquã, quæ tu nunc intueris, viderent, summa cum reuerentia & honore accesserunt: Tu verò id non in præsepe, sed in altari: non mulierem quæ in vlnis teneat, sed sacerdotem præsentem, & spiritum perabundè super proposito diffusum sacrificio vides. Nec simplex, aut simpliciter, vt illi, corpus intueris, sed & eius potentiam, & omnem cognoscis administrationem, & nihil eorum quæ per ipsum facta sunt ignoras: & diligenter initiatus es in omnibus. Excitemur igitur, horrescamus, & maiorem quàm barbari illi, præ nobis feramus pietatem, vt non simpliciter nec frigidè accedentes, igni vehementiori accedamus. Quod dico, non vt non accedamus, sed ne temerè accedamus. Et in oratione de B. Philogonio, Rogo, ait, vos omnes, vt summo studio & alacritate velitis adesse, vt videamus D. N. in cuius iacentem ac fasciis inuolutum, horrendum sanè stupendumque spectaculum. Quid enim excusabimus, aut quam veniam obtinebimus, si, cùm ipse nostra causa è cœlis descenderit, nos ad eum vel ex ædibus ire grauemur: cùm alienigenæ barbarique accurrant, vt eum videant in præsepi iacentem? Tu verò ne breue quidem spatium emetiri sustines, vt hoc fœlici spectaculo perfruaris. Nam si cum fide accesserimus, proculdubiò videbimus eum in præsepi iacentem: Hæc siquidem mensa vicem explet præsepis. Nam & hîc ponitur corpus Dominicum, non quidem fasciis, sicut tunc, sed vndiquaque Spiritu sancto conuestitum. Qui mysteriis initiati sunt, intelligunt quæ dicuntur. Ac magi quidem nihil aliud quàm adorarunt: tibi verò, si cum pura accesseris conscientia, permittimus vt sumas, & sumpto, domum abeas. Quibus haud absimi-

communicãtibus, clerus tamen offerebat. Homil. 24. in 1. Corin.

Matt. 2. Magi Christũ ad præsepe, Christiani ad altare adorãtes.

Mẽsa Domini Christi præsepe.

lia leguntur apud Theodoretum Cyrenſen, Chryſoſtomo vel æqualem, vel non multò certè poſteriorem. Natus, ait, Chriſtus in præſepe, brutorum animalium menſam, ponitur, ſimul hominum brutam & ratione carentem naturam accuſans, & ſuum erga homines amorem manifeſtans, quòd cùm nutritor ipſe Deus ſit, ſecundum humanitatem, hominum cibus fit, qui magna & brutali ignoratione laborabant. Nunc verò, cùm brutorũ ignorantiam humana natura abiecerit, & rationis vſum receperit, myſtica hunc menſa excipit, præſepis illius typus facta, & homines erudiens: quod cùm homo in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis irrationabilibus, & ſimilis factus eſt eis: præſepe diuinum & ſpiritualem illum cibũ ſuſcepit: poſtquàm verò in ſeipſum tranſiit natura, & imaginem diuinam circumiacêre manifeſtè cognouit, tunc poſteà ſuper rationalem menſam cibus ille tranſiuit. Sic vtroque prior ſancta Synodus Nicena I. proponit Chriſtum in diuina & ſancta menſa κείμενον, ſitum ſeu iacentem, agnum illum tollentem peccatum mundi, eiuſque precioſum corpus & ſanguinem fide contemplandum, & verè (ἀληθῶς) ſumendum. Sic igitur Chryſoſtomus, Chriſti ſuper menſa dominica præſentiam cum eiuſdem in præſepi quondam præſentia confert & commendat, vt non minus velit nos nunc ad altare, quàm olim Magos ad præſepe dominum Ieſum adorare. De quibus legitur, quòd puerum cum Maria eius matre inuentum, procidentes adorarunt, non minus eum nos inter ſacerdotis manus, quàm inter virginis olim vlnas, præſentem adorare. Adeóque Chryſoſtomus concionari non dubitat nos ex altari ſumpto Domino, quàm Magos ex præſepi viſo Domino, plus hîc ſumere, & nobiſcum hinc auferre: non ita profectò concionaturus, niſi, quod & nuſquàm non aliàs inculcat, aliam in myſteriis noſtris, quàm merè ſpiritualem aut ſola fide tum præſentiam, tum adorationem agnouiſſet. Annon enim clarè diſtinguit inter Magos & nos? Magi, ait, nihil aliud quàm adorarunt, tibi licet ſumas, & ſumpto domum redeas. Scimus alioqui pios omnes & Chriſti fideles & Deum, & quæ Dei ſunt, corpore ſuo, nedum ani-

De prouidentia Sermone 10.

Luc. 2.

Pſal. 48.

Matth. 2.

Præſentia alia quàm ſola fide, aut tantùm ſpiritualis.

1. *Cor.* 6.

mo portare, ac secum veluti circunferre. Ad eundem Christi in mysteriis adorandi ritum hortatur idem Euangelicam literam enarrans. Quod quoniam paulò est prolixius, sic verba contraham, vt sensui nihil vel addam, vel imminuam. Imitemur, ait, Magorum deuotionem, & vt Christum cum eis videre mereamur, accurramus ad domum pueri, vt quem priusquam illi cernerẽt, vndique timores & pericula: at vbi adorauerunt, securitas atque tranquillitas: nec iam eos stella suscepit, sed Angelus, adorando sacerdotes factos, muneribus etiam cum supplicatione oblatis. Et tu si Magus fortè sis, nihil te ad hunc regem introire prohibebit, adoraturus modò & honoraturus Dei filium venias, & honorem cum gaudio & tremore hunc offeras: sed caue ne Herodi efficiaris similis, & dicas, vt ego veniens adorem eum, cumque venetis, interimere coneris. Huius enim similes sunt, qui indignè abutuntur communione mysterij. Reus, inquam, hic est corporis & sanguinis Domini. Tales habent in se tyrannum Herode peiorem, nimirum Mammonam, qui cultores suos mittit ad Christum, vt specie quidem adorare videantur: eum verò quantũ in ipsis est, interimunt, quem adorare ipsi simulant. Timeamus ergo ne quando supplicum speciem geramus & adorantium, opere verò existamus inimici. Eum igitur adoraturi, aurum ipsi offeramus, panem pauperibus &c. Mox inuehitur in fœminas ita molles, vt nisi mulis aduectę, spatio quanlibet exiguo à domibus veniant ad Dominum in spirituali præsepio videndum. Barbari, ait, illi priusquam Christum viderent, iter adeò longum confecerunt: tu verò ne videndo quidẽ, aut vbi videris, eos imitaris, sed ita eum relinquis, vt post illum ad mimum accurras. Eum inquam, in spiritali situm præsepio derelinquis, properas verò spectare iacentem in scena meretricem. Quibus hoc tãdem est dignum suppliciis? Si quis se polliceretur te introducere ad Regem, eumque tibi ostendere in ornatu Regio sedentem, tunc aulicæ maiestati theatrale spectaculum præponeres, cùm nihil hinc etiam commodi tibi quæreretur? At verò ex hac mensa spiritualium bonorum fons emanat, & hanc tu statim relinquẽs, curris ad theatrum?

Matt. 2.

Homil. 9.

Herodiani qui non adorant.

1. Cor. 11.

Mammona Herode peior.

Theatra post sacra.

Sanguis vinus è mensa Domini.

Et vinum enim sanguinem de hoc nobis fonte largitur Dominus, qui quanquam ad mortis Dominicæ testimonium sumitur, vitæ tamen causa nobis efficitur. Tu verò sanctificationis poculum hausurus, huius relinquis fontem sanguinis, & ad diabolicum illum locũ festinas! &c. Annon & hîc Christi tam vt olim in præsepi, sic nunc in Eucharistia præsentiam, quàm eiusdem nobis hîc, Magorum illic exemplo adorationem vrget & commendat? Et ex Chrysostomi ergo publicis tum homiliis, tum eius, vt & Dionysij Basiliique liturgiis, & Germani Archiepiscopi itidem Constantinopolitani rerum Ecclesiasticarum theoria, constat sacerdotem post verborum super signa prolationem, ea ostentare solitum, vtique vt signata, In quæ signa consecratione transierant, adorarentur, priùs ab ipso & diacono, ter aut etiam sæpiùs adorata. Nam de introductione sacrorum donorum ad altare, si qui eorum qui sacerdote cum donis ingrediente humi procumberent, dona quæ deferebantur, tanquam Christi corpus & sanguinem alloquerentur & adorarent, ab ingressu præsanctificatorum (hoc est, aliis antè diebus consecratorum) donorum, deceptos exponit Nicolaüs Cabasilas. vt huius & illius sacrificij differentiam ignorantes. Hoc enim in ipso ingressu non sacrificata & nondum perfecta habet dona, illud autẽ perfecta atque sanctificata, Christi corpus & sanguinem. Quorum sacerdos factus particeps, ad populum conuertitur, & ostensis sanctis, vocat eos qui participare voluerint, iubet accedere cum Dei timore atque fide, neque dubitantes, quòd sit supra rationem id quod creditur, sed eorum dignitatem agnoscentes, & quòd æternæ vitæ causa sunt iis qui eorum sunt participes, credentes accedere. Ipsi verò pietatem ostendentes atque fidem, & adorant & benedicunt, & Iesum, qui in eis intelligitur, vt Deum celebrant: Et vt splendida fit glorificatio, ex propheticis eam verbis faciũt, Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus, & apparuit nobis. Vbi Propheta eminus benedicit venientem in nomine Domini, & Dominum patrem dicens, & eum qui apparuit, eundem Deum esse dicit. Iisdem ipsi quoque verbis vtentes, tanquam nunc venien-

Signa consecratione transeunt in signata.

Præsanctificata. Cap. 24.

Cap. 39.

Psal. 117.

tem & apparentem Christum, benedicunt. En eundem propè cantum inter mysteria Græcis & Latinis.

Testimonium Doctorum Latinorum.

CAP. III.

ET ad hos igitur etiam veniamus. Ad eum Dauidis versiculum, Edent pauperes, & saturabuntur. Hieronymus, Pauperes, ait, Apostoli edent corpus Christi. Laudabũt Dominum, qui requirunt eum, per fidem & opera cognoscentes, quia ipse est panis viuus qui de cœlo descendit. Manducauerunt & adorauerunt omnes diuites, aliàs pingues, terræ, id est Apostoli vel cæteri sancti, manducauerunt corpus Christi, vt superius dixit, diuites, hoc est in fide, & opere & virtutibus: cognoscentes quia suauis est Dominus. Secutus fortè Arnobij sui scholion hîc de Christi corporis esu breuiter enarrantis. Et vtrunque ibidem fortè secutus etiam Augustinus, Vota mea, sacramenta corporis & sanguinis mei, reddam coram timentibus eum. Edent pauperes, humiles & contemptores seculi, & saturabuntur, imitabuntur. Viuent corda eorum in seculum, Nam cibus ille cordis est. Manducauerunt corpus humilitatis domini sui, etiam diuites terræ, nec sicut pauperes saturati sunt vsque ad imitationem, sed tamen adorauerunt. Et secunda in eundem locum expositione, Comedent pauperes. Inde erant piscatores illi Petrus, Ioannes, Iacobus, erat etiam publicanus Matthæus de pauperibus, qui comederunt, & saturati sunt, talia passi, qualia manducauerũt. Cœnam suam dedit, passionem suam dedit. Vota mea Domino reddam, sacrificium pacis, sacrificium charitatis, sacrificium corporis sui. Norunt fideles. Et quæ est tertia eiusdem loci enarratio, ad Honoratum de gratia noui Testamenti: Vota, inquit, sua Dominus, sacrificium vult intelligi corporis sui, quod est fidelium sacramentum. Ideò cõtinuò subiunxit, Edent pauperes, & saturabuntur. Hi enim saturabuntur pane qui de cœlo descendit, qui & cohærentes, & eius pacem dilectionémque seruantes, imitantur

Psal.21.

Ioan.6.

Epist. 120. cap.24. Cap.27.

eius humilitatem. Manducauerunt & adorauerunt omnes diuites terræ. Superbos hoc loco diuites intelligere debemus, si rectè superius pauperes humiles intelligebamus. Nec frustrà hîc ita distincti sunt, vt pauperes quidem edant, & saturentur: diuites verò manducent & adorent. Et hi quippè adducti sunt ad mẽsam Christi, & accipiunt de corpore & sanguine eius, sed adorant tãtùm, non etiam saturantur, quia non imitantur. Manducantes enim, pauperes esse dedignantur, aspernantur Christum sequi, & similia perpeti respuunt, timore, non magnitudine, infirmitate ergo, non sanitate. Sed fama celsitudinis eius excitati à mortuis, & gloria nominis eius in Ecclesia vsquequaque diffusa, permoti, & ipsi ad mensam veniunt, manducant & adorant, non tamen saturantur, quia non esuriunt & sitiunt iustitiam. Tales enim saturabuntur in vita æterna, &c. Hactenus Augustinus, clarissimè ex Dauidicæ literæ spiritu sentiens, vt aliàs sæpe, non bonos tantùm, sed etiam malos quoque Christi corpus in Eucharistia tum adorare, tum manducare. Vt & antè concionabatur, hos quidem in mysteriis, Herodis, illos verò Magorũ instar adorare. Dixerit igitur aliquis hoc in loco, Manducauerunt & adorauerunt, hysteron proteron esse, figuram scripturis alibi non infrequẽtem, pro eo quod dicas, Adorauerunt & manducauerunt, iuxta illud paulò antè Chrysostomi, Accumbe, procumbe, adora, & manduca, & quod sequitur ex Augustino, adeò clarum, vt Episcopus ille meus ad tantam veluti lucem obstupescens, nec quod contradiceret, habẽs, eum quidem locum agnosceret, sed vnicum omni retrò scriptorum sacrorum memoria esse assereret. Et vt, iuxta prouerbium, Vnus vir, nullus vir, ita testis vnus, testis nullus. Is ergo ad alium Dauidis versiculum, Adorare scabellum pedum eius, quoniam sanctum. Quod dicunt Græci ὑποπόδιον, Latini scabellum dixerunt, alij suppedaneum. Sed videte, ait, fratres, quid nos iubeat adorare. Alibi scriptura dicit, Cœlum mihi sedes est, terra autem scabellum pedum meorum. Ergo terram nos hîc iubet adorare? & quo eam modo nos adorabimus, cùm alibi dicat apertè, Dominũ Deum tuum adorabis? Anceps factus sum. Timeo ado-

Adorant & manducant etiam mali.

Hysteron proteron.

Psal. 98.

Esa. 66.

Deut. 6.

rare terram, ne damnet me qui fecit cœlum & terram. *Eodē modo locum hunc tractauit Chrysostomus ad finē serm. de Trinitate.*
Rursum timeo non adorare scabellū Domini mei, quia Psalmus mihi dicit, Adorate scabellum pedum eius: quęro quid sit id scabellum, & dicit mihi Scriptura, Terra. Fluctuans, me ad Christum conuerto, quia ipsum quæro hîc, & inuenio quomodò sine impietate adoretur terra, scabellum pedum eius. Suscepit de terra terram, quia caro terra est: de carne Mariæ carnem accepit. In qua quia hîc ambulauit, eámque nobis manducandam ad salutem dedit: nemo autem illam manducat, nisi priùs adorauerit, inuentum est quemadmodum adoretur tale scabellum pedum Domini, & non solùm non peccemus adorando, sed peccemus non adorando. Nunquid autem caro viuificat? Ipse cùm de terræ huius commēdatione loqueretur, dixit, Spiritus viuificat, caro nihil prodest. Ideò *Ioan. 6.*
& ad terram cùm te inclinas & prosternis, non quasi terram intuearis, sed sanctum, cuius pedum scabellum est, quod adoras, propter ipsum enim adoras. Ideò & hîc subiecit, quia sanctum est: Quis sanctus est? is in cuius amore adoras scabellū eius. Et cùm adoras illū, ne cogitatione remaneas in carne, & à spiritu nō viuificeris, Spiritus enim viuificat, caro nihil prodest. Tūc autē cū hoc Dominus cōmendauit, de carne sua locutus erat, & dixerat, Nisi quis manducauerit carnem meā, non habebit in se vitam æternā. Hucúsque Augustinus, nec id semel, nec id solus, sed vt alia nonnulla propemodum ad verbū ab Ambrosio Catechista suo mutuatus. De hoc certè psalmi versiculo idem vtriusque sensus, idem vtrique visum est. *De Spiritu sancto, lib. 3. c. 12.*
Considerate, ait hic, qua ratione ad incarnationis Dominicæ sacramētum spectare videatur propositum prophetæ exemplum, Non enim ex hominum vsu æstimandum hîc scabellum, non est corporalis Deus, aut non immensus, vt tanquam fulcrum pedibus eius scabellum subiectum putemus. Nec adorādum quicquam præter Deum legimus, quia scriptum est D D.T. Adorabis, & ipsi soli *Deut. 6.*
seruies. Quo ergo modo aduersus legem propheta præciperet sub lege nutritus, & eruditus in lege? Non mediocris igitur quęstio, & ideo diligentius consideremus quid sit scabellum, legimus enim alibi, Cœlum mihi thronus, *Esa. 66.*

terra scabellum pedum meorum. Sed nec terra nobis adoranda, quia Dei creatura. Videamus tamen ne terram illam Dauid adorandam dicat, quam Dominus Iesus in carnis assumptione suscepit. Itaque per scabellum terrą intelligatur, per terram autem caro Christi, quam hodie quoque in MYSTERIIS adoramus, & quam Apostoli in Domino Iesu adorarunt. Hæc Ambrosius. Non solus hic ergo ita sensit Augustinus, etiam in mysteriis dominum, nedum in cœlis adorandum. Cuius sententiam suam fecit Sentẽtiarum Magister, suo eam more abbreuians. Nemo carnem, ait, Domini manducat, nisi prius adoret. Et hoc quoque fragmentum, suum fecit Ecclesiasticorum canonum compilator Gratianus in canone ex variis Augustini de re Eucharistica fragmentis compilato. In qua etiam distinctione citat ex eiusdem sententiis Prosperum ipsius auditorem, sic de hoc ritu & cultu docentem, Nos autem in specie panis & vini, quam videmus, res inuisibiles, id est, carnem & sanguinem (Christi indubiè) honoramus: nec similiter has duas species, quemadmodum ante consecrationem, comprehendimus: cùm fideliter fateamur ante hanc panem esse & vinum, quod natura formauit: pòst verò carnem Christi & sanguinem, quod benedictio consecrauit. Mutuò sumptum ex libro de Catechizandis rudibus, vbi ait, signacula quidem rerum diuinarum esse visibilia, sed res ipsas inuisibiles in eis honorari: nec sic habendum illam speciem benedictione sanctificatam, quemadmodum habetur in vsu quolibet. Quem locum Berengario multò pòst citanti Lanfrancus respondens, vt ait se planè non videre quid eius parti prodesset, imò magis eius oppugnare sententiam, & nostræ videri ferre subsidium, sic B. Augustinum eò loci non magis de hoc sacramento, quã de cæteris consuetudine Christiana solenniter exerceri iussis & solitis locutum agnouit, eo enim libro instrui quendam Carthaginis diaconum, qualiter eum rudes super iis oporteret instruere, & paulò aliter renarrat superiorem canonem Augustini titulo, non Prosperi, sed non admodum refert. Propius rem nostram eodem seculo Algerus monachus Benedictinus, eorum qui Berẽ-

Lib. 3. Distinct. 9.

De consec. dist. 2. cap. Accesserũt. Cap. Nos autem.

Cap. 26.

garium oppugnauerunt, longè doctissimus, Non esset, inquit, misericordiæ Dei & iustitiæ condignum, si eos repelleret à regni sui consortio, quibus tam familiariter vniri dignatur in mundi exilio, eisque honoris vicissitudinem non rependeret in manifesta visione suæ maiestatis, á quibus dignè susceptus & adoratus est in occultis & peregrinis sacramentorum suorum figuris. Addit superioribus Emiseni, Augustini, Prosperi testimoniis & hoc, Hanc filij Dei verè adorandam carnem B. Basilius admirans, ait in Dialogo suo de Dignitate Sacerdotali: O miraculum! &c. Locus quidem hic est apud Chrysostomum de Sacerdotio, Sed Basilius mysticam hanc, veram Dei vocat adorationem, ser. 1. de Ieiunio Et, Quia ergo spirituale Christi corpus & sanguinem in sacramẽto panis & vini verè & substantialiter esse, ipsius Christi & tot sanctorum testimoniis euidenter astructum est, quod de veritate constat, de eius etiam potestate videamus, Quamuis enim omne corpus, omníque creatura localis sit, de hoc tamen supersubstantiali corpore credendum est, quòd eodem tempore verè est in sacramento suo in terris, & verè in cœlo sedet ad dexteram patris. Frustrà enim immolationis suæ tempore diceremus, Qui sedes ad dexteram Patris, miserere nobis, si quem ADORAMVS IN SACRAMENTO, mentiremur esse in cœlo. Quapropter summa vt sumi reuerentia, sic etiam seruari debet diligentia: quia res tantæ dignitatis & salutis, subiacere vel negligentiæ vel obliuioni non debet, sed quod magna Deo agitur gratia, decet & oportet vt magna Ecclesiæ sollicitudine deuotè & indesinenter super omnia honoretur. Et paulò pòst, probans hoc sacrificium non solo constare sacramento, sed & Domini corpore ac sanguine, alioqui veteribus non præpollere, nec superordinandum quidem fuisse. In nouo, ait, sacramento ablata fide gratiæ interioris, exterior species in panis mica, vel vini gutta nullius est æstimationis, quia & in eo ideò nullius æstimationis exteriora facta sunt, vt ei quæ interius creditur gratiæ, omnis impenderetur summa deuotionis. Cassa enim videretur tot hominum assistentium, & huic sacramento ministrantium vel adoran-

Lib. 1. ca. 3.

Cap. 7. 10. 12.

Cap. 14.

Lib. 2. c. 1.

Cap. 3. Sacramẽta noua veteribus præpollent.

tium veneranda ſedulitas, niſi ipſius ſacramenti longè maior crederetur quàm videretur veritas & vtilitas. Cùm exteriùs quaſi nulla ſint, quibus tanta impenduntur venerationis obſequia, aut inſenſati ſumus, aut ad intima mittimur magnæ ſakuris myſteria. Et ad finem eiuſdem capitis, Quia in hac peregrinatione noſtra expedit latêre Chriſtum, vt credatur: creditus deſideretur, vt deſideratus habeatur, quæ verba Auguſtini ſunt, ad id Domini,

*Ioan.*14. *Tract.*68. Vado vobis parare locum, bene Chriſtus ſub ſacramento dedit nobis ſeipſum, vt per hoc nobis & fidei meritum, & gratiæ ſuæ augeat beneficium: dum in terrena quadam, & prorſus ſtolida panis forma maieſtatem ſapientiæ verbi Dei ſubſtantialiter comprehenſam, incomprehenſibilem credere & venerari non erubeſcimus: quę quãtitate & qualitate ſua ita excellentiæ eius videtur indigna, vt nullatenis etiam æſtimari debeat, niſi quia ipſe

*Pſal.*113. 134. *Matt.*28. eſt Deus, quià omnia quæcunq; voluit, fecit in cœlo & in terra, niſi etiam quia caro eius ipſa eſt, cui data eſt omnis poteſtas in cœlo & in terra: vt poteſtate tali ſit in vnitate perſonæ in cœlo & in terra, quãdocunq;, quomodocunq; ſibi placuerit. Hac fide ipſum Sacramenũt, quaſi diuinũ quiddã ADORAMVS: quaſi viuum quiddam & rationabile alloquimur & rogamus, Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miſerere nobis: quia non quod videtur, ſed quòd verè eſt, Chriſtum ibi eſſe credimus. Eadem porrò Chryſoſtomi verba ſunt, ſi quis Algerum, quaſi recentiorem faſtidit. Inter ſacra, inquit ille, myſteria, pro defunctis Agnum illum iacentem, & peccata mundi tollentem deprecantes &c. Et an non etiam Ambroſius alloquitur, adorat, inuocat, ſic ſe precabundus ad miſſam pręparans? Panis dulciſſime, cãdidiſſime, ſancte, viue, pulcher, munde, ſana palatum cordis mei, ſana me ab omni languore. Veni in cor meum, munda me ab omni inquinamento carnis & ſpiritus, intra in animam meam, ſanctifica me interiùs & exteriùs. Eſto tutamen & perpetua ſalus corporis & animæ, &c. Hoſtes recedant procul à præſentia tua, vt foris & intus per te munitus, recto tramite perueniam ad regnum tuum, &c. Imò vtroq; prioris Niceną 1. Synodi verba ſunt anteà allegata, nec vnquam nimium repetenda.

Agnus Dei tãtus Chriſtum adorans, & orans.

*Homil.*41. *in* 1. *Corin.*

repetenda. Consideremus situm aut iacentem esse in diuina illa & sacra mensa, Agnum Dei, &c. Neque procul ab Algero Petrus cognomento venerabilis abbas Cluniacensis, contra Petrobrussianos & Heinricianos, hæreticos Berengarianis, vt de his suo pòst loco nequiores. De his ergo nouarum suo seculo impietatum magistris, sic non procul à fine quanti eorum erroris. Verum quidem (aiunt) corpus & sanguinem redemptoris sub panis ac vini specie in altaris sacramento dari fidelibus scimus, sed cur ad manducandum vel bibendum detur (si liceat quærere) quærimus. Nam si ad honorandum, si ad adorandum tãtummodò daretur: quæstio non esset. Sed quia etiam ad manducãdum datur, nos non potest non, vt illos quondam monere. Et paulò pòst, Sed adhuc vrges, & dicis. Etsi data est caro Christi hominibus immoraliter & inuiolabiliter ad honorandum & adorandum: quare ad comedendum? Quòd enim honorari, quòd adorari debeat, fidelibus omnibus certum est: quòd autem comedi, quia comestionis ratio non videtur, admirabile profectò, & super omnia stupendum est. Respondet venerabilis, Dat planè carnem suam, dat sanguinem suum, non solùm ad honorandum, non solùm ad adorandum, sed etiam ad manducandum & bibẽdum Christus hominibus. Et in epilogo totius de hoc sacramento tunc quæstionis, Claret igitur ratio, cur non tantùm ad honorandum, non tantùm ad adorandum, sed insuper ad manducandum carnem suam, & bibendum sanguinem suum, dedit &c. De quo infrà contra eos latissimè. Hîc sufficit eosdem super esu atque potu alioqui errantes: de cultu tamen vt omnibus Christi fidelibus certissimo & receptissimo cons. visisse ex Venerabili. Cuius non æqualis tantùm, sed & amicissimus B. Bernardus, ad hũc cultũ nos ita hortatur, Quid facis, homo indigne, ac ingrate? ADORA deuotiùs, & recole frequentiùs in sacramento altaris mundi salutem pro te passam, vitam pro te mortuam, fortitudinem infirmatam. Horum autem, vt sic loquar, Antiberengarianorum, id est, scriptorum suo seculo catholicorum, hac de re loca hoc magis sunt obseruanda, ceu cultus eius etiam vsum in Ecclesia sui

Petrobrussiani.

Heinriciani.

De his lib. 3. cap. 20.

Lib. 1. epist. 1. cap. 4.

Adoratio corporis Domini omnibus fidelibus certa.

Serm. 2. de cœna Domini.

temporis, indubitata testimonia, quòd iam tum Missa, quam priuatam vocant, siue cleri oblatio, cessantibus licet communicare laicis, imò etiam præter vnum sacerdotem, clericis, recepta esset, imò, vt ex Chrysostomi antè querimonia constat, peruetus. Vt eius testis Guitmundus Auersanus Archiepiscopus, eorum qui Berengario se opposuerunt, non infimus, Huc accedit, inquit, quòd sacerdos plerunque indignissimus Missam celebrat, solúsque id quod consecratum est, totum sumit &c. Hoc autem postremum D. Bernardi fragmentum citabat hoc ineunte seculo non postremus scholasticus, veterum certè collector diligentissimus Gabriel Bielus. Hoc igitur loco sequebatur Scholasticorũ, siue Sententiariorũ eadé de re continuatio, sed erit eis suus posteà locus.

Missa priuata peruetus.

Lib. 3.

Angelos nobiscum sacris interesse & coadorare.

CAP. IIII.

ET quidni Christi corpus & sanguinem in iis sacris homines adorarent, cùm & in iis adorent Angeli? Rumpantur licet ilia codris modernis: Sic de hac angelica tum hîc præsentia, tum horum sacrorum adoratione sermocinabatur Chrysostomus in eos qui mores hîc præse ferunt à spirituali statione alienos. Miser & infœlix, opottebat te cum tremore ac reuerentia Angelicam glorificationem resonare, cúmque terrore confessionem reddere creatori. Tu verò mimorum mores huc inducis, indecẽter manus iactans, pedibus subsaltans. Et quî non metuas, nec horrescas hæc audere? Non cogitas ipsum hîc inuisibiliter adesse dominum, qui vniuscuiusque motum metitur, & conscientiæ rationem habet? Non cogitas quòd Angeli huic stupendæ assistant mensæ, cúmque reuerentia hanc circumuallant? Quomodò audes angelorum Deum glorificantium hymnis admiscere ludicra? Et, Quid dicis? In manibus est hostia, & omnia proposita bene sunt ordinata, adsunt angeli, adsunt archangeli, adest filius Dei, cum tanto horrore astant omnes, astant illi clamãtes omnibus silentibus, & putas simpliciter hæc

Homi. 1. de verbis Esa.

Homil. 21. Act.

Hostia in manibus.

fieri? Hoc, inquam, horrendum Domino præsente sacrificium, &c. Et ad eos qui sanctorum communionem & congregationem relinquunt, & sub horã terribilis mensæ in vaniloquentiæ conuenticulis occupati sunt, Quid facis homo? Non promisisti sacerdoti qui dixit, Surſum corda, & dixisti, Habemus ad Dominum? Et illa ipsa hora mendax inueniris? Papæ! mẽsa mysteriis instructa est, Agnus Dei pro te immolatur, sacerdos pro te angitur, ignis spiritualis ex sacra mensa refluit, Seraphim astant sex alis faciem tegentia, omnes incorporeæ virtutes pro te intercedunt: ignis spiritualis è cœlo descendit, sanguis in cratêre in tuam purificationem ex immaculato latere haustus est. Et non erubescis, reuereris, confunderis &c. Audisti sacros hymnos, vidisti nuptias spirituales, in regia mensa discubuisti, impletus es Spiritusancto, simul cum Cherubim in choreis fuisti, socius factus es supernis potestatibus. Nec enim tonstrina aut vnguentaria taberna est Ecclesia, aut officina forensis: sed locus Angelorum & Archangelorum, Regia Dei, cœlum ipsum. Num & hîc cœlum dubitas? Mensam hanc vide, cuius gratia constituta sit, & quapropter: Cogita quis hîc sit progressurus, ante progressum horrebis. Nã & regis modò thronum videns, animo consurgit quisquis eius egressum expectat: & tu ergo ante illud horrendum tempus animo tremisce & commoueare, priusquã vela reducta, & Angelorum chorum progressum vides, in ipsum vltrò cœlum ascende. Cogita nunc quanta illi veteris sacrificij participes futuri, vitæ frugalitate ac continentia vtebantur: quid non faciebant? Omni tempore purificabantur, ac semper expiabantur. Et tu ad sacrificium, quod horrent & Angeli, tu ad salutarem hanc hostiam, quam ipsi Angeli cum tremore suspiciunt, accessurus, tantam rem temporum circulis circunscribis & ambitu? Considera quæso, & animum hunc aduerte, mensa Regalis apposita est: mensæ isti ministrant Angeli, ipse Rex adest, tu astas oscitans? Hic dum profertur sacrificium, aut elata est hostia, Christus, id est, ouis Dominica, immolatur, cùm audieris, Oremus, cùm vela videris, & bifores adyti valuas subductis repagulis retrahi & aperiri: tũc tecum re-

Ser. de Eucharistia in Encæniis. Surſum corda.

Homil. 27. in 1. Cor.

Homil. 36. in 1. Cor.

Homil. 61. ad Antiochen. 3. ad Epheſ.

puta cœlum ſupernè diffindi etiam & aperiri cogita. Hic myſticus ſanguis angelos & angelorum Dominum ad nos vocat & allicit. Vbi nanque Dominicum viderint ſanguinem in nobis, accurrũt angeli. Cogita, qua dignatum ſit menſa os tuum, quæ contingat & deguſtet, quo cibo fruatur. Perpende cum quibus tempore myſteriorũ aſtes, nempè cum Cherubim, cum Seraphim: neminem hi vituperant, ſed vnus & idem vſus illorũ adimplet ora, Deum vtique benedicẽdi & glorificandi. Quo ergo modo potes cum illis dicere, Sanctus, Sanctus, Sanctus, qui ore tuo ad vituperium abuteris? Stat Dei ſacerdos ad orationem, & tu rides nihil timens? Is tremens, pro te preces offert, tu contemnis? In aulam quidem Regiam intraturus, habitu, oculis, inceſſu, cunctiſque aliis te componis & adornas. Huc autẽ ingreſſurus, vbi verè eſt aula Regia, taliſque qualis cœleſtis eſt, rides? Et tu quidem, ſcio, quia non vides. Audi tamen, quia angeli, cùm vbiq; cum Domino ſint præſentes, tum maximè in domo Dei regi aſtant, & omnia plena ſunt incorporeis illis virtutibus. Cùm enim ſacerdos Spiritum ſanctum inuocauerit, & ſacrificium illud horrore ac reuerentia pleniſſimum perfecerit, communi omnium Domino manibus pertractato, per id tempus & angeli ſacerdoti aſſident, & cœleſtium poteſtatum vniuerſus ordo clamores excitat, & locus altari vicinus in eius qui immolatur, honorem, angelorum choris plenus eſt. Id quod abundè licet credere, vel ex tanto illo quod tum peragitur, ſactificio. Equidem commemorantem olim quendã audiui, cùm diceret ſenẽ quendam virum mirabilem, cui multa fuiſſent myſteria diuinitus reuelata, ſibi narraſſe, tali olim ſeſe viſione dignum à Deo habitum, per illud tempus repentè angelorum multitudinem conſpexiſſe, quatenus humanus aſpectus ferre poterat, fulgẽtibus veſtibus indutorum, altare circundantium, ſic denique capite inclinatorũ, vt ſi quis milites præſente Rege ſtantes videat. Quod facilè mihi perſuadeo. Tempore illo, mi chariſſime frater, nõ ſolùm homines clamorem illum horribilem reddũt, ſed angeli quoque Domino genu flectunt, & archangeli rogant: habent ſibi tempus id idoneum, & ſacram illã oblationem

Ibidem & homil. 45. in Ioan.

Homi. 14. ad Epheſ.

Hom. 15. ad Hebr.

Lib. 6. de Sacerdotio.

Manibus Do. pertractare.

Viſio, ſeu reuelatio.

Hom. 3. contra Anomœos.

in fauore. Itaque vt homines ramos olearum gerentes, monere reges consueuerunt, eóq; arboris genere misericordiam cõmemorant & humanitatẽ: sic angeli tunc pro ramis oleaginis Dominicũ corpus ipsum protendentes, rogant pro genere humano, quasi dicant, Pro his supplicamus, pro quibus ipse tuum largitus es (hunc) sanguinẽ: pro his oramus, pro quibus corpus hoc immolasti. Et in Liturgia, Dum sacerdos dicit orationẽ, quæ Cherubici dicitur, cantores hæc cantant, Qui Cherubim mysticè repræsentamus, & viuificanti Trinitati tersanctum hymnũ canimus, & omnem vitę deponimus sollicitudinem, tanquam regem omnium susscipientes, & angelicis inuisibiliter stipati agminibus, Alleluia. Et paulò pòst, interprete Leone Thusco, sic rursus orat sacerdos, Dominator domine Deus noster, qui ordines & exercitus angelorũ in cœlis constituisti archangelorúmq; in tuæ gloriæ administrationem, fac cum ingressu nostro sanctorum angelorum accessum fieri, qui nobiscũ ministrando, benignitatem tuam glorificent, quorũ te decet omnis gloria, &c. Et in S. Iacobi, hoc est, tãtò ante Chrysostomianam, Liturgia, Lectores inchoant hymnum Cherubicum, ita, Sileat omnis humana & mortalis caro, stet cũ metu ac tremore, nihil apud se terrestre cogitet: Rex enim regnantium, & Dominus dominantium Christus Deus noster ingreditur, vt immoletur, ac detur in cibum fidelibus. Ipsum autem antecedunt angelorũ chori, cum omni imperio ac potentia. Cherubim multorum oculorũ, ac Seraphim sex alarũ, faciésq; velantia, & cum clamore canẽtia hymnũ Alleluia, alleluia, alleluia Eadẽ est Latinorũ de Angelica in mysteriis tum præsentia, tũ adoratione consensio, Quis enim, ait Gregorius 1. meritò, vt cognomento magnus, quis inquã, fidelium habere dubiũ possit, in ipsa immolationis hora ad sacerdotis vocẽ cęlos aperiri, in illo Iesu Christi mysterio angelorum choros adesse, summis ima sociari, terrena cœlestibus iungi, vnũ quoq; ex visibilibus atq; inuisibilibus fieri? Qui locus à Lõbardo in Sentẽtiis, & è Gratiano in canonibus Ecclesiasticis renarratur. Et ex postremis eiusdẽ loci verbis hæc quoq; legũtur in precatione prima Ambrosij ad Missam prępa-

Oliua pacis nuncia.

Angeli pro nobis orant in sacris.

Cherubici oratio.

Cherubicus hymnus.

Dialog. 4. cap. 16.

Lib. 4. dist. 11. & 12. de conse. dist. 2. c. Quid sit.

rante, Vbi caro tua in veritate ſumitur, ſanguis tuus in veritate bibitur, vbi ſumma imis iungũtur, vbi adeſt prę-ſentia ſanctorũ angelorũ, quanta cordis contritione, lacrymarum fonte, reuerentia, tremore, corporis caſtitate, animi puritate celebrandũ diuinũ hoc & cæleſte ſacrificium? Et ex hoc cum aliquot ex ſuperioribus Emiſſeni, Auguſtini, Baſilij, vel Chryſoſtomi potius teſtimoniis notandũ ſcripſit Algerus, In ſacramẽto verè Dei eſſe carnem, quæ tãtæ dignitatis eſt, vt eam virtutes angelicæ honorent miniſtrãdo, & homines adorando, & ſeipſos hoſtias offerẽdo. Citat idẽ Auguſt. in ſerm. de quarta feria, & hoc, Si ſanguinẽ Chriſti tota cum *Reuerentia* percipis, cognoſces per illũ tua dimitti tibi peccata. In hunc ſenſum intelligo, quod Damaſcenus iunior ſerm. de his qui hinc in fide migrarũt, renarrauit. Gregorio, vt quidã ferebant, ſacra facienti cœleſtem angelũ ſociũ ſe addidiſſe, ſimul ſacrificantẽ, Non miniſterio inquam, ſiue diſpẽſatione aut cõſecratione: Sic enim Euchariſtiæ miniſter ſolus eſt ſacerdos, ſed prẽſentia tantùm, cõſenſu, cultu. Niſi fortè recipimus, Marco quondã celebri monacho, non à Macario preſbytero, vt aliis, ſed ab angelo deſcendente, Euchariſtiã dari ſolitã, cuius ſe manũ ad eius vſq; iũcturam vidiſſe idẽ Macarius Palladio, vt & hic in Lauſiaca hiſtoria retulit, affirmabat. Quodq; ab iis quibus S. Chryſoſtomus ſecũ verſantibus cõcredidit, SS. Apoſtolos Petrum & Ioannẽ, morituro ei apparuiſſe, & cẽleſti eum ac ineffabili eſca pauiſſe: ex quo tempore nihil poſteà cibi ſumpſerit. Et ſi qua ſunt id genus exẽpla, admiranda magis, quàm in dogmatis conſequentiã trahenda. At ſuperiore modo, cultus videlicet, & cõſenſus, etiã aliis interſunt ſacris Eccleſiæ myſteriis. Ieſus, ait quidã magnus Euangelicorũ myſteriorũ interpres, Dominus, inquã, noſter nõ indiget multo tẽpore, vt Deutero. ſcribat, vt ſecũdam legẽ in cordibus credentiũ figat, in eorũ mentibus qui ad altaris cõſtructionẽ digni ſunt eligi, legẽ ſpiritus ſignet. Statim namq; vt quis ei crediderit, lex Euãgelij in eius corde ſcripta eſt, & in cõſpectu filiorũ Iſraël deſcripta. Aderãt enim tũc cũ tibi fidei tradebatur ſacramentũ, cœleſtes virtutes, miniſteria angelorũ, Eccleſia primiti-

Lib. 1. c. 12.

Euchariſtiæ miniſter homo, nõ angelus. Sozomen. 6. 29. Nicephor. 11. 35. Nicephor. 13. 37.

Origẽ. hom. 9. in Ioſue 5. ad id. ſcripſit Deuteronomium in lapidibus coră filiis Iſraël.

uorum. Nã si rectè intelligimus Israëlẽ dici mentẽ Deũ videntẽ, rectissimè hoc de ministris angelis potius dicitur, secundũ Domini sententiã dicentis de infantibus, & ptismus. & tu fuisti infans in baptismo, quia angeli eorũ semper Matth.18. vidẽt faciẽ Patris mei, qui in cœlis est. Corã his igitur filiis Israël, qui aderãt eo in tempore, cùm tibi fidei tradebãtur sacramenta, vidẽtibus faciẽ Dei, Iesus in corde tuo Deuteronomiũ scripsit. Quod adhuc euidẽtiùs ex scripturis sacris probare est, Accessistis, ait Apostolus id manifestè designãs, ad montẽ Sion, & ciuitatẽ Dei viuentis Hierusalẽ, Ecclesiã primitiuorũ in cœlis ascriptã, multitudinẽ angelorũ Deum collaudantiũ. Vides ergo quòd corã iis omnibus, qui ex eo quod semper Deũ vidẽt, meritò filij Israël appellãtur, Iesus legẽ suã in cordibus credentiũ scribit, Hæc Origenes. In quẽ etiam intellectum enarrauerũt quidã Dauidis versiculũ, In cõspectu angelorum psallã tibi Domine, & Pauli de muliere præceptũ, quod velamẽ supra caput suũ habere debeat, cũ propter alia, tũ propter angelos, Græci propemodũ omnes. Latini etiã quidã, Vt si mulieres domi viros minus reuerentur, at in Ecclesia reuereãtur vel angelos, & quidẽ cœlestes, qui conuentum fideliũ creduntur inuisere, præcipuè quãdo sacra mysteria celebrãtur, & in omnibus Ecclesiæ sacramẽtis esse prẽsentes. Eò certè loci tractat Apostolus de oratione ac prophetia, præsertim publica. Ne qui Ecclesiẽ eiúsq; cœtibus assistere perhibẽtur angeli, offendãtur lasciuia muliebri, vt quibus ea capitis displiceat nudatio, siquidẽ viderint per eam peccati fomitẽ excitari: grata cõtrà sit, & sacra, & pia illa subiectionis & obedientiæ fœmineæ significatio. Quem etiam sensum de conuentibus Ecclesiasticis secutus est non tantùm paraphrastes, sed & ex aduersariis moderni plerique.

Israël. Pædobaptismus. Hebr.12. Psal.137. 1.Cor.11. Hieron. Staul. Anselm. Bruno. Thom. Lucan. Gl. Interl.

Eucharistia dæmonibus formidabilis. Cap. V.

NEc bonis modò Angelis venerabilis est Eucharistia, sed malis quoque formidabilis, Hic mysticus sanguis (cõcionabatur S. Chrysostomus) dæmones expellit & procul esse facit, vbi nãq; eum in nobis viderint, in fugã vertuntur & fugiunt: Ab hac ergo mensa tanquam

Homil.61. ad Antioch. & 45. in Ioan.

leones ignem ſpirantes, ſurgamus, & abeamus, facti diabolo terribiles & formidoloſi. Cui conſonat Ambroſius, ad corporis Dominici eſum ſic exhortans, Cùm hoſpitium tuum aduerſarius viderit occupatum cœleſtis fulgore præſentiæ, intelligit locum tentamentis ſuis per Chriſtum eſſe intercluſum, fugiet, recedet, & tu noctem ſine vlla offenſione tranſibis. Memorabile eſt quod ſub Anaſtaſio Imp. ſic fertur, Cabades ſiue Coades Perſarum Rex, oppidum inter Perſiam & Indiam, in quo magnam gemmarum & pecuniæ vim eſſe audierat, tentans dæmones theſauri cuſtodes, cùm magia neque Perſica neque Iudaica quicquam profeciſſet, per Chriſtianos, quos eam à Deo poteſtatem recepiſſe audierat, ſic confecit. Loci Epiſcopus ab eo vocatus, conuentu ea de cauſa coacto, peractis, perceptis, & populo præſenti diſpenſatis diuinis myſteriis, ſigno crucis, dæmonia profligauit, & caſtrum regi nullo labore tradidit. Rex ſtupefactus, epiſcopum primæ ſedis prærogatiua cohoneſtauit, cùm primas anteà Iudæi Manichæique ibi obtinerent, facta Chriſtianis Chriſtianiſmi libertate, eorum ex perſecutore, factus protector. Non credis hæc Nicephoro? Audi de ſui temporis miraculis, &, vt ita dicam, conterraneis Auguſtinum, vir tribunitius Heſperius, qui apud nos eſt, in fundo ſuo domum comperiens afflictione animalium & ſeruorum ſuorum, noxiam malignorum ſpirituũ vim perpeti, rogauit noſtros abſente me preſbyteros, vt aliquis eorum eò pergeret, cuius illi orationibus cederent: perrexit vnus, obtulit ibi ſacrificiũ corporis Chriſti, orãs quantùm potuit, vt illa vexatio ceſſaret, Deoq; protinus miſerante ceſſauit. Hęc illi. Non eſt ergo quòd rideamus Aquinatẽ ſic breuiter alicubi proponentẽ, quòd etiã dæmones inueniuntur huic ſacramẽto reuerentiã exhibere, & ipſum timere, &c. Addit aliquantò pòſt. Energumenis & darreptitiis, quibus alioqui ex Dionyſio. Chryſoſt. &c. prædiximus ſacra nec intueri licuiſſe, & huiuſmodi miſellis homunculis, qui ab immundis vexantur ſpiritibus, & Caſſano (ſed loco non indicato) cõmunionẽ ſacroſanctam à ſenioribus noſtris nunquam meminimus interdictam. Verius fortè dicturus, non ſemper, quàm nun-

In pſa. 118. ſer. 8. ver. 6

Nicep. 16. 36.

Crucis ſignum.

De ciuitat. 22. b.

Par. 3. quæ. 76. Arti. 7. arg. 3. Quæſt. 80. art, 9. arg. 2

quàm. Nam quod Dionysium exponit de nõdum baptisatis, in quibus scilicet necdum vis dæmonis extincta est, sed per originale peccatum viuit atque viget, non satis firmum est, nam & alioqui nõ tincti sacris interesse non permittebantur. Illud ergo proprius rem nostram, quod prosper recitat Carthagine suo tempore contigisse, sic vt illic nemo ignoraret. Iuuenculam Arabam, ancillæ Dei habitum gestantem, dum in balneo lanans veneris inspicit impudicè simulacrum, eique se cõsimilat, domicilium se diabolo præbuisse, sit vt leo circuitus, quem quærebat deuorandam, inueniret. Meatu enim gutturis statim occupato, nullum cibum potumve dies plus minus LXX. traiiciente ieiunium sibi diabolus ex possesso vase exhibuit, hoc monstrum parentes diutius non ferentes cum puella sacerdoti fideliter rẽ intimant. Ea fatebatur auem nocte media ori nescio quid infundere stuper erat eam videre robustam potius succo viscerum, & mole membrorum, quàm tam diuturni ieiunij vel iudicio vllo fœdatam, vel pallere, vel tabe, vel debilitate confectam, habito consilio inter tam incredibilia sacerdos eam in monasterio puellarum S. Stephani præposito commendat. Apparet quis & increpat, nec fame, nec siti compulsam locum appetiuisse, quò sibi minus laceret accedere. Duas hebdomadas nihil sumit. Die XV. sacerdote nobiscum ascendente, vt solitum illic mane sacrificium offerretur, præpositus eam perduxit ad altare, quo solent incessu habitúque rubore perfusæ ex epulis poculisque mulieres aduenire. Quæ vt se altari prostrauit, clamore ac fletu cunctis lacrymas induxit, quibus tantum malum tamque iuge auferendum presens plebs Dominum exorabat. Et erat murmur iam indecens. Sacro itaque peracto cum ea inter cæteras breuem corporis Domini particulam tinctam à sacerdote perciperet, semihora mandens traiicere non valuit, nondum vtique fugato, de quo. Quæ consonantia Christi ad Belial? Et. Non potestis calicem domini & Dæmoniorum bibere, non Domini & Dæmoniorum mensæ participes esse. Manu igitur faciem eius sustentanti sacerdoti, ne sanctum proiiceret, suggessit Diaconus, vt calicem salutarem gutturi eius pontifex ap-

De dimidio temporis cap. 6.

1. *Petr. 5.*

2. *Cor. 6.*

1. *Cor. 10.*

Calim olim etiam missierum.

plicaret. Quo facto ſtatim & diabolus quem locum obſederat, ſaluatoris reliquit imperio, & puella quod ore geſtabat ſacramentum, cum laude. Redemptoris transglutiſſe exclamauit. Hinc lætitia, & in Dei gloriam voces, Diabolo poſt LXXXII. dies expulſo, & puella de poteſtate inimici eruta. Oblatio rurſum gratiarum actionis pro ea fit, ſacrificiique percipiens certam partem, priſco reddita eſt vſui. Dumque hæc aguntur, diaconus ſpiritu actus diuino, ſtatuam illam ſublatam confregit in pulueream, ſic omnem inſidiantis aſtutiam ſuperauit diuina maieſtas. Miraculũ poſterius quidẽ ſed nihilo mirabile minus. Cõtigit Bernardi & tempore, & merito. Virũ pauperẽ hic vxoris adulteræ minis. furore, maleficiis cruciatum, vt conſumptis carnibus nec poſſet mori, nec viuere ſineretur, ſed ſæpe vocis vſu ſenſuque corrupto, interim rediret, non ad vitam. Sed ad mortem prolixiorem. In hunc, inquam, virum vir Dei indignatus hoſtis antiqui malitiam ſibi tantum vſurpaſſe, adductum ad ſe in monaſterum, deportatumque ante ſanctum altare, ſuperpoſito capiti eius vaſculo Euchariſtiam continente, in ipſius ſacramenti, dæmone ab eius hominis lizione prohiberi iuſto, miſerum poſt tantòs cruciatus, fides perfecta perfectæ reddidit ſanitati.

In vita ei⁹. lib. 1. ca. 11. Adultera maleſica.

Euchariſtiam & in hominibus etiam mortuis adorant Angeli. CAP. VI.

NEque nihil ad hanc rem faciunt hiſtoriæ aliquot fide non indignæ, quarum teſtimonio fama eſt angelos ad Chriſti fidelium cum hoc fidei ſigno decedentium funera non aduentaſſe modò, ſed & adoraſſe, ſic B. Gregorius, magno ſerio renarrat Romulã Dei ancillam, monialem ſanctiſſimam, cùm moribunda viaticũ petiiſſet, & accepiſſet, duorum chororum ſubitò ante oſtium cellulæ conſiſtentium & pſallentium cęleſtibus exequiis honoratam, ſanctam illam animam inter hæc carne ſolutã, & magna tum claritate luminis, tum odoris fragrantia, tum etiam pſalmodia in cœlum ductam, quaſi viris cantum dicentibus, & reſpondentibus fœminis. Quod ſi qui Gregorio non credant, Chryſoſtomum audiãt annis eo penè ducentis ſuperiorem. Alius, ait, quidã mihi nar-

Dialogo 4. cap. 15. Et hom. 40. ſuper euangelia.

Lib. 6. de ſacerdotio.

rauit,non ab alio edoctus, sed dignus habitus , qui id & vidisset,ipse & audiisset,quòd qui de vita hac emigraturi sunt, si mysteriorum huiusmodi cum pura ac munda cõscientia fuerint participes,spiritũ efflaturi,ab angelis illorum corpora satellitũ more stipantũ *Propter* assumptum illud *Sacrum*, hinc rectà in cœlum abducuntur. Tu verò nondum exhorresçis talem hanc animam in tam sacrum introducens mysterium.Et hi fortè, aut si qui similes patrum loci extant, occasionem posteritati præbuerunt,curiosius fortasse quæritandi,num vt sumendã in altari,vel ex mensa sacra Domini carnem., ita sumptam in Christi fideli adorare possis?Sic non ita pridẽ,hoc est,ante paulò plus quadraginta annos,Ioannes Oecolampadius Dominicæ carnis in sacramento absentator,vt sic loquar, post Zuinglium,& sic adorationis inficiator præcipuus, cõtra hanc argutabatur,Quamuis Christi corpus hic adesse diceremus,nec integrum adhuc vt adoratio doceatur.Sicut enim viros sanctos Deum habentes cordium suorũ hospitem nõ adoramus , ita multò minus panem sacratum, nisi fortè ita deliramus, vt fęlicius pani coniunctũ corpus Christi dicamus, quàm prophetis spiritum sanctum. Cui tum ita respondebat D. Ioannes Fischerus Roffensis in Anglia Episcopus,nemo nouit quæ sunt hominis,nisi spiritus hominis,qui in ipso est. Quamobrẽ nec certò scire de quoquam alio possumus,an Christum gerat in suo pectore,nisi fortè per reuelationem id cuipiam innotuerit. Cæterùm per verba Christi ritè prolata quisque certus esse poterit Christum in sacramento præsentem esse. Quare tutò licebit eum sub sacramento adorare. Nec enim adoramus externam panis & vini speciem:sed Christum sub vtriúsque specie.Et si de quoquã certi fuerimus, quòd Christum haberet in pectore,quid prohiberet, nõ hominem dico,sed Christum in eo adorare?Paulo aliter ante hodiernũ schisma Gabriel Biel, diligens sanè Theologię,quã scholasticã vocant,rhapsodus,ante sumptionẽ à sumẽte adorandũ,pòst gratiarũ actionibus pro accepto beneficio vacãdum. Vbicunq; autem creditur esse,ibi venerandum & intus in anima,licet non exterius in opere, adorandũ,maximè dũ nõ constat quãdiu sit in homine,

Lib.3.ca.5. 1.*Cor.*2.

Super canonem lectione 8,*G*

sacramentaliter scilicet (de hoc enim illic agitur) & sic verè Christi corpus. Hoc autem vel argumentum vel cauillum totidem verbis legitur in scripto Vvaldensium. Licet animaduertant, quæ hîc adorantur, ad tempus esse vt in sacramento, sic & in homine, vtique sacramentaliter, quod quia quandiu in sumente, incertum est, nec regulariter, nec ordinariè in sumente sumpta solent adorari. Alioqui nihil vetat, quin cùm alias semper, tũ verò quo die cibum hunc non corde tantùm, sed ore quoque sumpsimus, & tantum hospitem corpore quoque, nedum spiritu, circunferimus, maiore nos inuicem honore præueniamus, & alius alij præeamus. Est alia diuersitatis huius ratio, quam me docuit magister & præceptor meus D. Ioannes Benedictus, magnum non ita nuper ordinis Theologici & Dominicani ornamentum. Maius scilicet Idololatriæ, siquidem Christus sic in homine adoraretur latria (de hoc enim honoris genere hîc agitur) periculũ. Cùm enim homo per se rationis ac proinde virtutis capax sit vt subiectum, sit autem honor præmium virtutis, suo itaque honore homo dignus sit, signa verò sacra nõ per se, sed propter res tantùm quas figurant & exhibent, sint veneranda, periculi tantùm non est vt in elementis, vt alioqui & sine Dei verbo egenis, infirmis, & mortuis, ita verbi eiusdem accessu diuinis & viuificis, idololatriam committamus, quàm si homines peculiari hoc honore propter sumptum sacramentaliter, & sic aliquãdiu, Christum in eis inhabitantem prosequeremur. Sic enim homines paulatim Deos esse putaremus. Atque interim valeat hæc tum dissimilitudo, tum ratio, donec melior occurrat. Hîc mihi in mentem venit alicuius apud Platonem similis non huic prorsus dissimilis, qui mysteriis, inquit, nuper non initiatus est, sed potiùs deprauatus, non citò hinc illuc ad ipsum pulchrum excitatur, sed quandam magis eius similitudinem. Ideoque non veneratur, dum aspicit, sed quadrupedum instar voluptati deditur, petulanter aggredi & attrectare nititur, nec timet, nec erubescit. Sacris verò expiatus, & aliquando plurima contemplatus, siquando vultum diuina forma præditum, decorum, & ipsam aptè pulchritudinem imitatum videt,

Vvaldenses de quibus suo pòst loco

1. Cor. 6. Rom. 12.

D. Ioan. Benedictus Dominicanus.

In Phedro, siue de Pulchro.

primùm quidem hortet, metuſque vetus aliquis in eum reuoluitur: pòſt inſpiciens, tanquam Deum colit: ac niſi vereretur vehementis inſaniæ crimen, ſacra amatis non aliter quàm Dei ſtatuæ faceret. Hæc ille. Sed de hoc fortè plus ſatis. Ad Angelicam igitur in his myſteriis reuerentiam nobis redeunt bus, occurrit locus D. Bernardi, ſic contra indignè communicantes meritò indignantis, cum multis in Deum atque proximos vitiis, quaſi gens quæ iuſtitiam fecerit, accedunt liberè ad Eccleſiam, pſallunt cum aliis, ſed non ſpiritu, neque mente: orationis tempore neſcio quas ineptias meditantur, & ne ipſo quidem tremendo angelis participare verentur Dominici corporis ſacramento. Nos verò qui nondum in paradiſum rapi meruimus, Chriſti interim carne paſcamur, myſteria veneremur, exempla ſectemur, fidem ſeruemus &c. Rectè igitur tantò antè Alexander Papa I. idem & martyr ſanctiſſimus, ita & aſſumit & colligit de rerum harum tum ſanctitate, tum cultu, nihil in ſacrificiis maius eſſe poteſt quàm corpus & ſanguis Chriſti, nec vlla eſt oblatio hac potior, ſed ea omnes præcellit. Quæ pura conſcientia Domino offerenda eſt, & pura mente ſumenda, atque ab omnibus veneranda. Et ſicut cæteris eſt potior, ita potiùs excoli atque venerari debet. Rectè tantò pòſt Honorius III. & nihil ab omni retrò Eccleſia Græca & Latina alienum, vt dum ſiue in ſacris eleuatur hoſtia ſalutaris, ſiue defertur ad infirmum, populus ſe reuerenter inclinet. Deferat autem eam preſbyter ac referat habitu decenti, mundo velamine, manifeſtè ac honorificè cum omni timore ac reuerentia. Quæ eſt prima & vltima Pontificum Romanorum hac de re ſanctio, niſi quod inter Præfationes, quarum ferunt autorem fuiſſe Gelaſium I. in quadam, quæ eſt, vel potius fuit, octaua de Tempore, ſic legimus. Et ſurſum cordibus erectis diuinum adorare myſterium, vt quod magno Dei munere geritur, magnis Eccleſiæ gaudiis celebretur.

Serm. cõtra vitium ingratitudinis

Epiſt. I. Et de conſ. diſt. 2. c. Nihil.

Extra. de celebr. meſſar. c. Sane.

Suus quoque ſignis, nedum ſignatis rebus honor ſemper fuit, atque cultus.

CAP. VII.

HActenus de Corporis & sanguinis dominici in iis mysteriis præsẽtia, & propter præsentiam adoratione. Est autem & signis, vt rerum adeò adorandarũ exhibitinis, suus quoque honor & cultus singularis. De vtroque ergo, tum rerum, inquam, tum signorum cultu sic ad Ianuariũ B. Augustinus, quo loco disputat num quotidie accipienda sit Eucharistia, & non potiùs dies eligendi, quibus puriùs homo continentiusque viuit, quò ad tantum sacramentum dignus accedat, faciat, inquit, vnusquisque, quod secundum fidem suam piè credet esse faciẽdum. Neuter enim eorũ exhonorat corpus & sanguinem Domini, si saluberrimũ sacramẽtum certatim honorare contendunt. Nam & ille honorando non audet quotidie sumere, & cẽturionis exemplo, indignum se putat dominum sub tectum suum recipere: & ille honorãdo non audet vllo die prætermittere, sed quasi Zachæus Dominum gaudens in domum suam suscipit. Contẽptum solum non vult cibus hic, sicut Manna in primo populo fastidium, vt illud vnicuique secundum propriam voluntatem sapiebat, sic sacramentum hoc in ore cuiusque Christiani quomodo sumatur, æstimandum. Inde enim Apostolus indignè dicit acceptum ab eis qui non discernebãt à cæteris cibis *veneratione singulariter debita*: Continuò quippe cùm dixisset, iudicium sibi manducat & bibit, addidit vt diceret, non diiudicãs corpus Domini. Audis venerationem diuini Christi corporis in his sacris singularem. Et paulò pòst, Liquidò apparet, quando primùm acceperunt discipuli corpus & sanguinem Domini, non accepisse ieiunos, nũquid tamẽ propterea calũniandum est *vniuersæ* Ecclesiæ, quòd à ieiunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit *Spiritui sancto*, vt in *honorem* tanti sacramẽti, prius in os Christiani dominicam corpus intraret, quàm exteri (vel cæteri) cibi. Nã ideo per vniuersum orbẽ mos iste seruatur. Nec enim quia post cibos dedit Dominus, propterea prãsi aut cenati fratres ad hoc sacramentũ accipiendũ conuenire debẽt, &c. Audis rursum & sacramẽti honorẽ, & obiter eius à ieiunis sumẽdi ritum. Et vtrũque tam cultum dico, quàm ritum, non localem,

Epist. 118. *cap.* 3. *Eucharistia an quotidie sumenda.*

De rom. dist. 2. *can. quotidie.*

Matt. 8.

Luc. 7. 19.

Manna. Sap. 16.

1. *Cor.* 11.

Cap. 6. *Can. Liquido, & li.* 4. *sententiar. Dist.* 8. *c. Eucharistia a ieiunis sumẽda.*

aut, vt ita loquar, regionalem, sed vniuersalem & catholicũ. De cuiusmodi ritibus Ecclesiæ paulò antè præscripserat, Si quid horum per orbem frequẽtat Ecclesia, quin ita faciendum sit, disputare insolentissimæ insaniæ est. Et Chrysostomo magni criminis loco obiectum est, ad communionem nõ ieiunos recepisse. Quod adeò deprecatur, atque à se amolitur, vt non recusẽt, si hoc fecerit, expungi nomen suum ex albo episcoporum, nec scribi in libro orthodoxæ fidei: Abiiciat, inquit, me Christus è regno, si tale quid admisi. Erasmus post Palladium nihil tale, sed eum vel instituisse, vel monere solitũ fuisse, vt qui accessissent ad mensam Dominicam, post communionem, mox aut aquam (vt hodie viuum) aut pastiuum (fortè crustulum) degustarent, ne contra voluntatem vna cum saliua, aut pituita quicquam sacramenti exercarent, quod & ipse prius faciebat. Religionem pie sentientibus augens. Nefas, ait prior eo Basilius, sacerdotem sine ieiunio sacra attingere, non solùm in mystica nunc & vera dei adoratione, sed in figurata ex lege introducta. De hoc canon. x x i x. Concilij Carthaginensis i i i. Siccauit. Vt sacramenta altaris non nisi a ieiunis celebrentur, excepto vno die anniuersario, quo cœna domini celebratur. Nam si quorum pomeridiano tempore defunctorum, siue episcoporum, siue cæterorum, commendatio facienda est, solis fiat orationibus, si qui faciunt. Non pransi inueniantur. Et Antisiodorensis canon x i x. Non licet presbytero, aut diacono, aut subdiacono, post acceptum cibum vel poculum. Missas tractare, aut in Ecclesia, dum Missæ dicuntur, stare. Et Toletani v i i. canon i i. Nullus post cibum potúmque quamlibet minimum sumptum, Missas facere præsumat. Ab hoc tamen adeo rationabili Ecclesiæ statuto, & regula alioquin vniuersali excipiũt quidam infirmos, vt statim etiã post cibum cõmunicandos, si super eorum periculo dubitatur, ne sine communione decedant. quia necessitas legem non habet. Quanquam canon ab eis citatus ex concilio Guarmacien, vt presbyter Eucharistiam semper paratã habeat, vt si quis infirmatur, statim eum cõmunicet, ne sine cõmunione moriatur.

Epist. 3.

De cons. dist. 1. cap. sacramẽta.

7. q. 1. cap. Nihil contra.

Tho. Par. 3. quest. 80. Artic. 8. De cõ. dist. 2. ca. presbyter.

non exprimit etiam non ieiunum communicandum, vt hoc fortè casu illud melius valeret, Crede & manducasti,&c. Certè primo Christianos hoc antè omnem cibũ sumere solitos constat ex Tertulliano ad Vxorem. Ego verò noui fratres hodie in Gallia, si Baccho & Como hac in parte placet,reformatos, si non pransos, at probè sumpto priùs ientaculo pastos atque potos ad cœnas alicubi suas accessisse. Nec verò mirum, Nam prętерquam quòd iuxta nouum eorum dogma, tam absunt à cœna Dominica cibi illi mensæ Dominicæ proprij, singulari veneratione digni & colendi, quàm cœlum à terra, Canon hic Augustinianus, vt & reliqui Canones Ecclesiastici, quamlibet veteres aut Apostolici, quia tamen per manus traditi,non expressè in Euangelicis aut Apostolicis literis conscripti, reformatoribus istis papisticus est. Atqui Augustinus, doctor vtique post Apostolos tantus, vt maior nemo, ritum hunc, quem vniuersa per orbem seruat Ecclesia, à Paulo ipso ordinatum esse, ex eodem Pauli loco intelligi datum,vbi scripserat,Cęt era cùm venero, disponam, intellexit, vt cui, eiúsque coapostolis, per quos Ecclesias dispositurus erat Christus, cùm non præcepisset quo deinceps ordine sumeretur sacramentũ, locum hunc seruasset. Nàm si hoc is monuisset,vt post alios cibos,sicut id refectis tradidit & cœnatis, semper acciperetur,eum (credo) morem nemo variasset. Hæc obiter de sacramento nisi à ieiunis non sumẽdo. Nec tamen præter rem, quòd huius ieiunioſi ritus causa fuerit, honor,de quo hîc mentio,tanti sacramenti. Qua etiam honoris non tantum sumendo, sed etiã sumpto debiti causa voluit eadem antiquitas moræ aliquid inter huius sacramenti sumptionem & cibos reliquos interponi: vt legitur in Canone Clementino. Redeuntibus ad hunc honorem occurrit Theodoretus in Dialogo,cui titulus, *Inconfusus*, Mystica,inquiens, signa post sanctificationem intelliguntur ea esse quæ facta sunt,& creduntur,& adorantur, προσκυνεῖται, vt quæ illa sint quæ creduntur. Et in alio qui inscribitur *Iuspatibilis*,sic idem qui suprà loquitur Orthodoxus, Non solius hominis corpus, sed Domini nostri Iesu Christi vnigeniti filij Dei corpus salutem nobis

tem nobis procurauit. Sinautem id tibi paruum & vile putatur, quomodo eius typum ac figuram venerabilem & salutarem existimas? Cuius enim typus est adorandus atque venerandus, προσκύνητος καὶ σεβάσμιος, quemadmodum est ipsum exemplar archetypum vile atque aspernandum? Vt Græcus hic autor etiam ex sacramenti honore rem honore dignam probat, cùm nos honorãdum propter rem signum hîc probemus. Ad quorum honorẽ etiam pertinet scrupulosa illa veterum obseruatio & cautela, ne quid sumpti sacramenti humi decideret, aut decuteretur, Cuius sic meminit inter priscos huius sacramenti ritus Tertullianus, Calicis aut panis etiam nostri aliquid decuti in terram anxiè patimur, nisi fortè de pane etiam communi, & non sacro hîc loquitur. De sacro certè ita concionabatur huic scriptori proximus Origenes, Volo vos religionis vestrę exemplis admonere: Nostis, qui diuinis mysteriis interesse consuestis, quomodo cùm corpus Domini suscipitis, cum omni cautela & veneratione seruatis, ne ex eo parum quid decidat, ne consecrati muneris aliquid dilabatur. Reos enim vos creditis, & rectè creditis, si quid inde per negligentiam decidat. Quòd circa corpus eius conseruandum tanta vtimini cautela, & meritò vtimini. Breuiùs Hieronymus, si eius sunt in Psalmos commentarij, Si quãdo imus ad mysterium: qui fidelis est, intelligit: si in maculam ceciderit, periclitatur. Et hos imitatus Augustinus, Quanta, inquit, sõlicitudine obseruamus, quando corpus Christi nobis ministratur, vt nihil ex ipso de nostris manibus in terrã cadat, &c. Inferunt autem ex hoc Dominicũ corpus cautè seruitandi, honorandique veterum ritu, verbi peręquè diuini auditi grauem neglectum. Sicut & alibi ex manuũ ante sacramenti sumptionem lotione, conscientiarum priùs lauandarum necessitatem: & ex linteaminis, quo id accipiendum excipitur, nitore, cordis & corporis munditiem multò plus necessariam. Sed præstat audire, nam & locus hic ad vtriusque, rei dico & symboli honorem pertinet: Omnes, ait, viri quando communicare desiderant, lauant manus suas, & omnes mulieres nitida exhibent linteamina, vbi Christi corpus accipiant. Hoc dico

Panis ne humi decidat etiam non sacer.

De corona milit.

Homil. 13. in Exod.

Sacramenti ne quid decidat, cautela.

Psal. 147.

Homil. 26. 1. q. 1. cap. interrogo.

Verbi diuini neglectim auditi periculum.

Lotio ante cõmunionẽ.

Linteolo sacramentum excipere.

Sermo. 252. de Tẽpore.

quod vos frequenter facere accipio. Non est graue, nec laborioſum, fratres, quod dico, quod ſuggero. Quomodo viri lauant aqua manus ſuas, ſic eleemoſynis lauent conſcientias ſuas. Similiter & mulieres, quomodo nitidum exhibent linteolum, vbi Chriſti corpus accipiant: ſic corpus caſtum, & cor mundum exhibeant, vt cum bona conſcientia Chriſti ſacramenta ſuſcipiant. Sed de toto hoc rerum & ſignorum cultu, cultus ratione ac differentia ſic reſoluit. Idem doctor reſolutiſſimus S. Auguſtinus, Chriſtiana, inquit, libertas, quos inuenit ſub ſignis vtilibus (qualia erant veterum ſacra, ſacramenta, & ſacrificia) interpretatis ſignis quibus ſubditi erant, eos ad eas res eleuatos, quarum illa ſigna ſunt, liberauit. Ex his factæ ſunt Eccleſiæ Iſraëlitarum. Quos autem inuenit ſub ſignis inutilibus (Paganos, vt potè ſub idolis) non ſolùm ſeruilem ſub talibus ſignis operationem, ſed ipſa etiam ſigna fruſtrauit remouítq; omnia, vt à corruptione multitudinis ſimulatorum deorum, ad vnius Dei cultum gentes conuerterentur, non iam ſub ſignis vtilibus (legis nouæ ſacramentis, ſacríſque ceremoniis) ſeruituræ, ſed animum potiùs in ſpiritali eorum intelligentia exercitaturæ. Sub ſigno enim ſeruit, qui operatur & veneratur aliquam rem ſignificantem, neſciens quid ſignificet. Qui verò operatur aut veneratur vtile ſignum diuinitus inſtitutum, cuius vim ſignificationémque intelligit, non hoc veneratur quod videtur & tranſit, ſed illud potiùs quò talia referenda. Talis autem homo ſpiritalis & liber eſt ſeruitutis etiam tempore, quo carnalibus adhuc animis nondum oportet ſigna illa reuelari, quorum iugo edomandi ſunt. Quales ſpiritales erãt patriarchæ ac prophetæ, omnéſque in populo Iſraël, per quos nobis Spiritusſanctus ſcripturarum auxilia atque ſolatia miniſtrauit. Hoc verò tempore, poſtquam reſurrectione Domini noſtri manifeſtiſſimum iudicium noſtræ libertatis illuxit, ne eorum quidem ſignorum quæ iam intelligimus, operatione graui onerati ſumus: ſed quædam pauca pro multis, eádémque factu facillima, intellectu auguſtiſſima, obſeruatione caſtiſſima, Chriſtus & & Apoſtolica tradidit diſciplina, vt eſt baptiſmi ſacra-

De doctrina Chriſtiana. lib. 3. cap. 8.

Cap. 9. Sic Dominus, Vos adoratis, q̃d neſcitis, ô Samaritani. Nos, Iudæi, adoramus, quod ſcimus. Ioannis 4.

mentum, & celebratio corporis & sanguinis Domini. Quæ vnusquisque cùm percipit, quò referantur, imbutus agnoscit, vt ea non carnali seruitute, sed spiritali potiùs libertate *veneretur*. Vt autem literam sequi, & signa pro rebus, quæ his significatur, accipere seruilis infirmitatis est, ita inutiliter signa interpretari, malè vagantis erroris. Qui autem non intelligit quid signum significet, signum tamen esse intelligit, seruitute non premitur. Melius autem vel premi incognitis, sed vtilibus signis, quàm inutiliter ea interpretando, ceruicem à iugo seruitutis eductam laqueis erroris inserere. Hæc ille. Ex quo habes, non res tantùm sacras, vt etiam exhibitas, nedum significatas, sed signa quoque sacra, vt eas etiam exhibentia, nedum significantia, intellecta quidem, bene omnino: non intellecta verò, non tamen seruiliter, ac proinde non malè venerari. Atque hîc de sacramentorum, in vsu præsertim, intelligentia, & præuia proin explicatione, agendum foret, nisi argumenti res esset prolixioris. Tutius omnino quod Tridentina Synodus innouauit, quod & postulauerat Christianissimus Rex noster Carolus I X. prius eorum vim ac efficaciam, vsum atque rationem pro suscipientium captu, ac commodo explicare, &c.

Sessio. 24. can. 7. Reformationis.

Sua etiam sacræ supellectili seruata semper reuerentia. Cap. VIII.

QVinetiam non sacris modò symbolis, propter rerum vtique quas significant, præsentiam & exhibitionem, sed supellectili quoque sacramentariæ suus semper fuit apud Catholicos honor atq; cultus. De quo D. Hieronymus librorũ Theophili Alexãdrini Paschalium interpres, ad eũdem sic testatur: Sic autem erit testimonium hoc Græcolatinum. In opere, ait, tuo vtilitatem spectauimus Ecclesiarum, vt discant qui ignorãt, eruditi testimoniis scripturarũ, qua debeant veneratione sancta suscipere, & altaris Christi ministerio deseruire, sacróſ-

Vasa & velamina sacra.

que calices,& ſancta velamina, & cætera quæ ad cultum Dominicæ pertinent paſſionis,non quaſi inania & ſenſu carentia,ſanctimoniã non habere,ſed ex conſortio corporis & ſanguinis Domini,eadem qua corpus eius & ſanguis,maieſtate veneranda, Sic ille. Hîc verò in mentem veniat illius Topicorum,Vbi duo propter vnum,ibi vnũ tantùm. Alioqui,non tam ineptiit, aut etiã deſipuit Hieronymus,vt vel ſic ſeruire voluerit creaturæ,ſicut creatori.De altaris item cultu,propter ea nimirum,quæ tum illi ſuperponuntur, tum etiam inde diſpenſantur, ſic concionatur Chryſoſtomus,vt ex eius in vtraque lege cultu, fratris ſeu proximi,qui & ipſe ſuo quoque modo Dei altare eſt,honorem inferat,vt ſuperiores audiuimus ex ſacramenti honore, verbi Dei auditi honorem colligere. Sic ergo,Vis & patris,ait,cœleſtis altare videre? nõ id extraxit homo artifex,ſed Deus:nec lapidibus,ſed materia cœlo clariore,animabus nempe rationalibus.Hoc altare ex ipſis Chriſti membris compoſitum eſt, & corpus Domini (myſticum, fratres quique) altare tibi fit.Reuerêre iſtud ipſum,hoc altare etiam hoc (nouæ legis) quod nũc nedum illo (veteris legis) quod olim ſolùm, magis horribile eſt. Sed ne turbemini, Nam hoc quidem admirabile eſt,propter ſacrificium quod ſuper illud ponitur. Illud autẽ hominis vtpote miſericordis, non propter hoc ſolùm,ſed quòd ex illo ſacrificio, quod hoc facit, compoſitum eſt. Nam hoc mirabile, Lapis enim natura quidem eſt,ſanctus autem,ſeu ſanctum fit:quoniam Chriſti corpus accipit:Illud verò altare ſanctius,quoniam Chriſti corpus eſt,ita hoc illo lapideo ſit horribilius,cui tu laicus aſſiſtis.Ergo tu hoc quidẽ altare honoras,quod Chriſti corpus accipit: eum autem qui ipſum Chriſti corpus eſt, contumelia afficis, & pereuntem deſpicis?&c. Hinc illa templorum & altarium apud veteres Chriſti fideles oſcula,quod adorationis genus eſt. De quo idem,Nonne,aiebat,videtis quòd etiã veſtibula templi huius (vtiq; materialis) oſculantur, illi quidem genu flectentes, alij autem manu contingentes, & ori manum admonentes? Et Ambroſius ad Marcellinam ſororem, Certatim hoc, inquit,nunciare milites, irruẽtes in altaria, oſculis ſigni-

Rom. 1.

Altarium honor.

Homi. 20. in 2. Cor.

Altare duplex.

Conſule Græcum.

Oſculare tẽpla, altaria,&c. Homil. 30. in 2. Cor.

Epiſt. 33.

ficare pacis insigne. Quid quòd & hoc agnouit Lutherus ingratissimorum,id vt pote negantium,pater? Sacrorum etiam,ait,monumentâ,cathedras docentium,baptisteria,altaria quasi exosculamur, quòd sanctissimarũ rerũ copia nobis in illis sine vi opposita diuinitus subministratur. Corporalis Dei præsentia in cathedra, altari, baptisterio &c. Et queritur Chrysostomus ad Innocentium I.Rom. Episcopũ,in tumultu illo aduersum se excitato, sanctuaria ingressos esse milites, quorum aliquos sciret nullis initiatos mysteriis,& vidisse, quæ intus erãt, omnia,in eorum vestes,vt sit in tali tumultu,sanctissimũ Christi effusum sanguinem.Hinc illæ rursum cautelę de adytis à quouis non adeundis, & sacris promiscuè nec quidem attingendis,aut etiam vnquam profanandis.De quo Canon VIII. Synodi Romanæ II.sub Syluestro I. Nullus lector vel ostiarius vasa sacrata audeat contingere,nullus acolythus rem à presbytero sacratã alij porrigere:quia aliud est minister, aliud assistens, nisi tantùm supportet, quod ei sacerdos ore suo benedictũ imponeret.Laodicenus Canon XXI. Quòd non oporteat subdiaconos habere locum in Diaconico, seu licentiam in secretarium, seu sacrarium, quod Græci διακονικὸν, siue diaconiũ appellant,ingredi,& Dominica vasa contingere. Et repetitus est verbis totidem in Agathensi Canone LXVI. Quoniam non oportet ministros insacratos, &c. Quos velut exponẽs Bracarẽsis Cõcilij I. Can. XXVIII. sic habet, Placuit vt nõ liceat cuilibet ex lectoribus sacra altarisvasa portare, nec aliis,nisi his qui ab episcopo subdiaconi fuerint ordinati. Quod & repetitur in libro capitulorum per Martinum Bracarensem tunc episcopũ ex Græcis Synodis collectorum,cap.XL.Non liceat cuilibet ministeria tãgere,nisi subdiacono,aut acolytho in secretario vasa Dominica. Hæc autẽ de hypodiacono diaphonia,quæ apparet, soluta perfacilis est, quòd hypodiaconatus nec semper,nec statim sacer ordo fuit.Sequitur ibidem cap. XLI. Non liceat mulierẽ in secretariũ ingredi: Vetus itẽ canon Soteris I. papæ & martyris vetat,vt rem omni reprehensione ac vituperatione plenam , mulieres etiam Deo sacras siue monachas, sacra vasa, vel sacratas

Serm.in festo dedicationis.

Epist.I.

Sacra non cuiuis adeunda, attingenda, prophananda.

Distin. 23. can. Non oportet.cap. Nõ liceat. Diaconiũ.

Subdiaconatus non semper sacer.

Epist.I.ca. Sacratas.

pallas contingere. Antisiodorēsis itē canon XXXVI. prohibet mulieri nuda manu Eucharistiā sumere XXXVII. manū suam ad pallas Dominicas mittere. Inter decreta Synodi Constantinopolitanæ VI. sic habet ex canonibus Apostolorū cap. III. Nullus sacerdos aut clericus, aut laicus præsumat calicem aut patenā, aut quęlibet vasa sacra, & diuino cultui mancipata, ad alios vsus retorquere. Nā quicunq; de calice sacrato, quo sanguis Christi accipitur, aliud bibit præter Christi sanguinē: & patenam ad aliud officium habet quàm ad altaris ministerium, deterrēdus est exemplo Balthasaris (Babyloniorum regis) qui dum vasa Domini in vsus communes accepit, vitā pariter cum regno amisit. Clemēs certè I. Sacerdotes aliósq; clericos seruientes, vt honore, sic loco discreuit à laicis. Hos ergo noluit eò loci, vbi consistunt illi (quod Presbyteriū nuncupatur) quādo missa celebratur, consistere, qnò liberiùs ac magis honorificè sacra sacerdotes officia exercere possint. De quo ita canit multò pòst Synodus Mogūtina, Vt laici secus altare, cùm sacra celebrantur, stare vel sedere inter clericos non præsumant, sed pars quæ cancellis ab altari diuiditur, psallentibus tantùm pateat clericis. Ad orandum verò & communicandū, sancta, prout mos est, laicis & fœminis pateant, Rhemensis repetit vtrisq; prohibitum & sacrariū ingredi, & altari propinquare. Hinc peruetus illud I. præclarum nescio maioris in episcopo imperij, an in principe obsequij exemplum. Theodosius maior penitens & reconciliatus Mertiolani templi sacrarium ingressus, dono pro more oblato, intra sacros cancellos permanserat, sanctiore vtique sacerdotum loco, vbi antiquitus Imperatoris consistere moris erat, ob dignitatis eminentiā à plebe segregatos. Quod Ambrosius episcopus adulationis magis quàm ordinis esse recti arbitratus, imperialis stationis locum redegit in ordinem, pro tabulatis seu cancellis sacrarij sede illi designata, sic vt princeps quidem honoratiorē prę populo, præ principe ante sacer ordo locū obtineret. Principē ergo in sacrario episcopus misso primario diacono interrogat, si quid vellet, respōdēti diuinorū se mysteriorū perceptionē ibi expectare, significauit per eūdē internū-

Dan. 5.

De consecr. dist. cap. Sacerdotum.

Presbyterium.

Clerici in templis à laicis etiā loco distincti.

Extra. de vit. & hon. cler. cap. 1.

De consecr. dist. 2. can. Peruenit.

Tripart. 9. 30.

Theodoret. 5. 18.

Sozomen. 7. 24.

Paul. diacon. 13.

Archidiaconus.

cium ſacrarium interius tantùm eſſe ſacerdotum, cæteris eius adita abſtinendum. Illi ergo exeundum & communi cum aliis loco ſtandum eſſe. Purpuram enim Cæſaris non ſacerdotes facere. Princeps renunciat eò non tenerè ſe adductum, ſed conſuetudinem, quæ Conſtantinopoli ſeruaretur. Scrutum in ſacrario ſubſtitiſſe, magnas interim de tali correptione gratias ei agere. Conſtantinopolim itaque reuerſus, cum teſte die dono oblato ſtatim ex ſacrario retrocederet, Nectario id ægreferenti, cauſamque quærenti, reſpondit non ſine ſtomacho. Vix aliquando tandem didici, quod ſit inter principem & Epiſcopum diſcrimen, vnum qui pro dignitate epiſcopum ageret, Ambroſium nactus. Et quẽ Mediolani ordinem Ambroſius inſtituerat, Theodoſius laudauit, poſteri adeò confirmarunt, vt Nicephorus horum poſt anteriores id temporis hiſtoricos renarrator, ſcribat ad ſua vſq; tempora ſeruatum ſe Conſtantinopoli ſemel animo tempore ætatis ſuæ tamen principes vidiſſe ſacra adyta in magni Dei ſophiæ templo ingreſſos. Sub crucis forma, in ſacra menſa noua adolentes aromata, & dona ei interentes. O noſtri ſeculi prolapſos mores. Si nunc dignetur princeps templum adire, extruitur ei tabernaculum altari propè ſublimius: & intra cancellos nonmodò inter honeſtos ciues recipit, mercatoris, decanos & Eccleſiæ primores? Sellis ſuis deturbant, &c. Sed ad prius inſtitutum reuertamur. Canonum Apoſtolicorum Clemens, vt audit, collector, iuſſit calicem ad perferendum Domini ſanguinem, cum tota miniſterij munditia, à miniſtro præparari, ne, inquiebat, calix non vene lotus diacono peccatum fiat offerenti. Pallas verò & vela in ſanctuarij miniſteriis ſordidata, diaconos cum humilibus miniſtris lauare iuxta ſacrariam, non eiicientes inde foras menſæ Dominicæ velamina, ne fortè corporis Dominici puluis malè decidat à ſindone foris ablata, & ſit hæc operãti peccatum. Hęc igitur intra ſacrarium à miniſtris cum diligentia cuſtodienda. Peluim nouã comparandam, quæ præter hæc nihil illud tangat, nec velis aliis lauandis aponatur, niſi ad Dominici corporis cultum: ſed ſolæ in ea pallæ altaris lauentur. In alia ianuarum vela, & de his

Purpura principum, non ſacerdotum.

12.41.

Eraſ. præf in Ambroſ

Epiſt. 2.

De conſ. di. 1. can. Nemo per.

quoque cura sit hostiariis ex maiorum admonitione, ne quis negligens aut ignarus ad velum ianuæ domus Domini manus incruditè tergat: sed statim coërcitus discat omnis homo, quia velum atrij domus Domini sanctum est. Quem canonem partim innouauit Ilerdense Concilium, vt ad corporale lauandum, & ad pallas altaris propria habeantur vasa, in quibus nihil aliud fiat. Addit Clemens, Nemo per ignorantiam clericus palla mortuum credat obuoluendum, aut diaconus scapulas operire velit, quæ in altari fuit, aut certè ad mensam Domini data est. Quod etiam innouauit Aruernensis Concilij canon. III. Obseruandum ne pallis vel ministeriis diuinis defunctorum obuoluantur corpuscula. Et canon V. De opertorio Dominici corporis seu palla altaris, nunquam sacerdotis corpus, dum ad tumulum euehitur, obtegatur, quia sacro velamine vsibus suis redditò, dum corpora honorantur, altaria polluuntur.

De conſ. di. 4. ca. Omnis presbyt.

Vbi ſuprà.

Idem quod suprà, de vasis sacris statutum extat Sixti I. ne ab aliis quàm sacratis Deoque dicatis contrectentur hominibus, maximè verò à fœminis. Indignum valde vt humanis seruiant vsibus, aut ab aliis quàm à viris Domino famulantibus tractentur, ne pro eiusmodi præsumptionibus cratus Dominus, plagas imponat populo suo, & hi etiam qui non peccauerunt, mala patiantur aut pereant, quia perit sæpe iustus pro impio. Non permittenda ergo in Ecclesiis deinceps talia. Idem & Stephani I. sub Valeriano & Gallieno Impp. de vestimentis Ecclesiasticis, quibus Domino ministratur, cultusque diuinus omni cum honorificentia & honestate à sacerdotibus reliquisque Ecclesiæ ministris celebratur, quæ sacrata esse debent & honesta. Quibus, cùm Deo eiusque seruitio consecrata sint & dedicata, nemo in aliis vsibus frui debet, quàm Ecclesiasticis, Deoque dignis officiis. Quæ nec ab aliis contingi debent aut ferri, nisi à sacratis hominibus, ne quæ Balthasarem Regem percussit vltio, super hæc transgredientes, & talia præsumentes, diuina veniat, & ad ima eos corruere iustum diuinæ vindictæ flagellum faciat. Patres igitur aliquantò pòst in Bracarensi Concilio III. collecti, contra

Epiſt. 2. ca. In ſancta Platin.

Epiſt. 1. ca. veſtimenta. Breuiar. To. 2. Aug.

Dan. 5.

ſacerdotes ſuperiora de his decreta violare prę-
ſumentes, ſic cauerunt. Omni cura ſtudioque prouidendum, ne *Can.2.*
qui locum videntur obtinere regiminis, contumeliam
inferre videantur cœleſtibus ſacramentis. Etenim quod
& auditui terribile, & viſui eſt execrabile, relatam nobis
eſt quoſdam ſacerdotum ſacrilega temeritate præcipites,
vaſa Dominica in proprios vſus aſſumere, epuláſque ſibi
in eis comedendas apponere. Quod malum & obſtupen
tes deflemus, & deflentes obſtupemus, vt in iis humana
ſibi temeritas epulum præparet, vbi ſanctum ſpiritum co
gnoſcitur aduocaſſe: & eſum ibi carniũ coapulatus quis
aſſumat, vbi diuina viſus eſt celebraſſe myſteria: & in
quibus tantùm ſibi offerri ſacramenta pro delictorum *Vel tãtæ rei*
expiatione præcepit, in his ludibrij ſui expleat volunta- *ſacramentũ*
tem. Huius itaque de cętero præſumptionis perſona, quę *percepit.*
ſciendo diuina vaſa vel miniſteria, aut in ſuos vſus tran
ſtulerit, aut in eis comedere, vel poculum ſibi ſumẽdum
elegerit, gradus ſui vel officij periculum ſuſtinebit, ſecu-
laris quidem, perpetuæ excommunicationis condemna-
tione, religioſus autem ab officio depoſitione. Qua e-
tiam damnationis ſententia tenebuntur obnoxij, qui
Eccleſiaſtica ornamenta, vela, vel alia quæuis indumen-
ta, aut vtenſilia, ſciendo in vſus ſuos tranſtulerint, aut
aliis donanda vendendáve crediderint. Et Zepherinus *Vaſa ſacra*
quidem XVI. Rom. Epiſcopus patenis vitreis Miſſas ce- *ex qua ma-*
lebrari conſtituit, vt habet canon Triburienſis XVI. vt *teria.*
liber Damaſi Pontificialis, vt patenas vitreas miniſtri an-
te ſacerdotes portarent. Vt recentiores, inter quos Plati-
na, vt conſecratio diuini ſanguinis in vaſe vitreo, non,
vt anteà, fieret in ligneo. Deinde Vrbanus papa XVIII.
omnia miniſteria ſacrata fecit argentra. In hoc enim, vt
& in reliquis cultibus, magis atque magis per incremen- *De conſ. di.*
ta temporum decus decreuit Eccleſiarũ. Nam Bonifacius *1. can. Vaſa*
martyr & Epiſcopus, interrogatus liceret néene in vaſcu- *Fulgoſus id*
lis ligneis ſacramenta conficere, reſpondit, Sacerdotes *apoſthegma*
quondam aureos ligneis calicibus vſos, nunc è contrario *Ambr.*
ligneos aureis vti. Noſtris ergo diebus, aiũt qui antè, Tri- *attribuit.*
burienſes, qui ſerui patrisfamilias ſumus, ne decus matris *cap. de inſt.*
Eccleſiæ imminuatur, ſed magis cumuletur ac amplifice- *antiquiſ.*

tur, ſtatuimus, vt nullus deinceps ſacerdos ſacram myſterium corporis & ſanguinis Dominici in linguis vaſculis vllo modo conficere preſumat, ne vnde placari debet, inde iraſcatur Deus. Zephirini certè inſtitutio iã olim antiquata eſt, nedum immutata. Et vetitum ac ſancitum, vt neque in ligneo, propter raritatem, qua ſacramentũ imbibitur: nec in vitreo, propter fragilitatem: nec ex ære, ob tetrum ſaporem, quem inde concipit ac contrahit: nec ex ærichalco, quia æruginem facit, & vomitũ prouocat: ſed ex auro argẽtóve, aut ſtanno fieret. Poſt Innocẽtius III. in Lateranenſi Concilio, relinqui nolens incorrectum, quòd clerici quidam ſic exponerẽt Eccleſias ſuppellectilibus propriis & alienis, vt potiùs domus laico, quàm Dei viderentur baſilicæ, non conſiderantes quòd Dominus non ſinebat vt vas transferretur per templum: Alij non Eccleſias ſolùm incultas dimitterẽt, ſed miniſterij quoq; vaſa, miniſtrorum veſtimenta, pallas altaris, & corporalia tam immunda relinquerent, vt aliquibus interdum eſſent horrori: ſtatuit ne huiuſmodi in Eccleſiis admitterentur, niſi propter hoſtiles incurſus, repentina incẽdia, aut alias vrgentes neceſſitates: quibus tamen ceſſantibus, res in priſtina loca reportarentur. Prædicta igitur munda conſeruari & nitida iuſſit, nimis enim abſurdum videri, in ſacris ſordes negligere, quæ vel in profanis dedecerent. Hæc ille. Marci autem locum ſi quis negat ad hanc rem facere, audiat ibidem Chryſoſtomũ ſic concionantem. Eo tempore in carnali templo non dimittebat Chriſtus ferri vas. Et hodie quanta in Dei tẽplo vaſa morãtur immunda? Eo inquam, tẽpore trãsferre non licebat vaſa, & non dicit, immũda, ſed vaſa quęcunq; ſimpliciter nuncupauit, nunc verò quanta vaſa morãtur intrinſecus? &c. Et hic locus nobis ad Chryſoſtomiana viam ſternet, ſi fortè ſuperiora, nobis quidẽ Eccleſiaſtica, reformotoribus miniſtris extraordinariis ſunt papiſtica. Sic igitur os illud aureum de aureis vtriuſque teſtamenti vaſis ſacris, qui phialas poculáve aurea Deo dicaturi ſunt, poſtquam ea iam confecta acceperint, denique repoſuerint, nequaquam ea quaſi profana intuentur, ſed tanquã Deo ſacra, nec audeat ea temerè citráque cauſam attingere, quẽad-

Cita. Gratian. ex ea. conci. Rhemenſi, in ca. Vt calix, Breuiar. Rom. 26. Aug. Plat. Extra. de cuſtodia Et c cap. 2. Mar. 11.

Homi. 13.

Homi. 2. de Anna.

modum cætera. Et, Si vasa sanctificata ad priuatos vsus transferre peccatum est & periculum, sicut docet nos Balthasar, qui bibens in calicibus sacris, de regno depositus est & de vita: Si hæc ergo vasa sanctificata ad priuatos vsus transferre sic periculosum est, in quibus non est verũ Christi corpus, sed mysterium corporis eius continetur, quantò magis vasa corporis nostri, quæ sibi Deus ad habitaculum præparauit, nõ debemus dare locum diabolo, agendi in eis quę vult? Hunc locum, præterquam quòd & liber totus non olim tantùm ab Erasmo, sed & nuper à patribus Tridentinus notatus est, quia negare videtur in Eucharistia verum Christi corpus, cùm in eam rem allegasset in præfatione suæ institutionis Pseud'alcuinus, in posterioribus editionibus resecuit verus & sui similis Caluinus, opinor, quia propriùs inspectus, de veteribus templi loquitur tum vasis, tum mysteriis. Alioqui longè abest verus Chrysostomus, vt sic vsquam alibi prædicet. Adeóque hic autor, quisquis fuerit, rectè alibi, & quidem in eodem opere, sentit atque scribit, de manu sacerdotis hîc dari sumique non id modò quod videtur, sed & quod intelligitur: non solum sanctificatum, sed sanctificationem quoque ipsam: ecquam verò, nisi Iesum Christum, sanctificationem nobis à Patre factum. De vasis igitur legalibus locus hic fuerit Pseudo Chrysostomi: qui indubitatus Chrysostomus, tantus licet paupertatis amator & commendator, num ideo Eucharistica noluit aurea? Imò etiam voluit, sed meliora maluit, hoc est, corda, vt cum eodem loquar, aurea. Ne satis, ait, putemus ad salutem nobis esse, si viduis & pupillis expilatis, aureum calicem & gemmis ornatum huic mensa offeras. Vis enim sacrificium hoc honorare? animam offeras, propter quam Christus immolatus est, & hanc auream facito. Nam si plumbea est aut testra, imò testa plumboque deterior, vas autem aureum, quid vtilitatis? quid tibi proderant aurea vasa? Non igitur laboremus, vt aurea tantùm vasa offeramus, sed, & quidem multò magis, de iustis quæsita laboribus. Hæc aurea sunt, & aureis precioſiora, quæ auaritia non inquinantur: nec enim aurificina est, aut argenta-

Homi. 11. *editionis* 2. *in Matt.* *Dan.* 5.

Homil. 17. *1.Cor.* 1.

Homil 60. *ad Antioch.* 51. *in Mat.*

ria officina,sed angelorum concio,atque celebritas, Ecclesia.Animarum ergo munditia opus, vt propter quas hæc quoque vasa Deus acceptat. Et certè non erat tunc nec argentea illa mensa,nec aureus ille calix,quo Dominus discipulis suis suum sanguinem præbuit(audis in calice Domini sanguinem, nedum mysterium)preciosa tamen illa omnia,& tremenda,& veneratione, quia etiam spiritu plena,& abundantia. Vis Domini corpus honorare?nudum ne despice,neque hic quidem in Ecclesia sericis honores vestibus aut pannis induas,foris autem frigore ac nuditate confici sinas,confectum ac pereantem negligas. Qui dixit,Hoc est corpus meum, idque verbo fecit,idem dixit, Quod vni ex minimis non feciſtis, mihi nec feciſtis. Hoc Christi corpus anima munda indiget, non amictu:Illud multa cura & magna diligentia.Discamus Christum pro sua voluntate honorare, is ei honor iucundissimus,quem vult,non quem putamus.Non eget Deus vasis aureis,sed animis.Hoc dico, non quia vetare velim talium vasorum oblationē, sed quòd dignum putem cum his & ante hæc eleemosynæ incumbendum, & illa enim Deus accipit, sed hanc multò magis. Illa danti prosunt,hæc etiam accipienti.Illic ostentationis & ambitionis esse potest occasio, hæc tota humanitati attribuitur.Nam quæ quæso,vtilitas,si cùm eius mensa calicibus aureis referta sit,is fame pereat? priùs esurientem satia, pòst mensam eius ex abūdanti adorna. Calicem aureum facis,calicē frigidæ ei non porrigis? Pallia & mensæ coopertoria auro nitentia paras, & necessaria ei tegumenta negas? Quod inde emolumētum?quod lucrum?Dic,oro, si quem fame pereuntem intus necessario cibo non reficeres,mensam autem auro argentoque operires ac ornares num is gratias haberet, ac non potiùs indignaretur? Quid si nudum atque congelatum conspicatus,nec tamē vestias,sed aureas in eius honorem laudemque tu statuas origere dicas,nonne irridere ac conuitiari dicet?Idem in Christo cogita,cùm vagos & peregrinos tecto videris indigentes,nec eum in iis suscipis, verniculato interim amblemate pauimenta ornas, atque parietes: muros stonis magnificos,columnarum capita erigis, lychnos & lucer-

Matt. 26. & 25.

*Matt.*10. *Mar.*9.

nas catenis argenteis ab aureis auratifrè laquearibus ſuſpendis, ipſum in carcere vinctum nec quidem inuiſis. Et hæc rurſum dico, non prohibens magnifica templa extruere, adeoque in his gloriari, ſed hæc cum illis, vel potiùs ante illa facere commouens Eleemoſynas inquam, facere moueo. Nemo enim quia magnifica templa non condidit, vnquam accuſatus, pro harum neglectu gehẽna intentata. Cùm ædos ergo exornas, fratrem noli deſpicere, vt verius & principalius multò Dei templum. Et ſiquidem præparaſſe quoſdam vaſa ſacra videris, aut ornatum quendam alium circa Eccleſiarum parietes, & pauimenta confeciſſe, noli reprehendere, aut venundari iube quod factum eſt, ne animum eius qui fecit, perturbes: Sin antequam fecerit, te conſuluerit, pauperibus offerre iubeto. Et ſanctus ergo pater hic templorum cultus, & in ſacrorum miniſterio vaſa precioſa non improbat, etiãſi eleemoſynam hîc, vt vbique ſui ſimilis præferat. Loquitur autem vtroque loco de ſcandalo ac murmure Apoſtolorum, Iudæ imprimis, ex effuſo per Mariam vnguento, de quo adhuc poſteà in Iudæos & Iudaiſantes huius ſacrorum cultus irriſores. Idem alibi quod ſuprà Auguſtinus, vrget ex manuum & vaſorum munditia. Dic, ait, tu mihi, illotiſnè manibus ad hoc ſacrificium, & tam *venerabilem* victinam auderes accedere? non puto: quin ſic ſordidus temperare ab aditu ſacrorũ malles, opinor. In paruo tam religioſus ac reuerens, animam habens vitiorum cæno ſqualidam accedis, & audes impudens contingere? Quin perſpicis vaſorum *venerandam* illam ſupellectilem ſic vndique terſam, aquis perfuſam, & tanto ſplẽdore refulgentem? Atqui his par eſt nobis animas eſſe puriores, ſanctiores, & virtutum ornamentis ſplendidiores. Cur id tandem? Illa ſiquidem noſtri cauſa talia fũt: alioqui eius qui inelt, eiuſque virtutis inhabitantis, non capacia, nec ſententia. Nos autem certè maximè. Nunc ergo ſordido vaſe vti nolis, & anima ſic contaminata immundus accedis? Et alibi breuiter, Non vides ſacra illa vaſa? Non ad vnum illa ſemper vſurpantur? audetuè quiſquam illis ad aliud quicquam vti? Iam tu vaſis iſtis ſanctior es, idque multò. Cur itaque teipſum ſordidũ reddis & pollutum?

Homil. 81. in Matth.

Matt. 26. Marc. 14. Ioan. 12.

Homil. 3. ad Eph. 61. ad Antiochen.

Locio ante communionem.

Homil. 14. ad Eph.

Hactenus os illud aureum aureæ in sacris supellectilis vsum non improbat. Quam superior etiam Ecclesia quãlibet pauper adeò nec improbarat, vt apud prudentium præfectus vrbis sub Decio principe vtique pagano, Archidiaconum Laurentium sic alloquatur.

Hunc esse vestris orgiis
Morémque & aremproditum est,
Hanc disciplinam fœderis,
Libent vt auro antistites.
Argenteis scyphis ferunt
Socr. 5. 16. *Fumare sacrum sanguinem,*
Nicep. 12. *Auróque nocturnis sacris*
25. *Astare fixos cæreos*
Id. 13. 22. Cui respondens sanctus Martyr.
Est dives, inquit, non nego
Habéque nostra Ecclesia
Opumque & auri plurimum,
Nec quisquam in orbe ditior.
Is ipse tantùm non habet
Argenteorum ænigmatum
Augustus arcem possidens,
Id. 14. 2. *Cui nummus omnis scribitur.*
Sozom. 9. 1 *Sed nec recuso prodere*
Locupletis arcam numinis,
Vulgabo cuncta, & proferam
Præciosa quæ Christus tenet.
Videbis ingens atrium
Euagrius. *Fulgere vasis aureis,*
2. 2. Nicep. *Et per patentes porticus*
41. 47. *Structos talentis ordines.*

Reddita autem Ecclesiis pace per principum ad Christum conuersionem, constat idem vsus ex Constantinorum donariis, & Iulianis sacrilegiis, de quo pòst inter eius similes videro. Ea impius hic Ecclesiæ ablata in idoliis reposuerat. *Idola* pius Theodosius maior in ollas, lebetes, aliáque vasa in Ecclesiæ Alexandrinæ vsum transformauit, & tri similes nostros principes esse par est? *Sub huius* filio Arcadio, Misso in exilium Ioanne illo oris aurei episcopo, Constantinopoli fortuitum vel potiùs

diuinitus factum incendium, quasi animatum esset, catenus Ecclesiæ peperciſſe ferunt, vt ab ædicula solas, vbi sacra vasa asseruarentur, se abstinuerit. Rideant hæc reformatores moderni, vt & *Pulcheriam* illam Augustam multò pulcherrimam Theodosium iuniorem fratrem suum docentem ædes Deo factas preciosis vasis, donariis & ornamentis honorare ac locupletare. Chrysaphio Eunucho similes hodie plures, quàm flauiano Antiochiæ Episcopo, *Quorum* illi aureum mumes electionis gratia imperatoris nomine patenti, respondit hic, non esse sibi talium copiam, nisi fortè sacris ad hoc templi donariis vteretur. Ipsum verò optimè nosse, sacra Ecclesiæ vasa Deo atque pauperibus esse consecrata. Illud in historia Romana lectu periucundum, Sacra vasa quæ Vespasiani vastatis Hierosolymis Romam secum attulerant, Gensericus Rex Vãdalus Roma capta secum abstulerat, à Belisario huius victore recepta, & Constantinopoli triumphata, quæ isti cunque conuasauerant, Iustiniani Christũ mirificè honorantis iussu, vbi primùm fuerãt à Salomone Deo consecrata, Hierosolymam esse remissa. Qui princeps omnia ad vsum sacrorum in templo Sophiæ Constantinopoli quanta, quamque precioſa parauerit, eloqui omnino non est, quæ tamen pluribus accessionibus Iustinus eius successor exornauit. Nec ita post Mauricius Imp. præclarum illud stemma & ornamentũ quod ei Sophia Augusta socrus, & coniux Constantina ambitiosè admodum & magnificè elaborauerant id ne semel quidem gestasset, maximo Dei templo intulit, & diuinæ mensæ consecratum, aurea catella suspendit. Quod ad vrbis vsque expugnationem durauisse autor est, qui & superiorum penè omnium Nicephorus. Et hæc bonis adhuc temporibus, melioribus certè quàm nostra sint.

Niceph. 15 11. & 17. 12. *Ex Procop. De bello Vandalico. lib.* 4. *Paul Diacon. lib.* 16. *Niceph.* 17. 20. *Idem* 18. 42. *Paul. Diacon. lib.* 17.

Schoſtalicorum poſt claſsicos doctores hac de & reſolutio.

CAP. IX.

EX tanto igitur panis atque vini, materiæ nempe consecrandæ apparatu, sacerdotum ordinatione, altariam consecratione, templorum, vasorum, amictum sacrorum cultu, omnibus retro seculis, locis, atque temporibus obseruato in omni Christi fideli Ecclesia, Scholastici (vt huic quoque postremæ doctorum classi suus in hac nostra farragine locus non desit) multò verò omnium rituum maximè ex hac rerum in mysteriis vt præcipuarum, sic sanctissimarum, id est, corporis & sanguinis Dominici, per clerum atque populum adoratione, colligunt hæc elementa benedici atque consecrari: Non vt res modò figurent atque significent, sed etiam exhibeãt atque repræsentent, id est, præsentes faciant, alioqui in omni (ait vltimus horum collector) Missa committeretur Idololatria, quia cultus vni debitus creatori, creaturis, & quidem brutis, sine sensu, ac stolidis exhiberetur. Adeo rerum hîc cum signis sacris præsentia & adoratio coniunctæ sunt, se sequuntur, atque mutuò inferũt. Cùm autem Christo, vt in Eucharistia, debeatur Latriæ, hoc est, summus diuinúsque cultus, non est eo adorationis genere colendum sensibile continens, prout neque adoratur, sed contentus IESVS. Neque tamen simpliciores, si qui adeò non possunt panem panisire speciem à Christi corpore distinguere, protinus idololatræ sunt, in omnibus enim eiusmodi vna est responsio, quòd in Ecclesiæ fide adorãt, quodquidem sufficit eis ad salutem. Maiores verò sine peritiores distinctè adorant contentũ Dominum, non verò signum continens, siue sit tantùm accidens, siue panis esset cum accidente substantia.

G. Biel. super canonem Lectione 29 Ho. & 50.

Rom. 1.

Lect. 41. G. H.

Tria enim hoc in sacramento proponũtur discreta. Visibilis elementorum panis & vini species, quæ visibiliter cernitur: Veritas corporis & sanguinis Domini, quæ visibili signorum specie creditur: Virtus gratiæ spiritualis, quæ sub corpore Domini ac sanguine inuisibiliter & spiritualiter percipitur. Quod videmus panis est & vini species: quod sub horum specie creditur, verum Christi corpus & sanguis est.

Lect. 35. q. 44. A. Tria in Euchar.

Quo igitur sensu vulgus Christianum ait se vidisse in missis

Missis aut mysteriis sacrum Christi corpus, aut ipsum etiam Deum, cum sacramentum modò viderit? Quo nimirum sensu contentum videre dicimur, cùm continens modò videmus: Vt hominem, cuius vestes aut arma, quibus vestitus est aut armatus, videmus, vt vinũ in vase gesse gestari, cùm vas duntaxat continens videmus, videre dicimur. Sed hic lector meminerit similia hæc, vt sunt omnia de rebus diuinis humana, de spiritalibus carnalia, de cælestibus terrena, dissimiliora esse quàm similiora. Proinde cùm & hoc de rebus contentis ex rebus continentibus iudicium, sit potiùs intellectus quàm sensus iudicium, sancti patres sæpe negant Christi corpus & sanguinem in iis sacris videri, vtique sensibiliter, sed fideliter ac indubiè credi, dum docent aliud in iis videri, aliud intelligi, res esse inuisibiles, & signa visibilia. Potest etiam concedi, dicique, satis licet impropriè, viso sacramento videri corpus Domini, & cõsequenter Deum, Dei vtique filium, ei humano corpori spiritualiter, imò hypostaticè vnitum, quo scriptura videndi modo sensúque patres toties ait Deum etiam, nedum Angelos in natura sua inuisibilis, vidisse, cùm assumpta modò ab eis ad tempus corpora, & in quibus subiectis apparuissent illis, creaturas duntaxat vidissent. Vidimus, aiebant illi, Dominum. Et nos quoque Dominum videmus, sed in sacramento, id est, sacramentum videmus, in quo verè continetur, exhibetur, sumitur Dominus. Verùm hæc subtiliora concionator populum, rudem præsertim, vel omnino celet, vel certè clarè distinctéque doceat, ne dum se vult subtilem ostentare doctorem, fiat errorum magister, nec tam in fide simplices informet, atque instruat, quàm turbet atque seducat. Totus IESVS Christus Deus homo iuxta vtranque naturam sub visibilibus elementorum panis & vini speciebus inuisibiliter quidem, sed veraciter contentus ac exhibitus adoratur in hoc sacramento, latria tam interiori, fide scilicet, spe, & charitate, quàm exteriori, modo vtique capite, flexis genibus, tensis manibus, tunso pectore, & id genus externis grandi adorandique ritibus atque ceremoniis. Hæc est de Eucharistiæ adoratione Scholasticorum resolu-

Lec. 45. T. T. 48. k. 50 L. 0. 61. G

Similitudines qualescúnque. I. dissimiles.

Aug. & Prosper. in can. Hoc est. &, Nec autẽ. De cons. dist. 2.

Gene. 32. Iudic. 31. Esa. 6. & 6

tio. Cuius Biel eorum ante schisma hoc nouissimus quidem, sed anteriorum obseruantissimis, testes laudat optimos quosque Hugonem imprimis Victorinum, innocentium III. Pontifex Maximus, Albertum magnum, Halensem, Thomam, Scotum, Bonauenturam, &c. minorum quidem, vt ita dicam, gentium magistros, sed ordinis huius primos atque præcipuos. In quibus hac de re quid non cum superioribus patribus, maiorum, vt & sic dicam, gentium magistris, consonum & consentiens? Viderint igitur quàm bene sibi conscij, quàm parum candidè nobiscum agant, qui nos horum discipulos, aut lectores, vt artolatras, conuicio quàm maximè possunt, odiosæ vbique traducunt, cùm magistri illi nostri tam disertè tamque dilucidè doceant hîc adorari res, non signa: & contenta, non continentia. Verùm nouos hos Rabinos & reformatores mendaciloquos, memores, iuxta prouerbium, esse oportebat. Quo enim pacto vel sibi constant, vel non mentiuntur, dum simul nos dicunt & hîc panem colere, & hinc panem tollere? vel, quod in idem redit, nos panis hinc substantiam absentare, & panem hîc tamen adorare? Sed hoc istos male habet, quod Theologiæ scholæ recentior hæc, vt peruetus illa, tam præsentia hîc faciat signata, quàm signa, tamque adesse Christi corpus & sanguinem, quàm panis & vini species seu elementa. Litigent verò hîc, & corrixentur Zuingliani veteres ac noui cum Lutheranis, præsertim præfractis, non cum Scholasticis, de vtráque tum præsentia, inquam, tum adoratione, vt dogmatibus valde vicinis, imò apertè coniunctis. Et si quidem illos offenderit illud in ostensione sacramenti, vel Halensis. Adoro te IESV CHRISTE, &c. vel Aquinatis, Tu Rex gloriæ Christe, Tu, & cætera, quem versiculum ferunt doctorem hunc tunc cum sequentibus solitũ recitare, & hac eum, quem omnis inuocat creatura, inuocatione adorare. Hæ inquã, preculæ aut similes, si quos offendunt, complacare debet eos Ecclesiæ pene totius ad Christum in his tunc sacris ceu presentem quatenus hominem, cum precatione alloquium (de quo suprà) Agnus Dei, & cætera.

Artolatræ.

Res in Eucharistia tũ præsentes, quàm signa sint præsentia Sic passim Brentius. Flacius, &c.

Biel vbi suprà Anton. Pizamanus in eius vita. Clictoueus in cantic. Tereum.

Et dei enim Agnus est, quà homo, non quà Deus.

Erasmica super hoc examinata.

CAP. X.

AD quos (non magis nobis, nostrisque anteà hac de re dictis, quàm sibi mutuò suorumque super eadem re scriptis contradicentes) antequam venio, addam & aliam cultu huius rationem ex Diui. Erasmo, scriptore tantò vtique mihi magis grato, quantò est aduersariis inuisior. Is ad quendam parum pie de hoc sentientem, ita scripsit. Ecclesia mihi persuasit Euangelio credere, eadem magistra verba Euangelij interpretari, hactenus cum omnibus Christianis Christum pro me passum adoraui in Eucharistia, Nec adhuc video cur debeã ab hac opinione recedere, Nullis humanis rationibus, abduci potero à concedi sententia Christiani orbis. Quid afferunt isti quod tam impiam tamque seditiosam sententiam profitear? Rationes stupeas, Non admirati sunt, non adorauerunt Apostoli. Et post aliquanta de verbis Cœnæ & patribus. Scis me in nullo dogmate per omnia sentire cum Luthero, & hîc ad Carolstadium, qui à suo ipsius dogmate iam desciuit, recedam à communione Ecclesiæ catholicæ? Si tuus animus vacillat, vt solebas profiteri, qui nihil tribuis auctoritati pontificum, & conciliorum, meum contrà animum confirmat, Ecclesiæ catholicæ consensus, Si tibi persuasum est Sinaxi nihil esse præter panem & vinum, ego membratim discerpi, quam idem quod tu, profiteri: & omnia perpeti malim, quàm tali flagitio contra meam, conscientiam admisso ex hac vita denigrare. Non patiar vtistius me dogmatis vel autorem facias, vel comitem, quod mihi nunquam fuit nec in ore nec in corde. Minitaris mihi calamum Zuinglij, quasi metuam decem Zuinglire, si mihi Res esset cordi. An mihi non licet, quod Luthero, qui vos, nisi fallor totis copiis ado-

Ad politicanum. Lib. 19. Farragnis Epistolarum.

rietur? hoc Eraſmi teſtimonium tanto magis ſerium eſt, quod huius præſertim conuerſiæ cauſæ, ſodalibus alioqui charis, & congerronibus veteribus omnem tum amicitiam, tum etiam conſuetudinem renunciauerit. Et ad Ludouicum Berum Baſilienſen, lutetiæ Theologum. Nullum Eccleſiæ ſacramentum non ſemper veneratus ſum. De Euchariſtia nullum video argumentandi finem, tamen mihi nunquam perſuaderi potuit, neque poterit, Chriſtum, qui veritas. Eſt, qui charitas eſt, tandiu paſſurum fuiſſe dilectam ſponſam ſuam habere. In errore tã, abominando, vt cruſtulum farinatiuum pro ipſo adorarer. Idem inter aliquot amabilis Eccleſiarum concordiæ rationes ſuper adorandæ Euchariſtiæ ſcrupulo, Adde, inquit, huc, quòd nullum ſit ſacramentum tam humile, cui non aſſiſtamus nudis capitibus, cùm adminiſtratur, velut in baptiſmo, in confirmatione puerorum: Quid ſentiunt qui putant idololatriam eſſe, ſi huic ſacramento caput aperiant, etiam ſi Chriſti corpus & ſanguis: tantùm ibi eſſent in ſacro ſigno? Iam ſi (pro quia) in Euchariſtia, totus eſt Chriſtus, cur non eſt adorandus? Nullus enim tam ſtolidus, vt vel humanam Chriſti naturam pro diuina, vel panem & vinum pro Chriſto adoret, & tamen id quod in Chriſto propriè adoratur, nuſquam non adeſt. Hæc ille, non malè, iudicio quidem meo, niſi forte quadantenus minus cautè ſcripta, aut ingenioſiorem paulò in alieno libro lectorem nacta potiuſquàm deſiderantia. Qualis ei hîc, vt vbique penè alibi, obtigit Ambroſius Catharinus, qui inter ea quæ hîc imperito lectori poſſent facere phantaſiam, & timorem, vbi minus oporteat, inijcere, obſeruat & hoc, humanam naturam pro diuina non adorandam, præterquam, quod eſt veterum hæreticorum commentum, carnis videlicet Dominicæ adorationem calumniantium, manifeſtam quoque habere fallaciam. Non enim cùm corpus Chriſti adoratur, humana Chriſti natura præciſè adoratur, vt à diuina ſeiuncta, ſed adoratur latria Chriſtus homo, quia & deus. Quod etiam adiecit, Quod propriè adoratur, nullibi non eſſe, naturam ſcilicet diuinam: dictum aut inconſideratè, aut ad fallaciam, primùm quidem, quòd

Ioan. 14.
1. Ioan. 4.

In Pſal. 83 Quam dilecta.

Lib. 2. de certa ſs. gloria.

Adoratio proprio per ſonæ.

Deus ipse magis propriè adoratur quàm deitas siue diuinitas, aut diuina natura, Adorationem enim personæ propriè esse, non naturæ: Deinde diuina licet natura nullibi non sit, vt adorari possit, vtique tamen Deus est, alibi atque alibi, aliter atque aliter, ideoque nec simili vbique modo, nec decenter adoratur. Nec enim loca omnia, etiam quæ minus honestè nominari possunt, diuino cultui, & externæ (de hac enim hîc loquimur) adorationi congrua sunt, vt vel ædes sacræ, de quibus dominus, Domus mea, domus patris mei, domus est orationis, vel cubiculum, de quo idem, intra, & ora. At insigni modo Deus est in carne Christi, & sacramento. Illa enim humanitas singulariter Deo in hypostasi iuncta est, vnde in carne illa diuinitatis plenitudo corporaliter habitat, Ideoque totus ipse Christus Emmanuel, in hoc sacramento, quanquam secundum seipsum inuisibilis, adorandus nobis imprimis offertur, antequam sumatur. Addit Iacobus Latomus peculiari tractatu. Erasmicæ concordiæ discussorio, & hic in Erasmo offendere, quod fideles videatur auocare à Christi, prout est in hoc sacramento, consideratione, quod in Christo (inquiens) adoratur, vbique est. Nam hoc singulare Dei beneficium debet habere suum peculiarem honorem, prout suam habet specialem fidem Vt enim Deus incarnatus adoratur à Baptista in vtero, à pastoribus in focuo, à magis in stabulo, ab Angelis in deserto, Sic adorari debet à fidelibus in sacramento. Non igitur sufficit ei qui Missæ interest, vt Christum adoret, quod vtique necessarium esset etiam si realiter in sacramento non esset. Imo si nec hoc vnquam sacramentum institutum fuisset. Nec adoratur sola deitas, aut hypostasis, que vbique est, sed Christus vt in hoc sacramento præsens, Sic enim Christum adorat omnia diuinæ mensæ particeps, antequam accipiat, Sit licet fides in Christum necessaria, & presupponatur in sumente, siue spiritualiter tantùm, siue simul & sacramentaliter, & tamen non sufficit, sed requiritur propria & peculiaris, qua creditur verbo eius dicentis, hoc est corpus meum. Et caro est mea quam ego dabo. Et qui manducat me, viuet propter me. Credere enim

Matt. 6. 2
Marc. 11.
Ioan. 2.
Col. 2.
Eucharist. cubicul. vt fides peculiaris
Luc. 2.
Matt. 2. 4.
Spiritualiter manducare.

eum ibi præsentem esse, etiam cum carne viuificatrice,
Tract. 25. Ioan. 6. cap eamque desiderare sumere sacramentaliter, hoc est pro-
De cō. dist. 2. can. Vt quid. priè & perfectè spiritualiter manducare, de quo intelli-
gitur illud Augustini. Quod paras dentes & ventrem? crede, & manducasti. Recte interim Erasmus prædixit
Concomitantia. Christum in Eucharistia adorandum, quia ibi totus est, id est, secundum integritatem vtriusque naturæ, corpus quidem & sanguis, ex vi diuinæ consecrationis, cætera per concomitantiam inseparabilis vnionis. Nam & si hoc loco conditionaliter loquitur, infra tamen asserit in sacramento esse vinum corpus, & diuinitati hypostaticè vnitum, efficaci vtens argumento, quia nec ab examini eius corpore, cum in sepulchro iaceret, separata fuit diuinitas. Quantò, ait, (contra tot sacramentariorum formas) satius erat in eo perseuerare, quod nobis tradiderat catholica Ecclesia? Tradidit autem ibi verum esse Corpus & sanguinem Domini, haud dubiè quin viuum. Quod si credimus in sepulchro diuinam naturam non fuisse separatam ab examini corpore Domini, quanto eam credibilius est à viuo corpore non esse in sacramento separatam? Hactenus Erasmo conuenit cum Latomo. Quod autem subijcit Erasmus, Quod quia nemo certus est an sacerdos verè consecrarit, præter ipsum vnum, nullus adorat ibi Christum
Adoratio conditionalis. nisi sub tacita conditione, nihil obstat debitæ adorationi, & agnoscit Catarinus hîc tacitè semper inesse conditionem, quam, ait exprimere non necesse est. Sufficit enim habitualis conditio, si Rectè, vt puta, & debito modo consecratio facta sit: adeò vt nulli, vel certè pauci hac in adoratione peccent, omnibus hanc vti-
Biel. lectione 50. 8. in canone. que conditionem tacitè aut saltem habitualiter habentibus. Quod in de manifestum est: Si adorans Requireretur, Quid faceres, si quidé consecratio nō rite facta esset? haud dubiū quin fidelis quisque ita requisitus responderet, nequaquā adorarem. Verùm adeò quādiu hic sumus,
Caietan. in 2. 2. Quæst. 1. Artic. 3. Arg. 4. hominibus humana sufficit certitudo, vt non desint qui contrà contendant, absolutā hostiæ hîc esse adorationē: Alioqui si sub conditione hic adorādum esset, nihil non

alibi sub conditione faciendum nobis esset, adeundi venerandíque sub conditione forent Episcopi, presbyteri,&c. si nimirum rite baptizati, rite ordinati, rite atque ita verè baptizarent, consecrarent, absoluerēt: hæc enim & similia pendent ex intentione tum ministri, tum suscipientis. Vtrunque sit, vt is error eáque fictio sacerdoti esset grande flagitium & sacrilegium, ita fideli simpliciter credenti, solitóque modo venerāti cultus innoxius. Sed ab his nimiùm fortè scholasticis redeamus ad Erasmica, nobis consona, & aduersariis dissona. Cùm summam, ait, doceant impietatem & idololatriam esse adorare Eucharistiam, quod factum est ante ætatem Augustini & Cypriani tempora, & vt est credendum, ab ipsis traditum Apostolis, nónne damnant totam Ecclesiam? Et aliquantò pòst, Hoc demiror, qua fronte nobis concedent, qui fortiter affirmant esse sceleratissimam idololatriam adorare panem pro Christo. Et cur nos, ait, tot conuitiis onerant, qui simpliciter quod ab Ecclesia traditum est, amplectimur? Hic, opinor: eatenus noster est, non aduersariorum. Clariùs adhuc præfatus in Algerum Berengarij quondam, & hodiernorum Berengarianorum aduersarium, quem se fatetur summo cum animi fructu perlegisse, & cùm anteà nunquàm hac de re dubitasset, ex hac sibi lectione non parum & confirmatam sententiam, & auctam esse reuerentiam. Quantam enim puritatem, quantam, ait ibi, reuerentiam ac tremorem requirit hoc terque quaterque adorandum mysterium, quis dignè verbis assequatur? Quis autem credat illos ex animo credere, qui dum hoc peragitur mysterium in templo fabulantes obambulant, aut quod alicubi velut ex more fit, in foro pro templi foribus stant, otiosis fabulis terentes tēpus? Quidam vix ostensis mysteriis sese proripiunt in popinam, templúmq; vacuum relinquunt. Quid hoc moris est? Dum agitur ridicula fabula, manes donec audias. Valete & plaudite: & tam cœlestis mysterij finem expectare non potes? Circunstant mensam illam adorabundi spiritus Angelici, præsens adest, in quem tota cœlestis militia gaudet prospicere, & tu, perinde quasi ludicra res agatur, aut nauseas oscitásque, aut garris aliquid,

Angeli in mysterijs adorabūdi. 1. *Pet.* 1.

aut potas? Iam video morem apud plerósque receptum, non quidem impium, quia ab affectu pio, licet humano, profectum, certè præter veteris Ecclesiæ consuetudinem inductum videri posse, vt dum peragitur consecrationis mysterium, chorus prolixè occinat. Atqui si priscum Ecclesiæ morem seruare velimus, id temporis nulla vox audiebatur in toto templo, sed populus in terram pronus, tacitis affectibus Deo patri, qui filium suum in mortem tradiderit pro salute generis humani, gratias agebat. Huc nimirum hortante sacerdote, & populum ita alloquente, Sursum corda, Gratias agamus D.D.N. Nam ineffabilibus mysteriis nulla res magis conuenit quàm *Silentium*, nec alio modo dignius laudatur stupenda Domini IESV in nos charitas, quàm illo *Loquacissimo* silentio, dum silente vocum humanarũ strepitu, submisso corpore mens erecta soli Deo loquitur. Vt autem populus pro dignitate veneretur hoc mysterium: non parum habet momenti vita sacerdotum. Quos huius adorandæ functionis ministros oportet non gestibus tãtùm, vestibus aut vocibus, sed totius etiã vitæ tenore, muneris sui dignitati respondere. Agnoscant sacerdotes suæ professionis sublimitatem, cùm astant altari, ministros habent *Angelos*: hinc quidam digressi, non grauantur esse sodales infimæ fecis hominũ, ne quid dicã asperius. Ne, quæso, mores eorum qui functionẽ obeunt Angelica dignitate maiorem, porrigant hæreticis ansam impiè sentiẽdi de tam ineffabili mysterio, &c. Habes ex his (pauculis licet studiò per nos omissis ac immutatis) Eucharistiæ mysterium, mensam, atque functionem, ab angelis, nedum hominibus adorari. Cuius etiam verba de sacris his olim silenter aut silentio solitis adorari, leguntur eadem penè in fragmento Caroli Magni ad Albinum de veteris Ecclesiæ ritibus, per Lazium. Et in Exegesi ad Missæ canonem hîc impressa. Sic autem habent ea, Post has laudes, (præfationis vtique & hymni trisagij) & gratiarũ actiones pro tanta gratia redemptionis nostræ, quæ in illo diuino mysterio agitur & cõmendatur, facto totius Ecclesiæ silentio, in quo cessante omni strepitu verborum, sola ad Deum dirigatur intentio & deuotio cordium, sociatis

Silentium inter sacra, genus adorationis.

Angeli ad altare ministrant.

Ann. 1560. & 1548.

sibi omnium votis & desideriis, incipit sacerdos orationem fundere, qua ipsum mysterium Dominici corporis & sanguinis consecratur. Huius quoque silētii meminit sic Chrysostomus, Cum tanto horrore astāt omnes, astāt & illi (Angeli) clamātes omnibus silētibus, & putas simpliciter hæc fieri, & alia quæ pro Ecclesia, quæ pro (vel à) sacerdotibus offeruntur? Absit. Et alibi, Non consideras, vt coram Regibus omnis coërceatur tumultus, & maximum vndique silentium cōmendetur? Et tu igitur Regalem ingressus aulam, non eam quæ in terra est, sed quæ multò est terribilior, videlicet in cœlo, plurimum reuerentiæ atque ordinationis, ostende. Etiā si hoc fortè loci de oratione priuata loquitur. Sed de Eucharistia clarissimè alibi, strenue gementes sine voce, iubilantes corde. Annon eos vides qui mortali, tēporali, terreno regi assistunt, quàm sint immobiles, non loquentes, non oculos huc illuc mittentes, &c. Tantò posterior Vvalafridus de ritibus Ecclesiasticis, fatetur minus apertè legi, quis Antiphonam quę ad cōmunionem dicitur, specialiter addiderit officiis nostris: cùm verè, ait, credamus, Priscis temporibus patres sanctos silētio obtulisse, vel cōmunicasse, Quod etiā hactenus in Sabbato sancto Paschę obseruamus &c. Nam qui nūc vbiq; penè quotidie apud nos canitur in hoc Missæ articulo versiculus, *O salutaris hostia*, &c. annis paulò superioribus sub principe nostro Christianissimo Ludouico XII. cùm vndiquaque in florentissimum hoc regnum coniurati hostes insurgerēt, armis id infestis opprimere molientes, ad improbos eorum conatus opprimendos, laudabiliter institutum est, vt in altaris sacrificio (sub eleuationē corporis & sanguinis Dominici) per omnia loca quæ Regni huius ambitu continentur, à fidelium choro decantaretur. Quod institutum qui multa tum pietate, tum sedulitate palam obseruatum perspexerunt, multū quoq; contulisse credunt ad placidā pacem & tranquillitatem paulò pòst in omnibus Regni finibus tum obtentam, Dei imprimis gratiæ acceptò ferendam. At recentiores Synodi Prouinciales sub tēpora Tridentinæ Generalis, Treuerensis altera anno 1549. de hoc ita canit, In eleuatione corporis & sanguinis Chri-

Homil. 21. in Act.

Homil. 19. in Matth.

Sermo. in Enceniis. cap. 22.

D. Clicto-ueus lib. 1. hymnorum Ecclesiast.

sti,& pòst, vsquedum cantatur Agnus Dei, sileant organa,nulla cantetur antiphona,neque pro pace, neque aduersus pestem aut mortalitatem,sed *Silenter* pro se quisque, aut flexis genubus, aut prostratis humi corporibus, passionis ac mortis Christi commemorationem faciat, ac redemptori gratias agat pro beneficiis per mortem ipsius largissimè acquisitis. Augustensis autem superiore, hoc est,1548. anno adhuc propius antè dicta, sic, Sub eleuatione sacræ hostiæ, antiphonæ ad hoc sacrificium tantùm pertinentes cantentur: quanquam melius & veteri Ecclesiæ conuenientius esset, præsentiam Dominici corporis in altissimo *Silentio* prostratos contemplari. Si quæ autem aliæ antiphonæ ex consuetudine aut fundatione cantari solitæ fuerint, eæ peracto sacro cantentur. Hæc de silentio inter sacra. Alia porrò Erasmica huius tum præsentiæ, tum adorationis confirmatoria,in hoc opere passim & sparsim occurrent.

Silentium.

Bohemica quædam in hanc rem excussa, & obiter de luminaribus. *Cap. XI.*

IN hunc velut angulum reiecit aliquot,qui alias de Eucharistia cum Catholica minus sentiẽtes, at errorem certè super eius adoratione superioribus dictis cõtrarium, vel nunquam sunt amplexati, vel aliquando amplexum reuocarunt, hi sunt duo Hussitarum Coryphæi,M. Ioannes Rokyzana,& M. Ioannes de Pozibrã. Hic in professione fidei suæ, quam & antiquã inscribit, de hoc sic profitebatur, Christum verum Deum & verũ hominem esse & viuere in hoc sacramento, secundum suam propriam naturam, & substantiam corpoream, & naturalem eius existentiam,eandem penitus in numero quam sumpsit ex virgine matre,& iuxta quam residet in cœlo in dextera Patris.Et pro maiori fidei huius expressione,Totus,aiebat,& integer Christus, Deus & homo, secundum se totum,& secundum corpus suum naturale, est & viuit in altaris visibili sacramẽto,secundum veram & naturalem existẽtiam, & naturam sui corporis & san-

Cap.13.

14.

guinis, ſuæ humanitatis & Deitatis, animæ atque ſpiritus, ſuppoſitaliter in eodem ſecundum hæc ibidem exiſtentis & viuentis, & iuxta eandem exiſtẽtiam omnium membrorum naturalium ibidem in ſacramento vita naturæ viuentium, quæ ſumpſit de matre, ſecundum quæ ſedet ad dexteram Patris, Chriſti denique corpus & totũ Chriſtum, non minus, nec ſecũdum minus maiúſve, eſſe in hoc ſenſibili ſacramento, quàm in cœlo: Idq; tenendũ credendúmq; ab omnibus firmiter & inuiolabiliter. Hãc ſe ſententiam plenè alibi deduxiſſe, magna ſcripturæ & omnium penè doctorum à primo ad vltimum congerie. Eadem fide corde credendum, ore confitendum, corpus Chriſti, ſeu Chriſtum verum Deũ & hominẽ, modo ſupradicto, veraciter in hoc ſacramẽto exiſtentem, in eodẽ à fidelibus Latriæ cultu colendũ, adorandum, inuocandum, vt Deum, redemptorẽ, creatorem, & per conſequẽs vt ſummum bonũ ibidem diligendum, requirendũ, honorandum, & tremendũ. Hanc ſententiam comprobare practicè doctores ſanctos, antiquos, maximos, Dionyſiũ, Ambroſiũ, Auguſt. Chryſoſt. & alios multos. Et ante annos xx. M. Ioannẽ Hus cum magiſtris & doctoribus, ex pleno cõſilio ſuo, & vnanimi cõſenſu, nullo, vti dicebant, contradicente, reprobaſſe, refutaſſe, prohibuiſſe publicè corã omnibus & manifeſtè articulos Vicleffi circiter xl. nominatim hunc, Quòd Chriſtus non eſt in eodem ſacramento identicè, & realiter in propria præſentia, ſubaudi & exiſtentia corporali. Hoc idem feciſſe facultatem Theologorũ Pragenſiũ, & doctores in Romana curia, Anglia, Francia. Quo cum ſecurius & cũ ſanctis Eccleſiæ doctoribus, in hoc præcipuè puncto ſentiente, quàm cum Vicleffo omnes tales hæreticãte, id eſt, hæreticos impudẽter appellãte. Prior autẽ Huſſita Rokizana tractatu de ſacramẽtis, De materia, inquit, Euchariſtię in ſacramẽto ſcilicet, quòd ibi ſit Chriſti corpus de virgine natum, & ſic ſecundũ ſuam propriã exiſtentiã & naturã, alij determinarũt priores, præſertim M. Iacobus de Miſna (& hic quoq; Huſſita) publicè in ſchola Vniuerſitatis, in lectorio Theologorũ, ann. 1528. Hoc autẽ dico, Corp⁹ Domini eſſe tẽplũ Diuinitatis & ſanctiſſimæ Trinitatis.

Corpus Domini nõ minus in altari, quàm in cœlo. 18.

21. *Huſſus Vicleffum aliàs damnauit anno* 1408. *hic enim liber ſcriptus eſt.* 1428. *Pragenſes. Cap.* 12.

Iacobellus Miſnẽ.

In quo tanta mirabilia Dei infiniti in ſapientia & virtute concurrant,tam glorioſa,alta,maxima,quod omnes cæleſtes virtutes, omnes omnium hominum & ſeculorum intelligentiæ in æternum habeant ſatis admirari, & admirando ad plenum admirari non ſufficiant diuinam dignationem,liberalitatem, maieſtatem,ſapientiam,poteſtatem, miſericordiam, communicabilitatem ſuæ bonitatis: in quo eſt omne bonum propoſitum, in conſpectu filiorum Dei: in quo habitat plenitudo diuinitatis corporaliter. Quapropter iuſtum eſt, ſanctum, æquum, ſalutare,quòd Chriſtiani habeant ipſum Chriſti corpus in ſacramento contentum, in ſumma reuerentia, timore, deſiderio, amore ſuper terram.Sic quòd omnes primùm ſacerdotes,& clerici cæteri debent ſuas orationes& pſalmodias ibi frequentare in præſentia,vbi eſt corpus Chriſti: Rex & Dominus omnis terræ. Vbi angelorum frequentia, ſicut ſcriptum eſt &c.prout S. Hieronymus in lectulo decumbẽs infirmus,ſacerdote ad eum cũ Euchariſtia diuina veniente,fecit in hæc verba,O ferculum excellentiſſimum,venerandum, colendum & adorandum, glorificandum,amplectendum, & omnibus laudibus extollendum! Hæc ſuper eius morte Euſebius. Vnde grauiter peccat.& durè arguentur,qui ad hoc Deificum corpus in hoc ſacramento leuiter ſe habent,& Domini Dei ſui ibi verè exiſteatis obliuiſcuntur. Ex quibus amplius patet, quòd ſacerdotes leuiter ſacramentum deferentes & miniſtrantes, & negligentia & incuria ſacramentum ſanguinis effundentes, grauiter peccant, ex veteri canone Pij I. Papæ & martyris, de ſacramento negligenter in terram ſtillato lambendo à miniſtro: ſi ſuper altare, ſorbendo: ſi ſuper linteamina, hæc ter abluenda:pœnitentia huius ergo dierum modò III.modò IIII.modò XX. modò XL. negligentibus iniuncta.Hinc patet,ait, differentia inter Eccleſiæ primitiuæ ſacerdotes, & modernos, qui modò leuiter circumeunt cum ſacramento illo tremendo,modicum vel nihil curantes ſi humi cadat aut effundatur,adhuc ore polluto in diuini myſterij vilipenſionem, dicẽtes, Non nocet ipſum in terram cadere, quia & in terram olim ſanguis Chriſti profluebat. Addit

Col.2.

Pſa.137.

S.Hierony. Euchariſtiã moribũdus adorauit.

De cõſ.diſt. 2.ca.Si per negligentiã.

& aliud indecens huic sacramento, quòd pro huius honestate minus munda tum erant vasa & corporalia: cùm tantò anteà Clemens I. de tota ministerij sacri munditia præceperit, vt clerici calicem ad perferendum Christi sanguinem sic præparent, ne non bene lotus calix peccatum fiat offerentibus, sic reliquias & fragmenta corporis Dominici cum timore ac tremore custodiant, ne qua eis fiat iniuria, aut putredo in sacrario reperiatur, aut puluis, aut murium fimus, aut aliud eiusmodi. Ex Arelatensi Concilio, idque sub Anathematis, aut pœnitentiæ alioqui diuturnæ pœna. Ergo delirare, qui minus hæc diligenter custodiant, sic vt venientes ad medicamen accipiendum, videntes vasa immunda & illota, rideant & fastidiant, aut etiam ex clericorum incuria in fidei perplexitatem incidant. Cùm Christi contrà in hoc sacramento corpus à cunctis debeat fidelibus in timore ac reuerentia obseruari. Nam timorem quidem nos docuit Apostolus, dicens, Qui indignè sumit, iudicium sumit. Fidem verò, sermo Domini, Hoc est corpus meum, &c. Nulla ergo irreuerentia, nulla deordinato, mali nihil coram hoc Deifico sacramento, imò coram Domini corpore, exercendum. Si quid exercetur tale, tales ipsum Iesum dehonestant, & diuino abutuntur sacramento. Quod non sic primitiua Ecclesia quibuscunque passim & qualitercunque viuentibus exponebat, exclusis non tantùm ab eius perceptione, sed etiam visione palàm indignis, quales quãtuncunque scilicet indigni, contrà non tantùm nunc aspicimus, sed etiã sæpe recipiunt. Atqui ad hanc magni Regis mensam accedentes, siquidem rectè credunt & sapiunt, recũbunt inter angelorum frequentiam, & sanctorum omnium epulas, ibi enim congregantur, vbi corpus est: ibi admiscentur, vbi Regis est æterni conuiuium, vbi spõsus & sponsa dulcibus fruuntur deliciis, vbi & Rex ingreditur vt discumbentes videat, num suũ ipsius corpus à corporibus terrenis in conscientia sua discutiant atque diiudicent, num veste in qua renati sunt, habeant nuptialem vt certè non habent qui veram de hoc sacramento diuinissimo fidem non habent, & ad Christi in eo corpus colendum, venerandum, adorandũ, in ipso, mundanis gau-

Vasa & corporalia mũda.

can. Tribus

ca. Qui bene

can. Timorẽ, ex Basil. & 8. Synodo.

1. Cor. 11.

Deificum sacramẽtũ.

Communicantes indignè.

Cõmunicanter dignè.

Mat. 24.

Luc. 17.

Matt. 22.

Vestis nuptialis fides per charitatem operans Gal. 5.

diis postpositis, gaudendum, cum magno rimore & amore non afficiuntur: aut siquidem fidem habent, sine operibus, quasi fœtidum cadauer sine spiritu, habét: indispositi, impuri, per omnia porcis penè similes & canibus, hoc sancto, hac margarita prorsus indigni &c. Ad quod sanctum, margaritam, tantam primæui sancti reuerentiam olim habuerunt, vt sacram eius supellectilem prę cupiditate distrahentes, reos peccati Iudæ tenerent. Sic enim qui antè Clemens I. Si fortè quispiam presbyter aut diaconus sacrarij sindonem aut velum subtracta vẽdiderit, Iudę similis æstimabitur Ischariotis: & siquidem hoc cupiditate fecerit, eiusdem se pœnam suscepturum norit. At moderni Christiani calices, corporalia, pyxides, cæteráque pro corpore Iesu deputata, suo omnia lucro deputant, & ad vsus quandoque inhonestos & inuerecundos conuertunt. Adiicit adhuc, vt sapientibus occasio, simplicibus fulcimentum præbeatur contra dicentes Domini corpus in hoc sacramento solùm ad manducandum, non etiam ad colendum, Augustinum sic concionantem, Ego carnem Dominicam, imò perfectam in Christo humanitatem ideo adoro, quia à diuinitate suscepta, & diuinitati siue deitati vnita est: vt non alium atque alium, sed vnum eundemque Deum & hominem Dei filium confitear. Nam si hominem à Deo separaueris, vt hæretici quidam, ei nunquam credo, nec seruio. Nam si quis nostrum regiam purpuram aut diadema humi iacens inueniat, non adorabit: cùm verò Rex ea fuerit indutus, periculũ mortis incurrerit, qui simul cum Rege adorare contempserit. Ita humanitatem in Christo non solã aut nudam, sed diuinitati eius vnitam, vnum Dei filium, Deum verum & hominem verum, si quis adorare contempserit, æternæ mortis pœnam patietur. Sic ille opponentibus quod Domini carnem, quam esse creaturam non negaret, simul cum diuinitate adoraret, illique non minus quàm huic deseruiret. Sed quoniam nulla hîc speciatim fit Eucharistiæ mentio, Hussita hic præposuerat eiusdem titulo illud Emiseni, Quia corpus, antè allegatum. Et subiiciens illud itidem Augustini indubitatum, quòd illam carnem nemo manducet, nisi præadoret, sic conclu-

Iac. 2.
Matt. 7.

Iudæ Iscariotæ.

Thaboritæ tunc. nunc reformatores.

Cap. 14.

De verbis Domini ser. 58.

Simile purpurè Diadema.

dit. Ex quibus patet quod sacerdotes cum populo fideli debent exterius per genuum flexiones, capitis inclinationem, prostrationem quandoque faciei in terram, reuereri & colere Christum, eiúsque corpus in sacramento. Sic pastores verbo & exemplo populum docere, vt contremiscant adorando & colendo, summumque ac viuacem respectum circa hæc diuinissima & ineffabilia mysteria. Ex quo patet, ait, error impiè dicentium, corpus Christi vel sacramentum solùm nobis datum esse ad manducandum, & sanguinem in calice solùm ad bibendum, non ad colendum aut adorandum: inaniter item & fatuè irridentium accensionem luminum coram Domini corpore in sacramento, ac dicentium, Deum lucem esse, nec egere lumine. Nam & in veteri lege, Domini quoque mandato lumina, lucernę, candelabra corã panibus propositionis, qui figura tantùm erant corporis Domini in sacramento, disposita exardebant: multò decentius idé in tanti sacramenti præsentia fieri. Decens & honestum eadem ardere coram sanctorum corporibus & ossibus. Sanctorum item primorum temporibus in funeribus demortuorum Christi fidelium lampades accendebantur, multò decẽtius, honestius, & sanctius eadẽ accẽdi corã tam diuino & Deifico Christi corpore. Et subdit de hoc Honorianam, Sanè suo antè loco non omissam. Sed rudes & grossi, vt loquitur, contemptores illi reuerentiæ decentis corpus Iesu, & ipsius sacramentum, sciant causam cur lumina coram sacramento accendantur, vel ex Isidoro, Acolythi Græcis, Latinis dicuntur Ceroferarij, à portandis cereis, cùm aut legendum Euangelium, aut offerendum sacrificium, Tunc enim ab eis accenduntur deportanturque, non ad tenebras sole tam rutilante fugandas, sed ad lætitiæ signum, & lucem illam veram sub typo luminis corporei demonstrandam. Renarratur & ex Chrysostomo, quàm sanctos & mũdos sacerdotes esse oporteat tum animã, tali spiritus receptrice, tum manibus tantarum rerum ministris, tum lingua verba illa fundente, tunc etiam sacerdoti circunstantibus angelis, cœlestibúsque virtutibus tribunal & altaris locum, in eius qui immolatur honorem, adimplentibus. Mundos

Cap. 15.

Luminariũ coram sacramento vsus.

Exod. 40.

Argumentũ à figura ad veritatẽ panis propositionis.

Hieron. ad Riparium.

Chrys. hom. 70. id Antiochen. 4. ad hebr.

Deificum D. corpus.

Etymologi. lib. 7. c. 12. Acolythi.

Lib. 4. & 6. de sacerdotio.

Angeli ad altare.

autem ab exteriori etiam immunditia, vt & post sacramenti contactam caueant ab aliarum rerum contactu siue lotione. Quod ait militare contra sacerdotes leuiter manibus illotis diuinum sacramẽtum contrectantes, aut post eius contrectationem, manus ad terrena & materialia sine omni lotione expandentes. Hæc insigne illud Hussitarum par, in libellis per D. Cochlæum euulgatis: quorũ ille quidẽ maturè ad cor rediit, hic autẽ sectæ immortuus est, vtroque sublati calicis odio, nihil curiosius quàm in Ecclesia Romana erroré eatenus non animaduersum quærens, & tamen cum ea de corporis & sanguinis Dominici in hoc sacramento tum præsentia, tũ etiam adoratione conueniens. Neuter vtique super hoc dogmate conuenturus, nisi non inueteratum modò, sed & Catholicum, & nusquam non gentium Christi fidelium, & nullo non vnquam post Apostolos seculo receptum, omnibus alioqui tentatis, omnia scrutati, fuisse certò resciuissent. Vnde in historia Hussitarum ex libro priori contra Petrum Payne Anglicum Vicleffi asseclam, legitur hic articulus, Dicere corpus Christi esse in sacramento altaris solùm figuraliter, vel in signo, vel virtualiter, vel secundum dona solùm & gratias à corpore Christi condistinctas, & non cum hoc secundum substantiam & existentiam naturalem: non est catholicum, sed catholicæ fidei contrarium & aduersum. Et articulo sequenti, siue III. qui est eiusdem Pizibramij ex professione fidei antiquæ XVIII. præallegatus, de corpore Dominico sic, id est, veraciter pręsente, ac proinde latria colendo, inuocãdo, &c. causatur ita, quia in nullo habitationis suæ loco, in terris nobiscum ita certitudinaliter & infallibiliter, sicut in huiusmodi habitationis suæ loco, in ipso scilicet sacraméto. Sed de Hussitis adhuc suo pòst loco: quorum vt mentio hîc obiter licet iniecta, lucro non prorsus careat, quia cultus huius testem bis laudauit S. Hieronymum. Et hic pater sanctissimus nobis huius libri finis sit, & idem sequentis initium.

Cochlæus libris.

Clau.

CLAV. ESPENCEI
DE EVCHARISTIÆ CVLTV,
LIBER SECVNDVS.

De viatico, & multiplici Eucharistiæ asseruatione. Aliquot exempla illustria, cultæ sumptæque à moribundis Eucharistiæ.

CAPVT I.

QVIDEM vt in Eusebij, quisquis is fuit, scripto super Hieronymi morte, pleraque sunt non admodum eo digna, sic eo non est indignum, quòd ait virum sanctum fratri ad se moribundum accedenti, & sacratissimum Iesu corpus offerenti, domesticis ei auxiliantibus, pronum se in terram prostrauisse, voce & lacrymis quãtùm poterat, clamantem, Domine, quis ego sum, vt sim dignus quòd sub tectum meum intres? Et aliquam multa concionatum, adorato susceptoque Domini corpore, supinum in terram rediisse, sicque alterũ quasi Simeonem in Christo obdormiisse. Hanc certè preculam ex Centurionis Euangelici ore sumptam veteres Christi fideles in communione sacra vsurpasse testantur & Liturgiæ Græcæ & Romana missalia. Et ad eum locum Origenes, hoc etiam nunc, ait, more intrat sub tectum credentium Dominus, Quando cibum sanctum, incorruptùmque sumis

Matt. 8.
Luc. 7.
Homi. 5. in diuersos.

epulum, vitæ pane atque poculo frueris, manducas & bibis corpus & sanguinem Domini, tunc is subtectū tuum ingreditur. Et tu ergo temetipsum humilians, imitare hunc Centurionem, & dicito, Domine non sum dignus
1. Cor. 11. &c. vbi enim indignè ingreditur, ibi ad iudicium ingreditur accipienti. Dicendo autem te indignum, dignum te cum illo præstiteris, In cuius si non tectum & parietes, at in cor certè & pectus Christus intret. Et homiliarius
Dominica 3. post Epip. Corpus D. ore, nedum suscipi. quidam Emiseni nomine, Cùm ad Christi, ait, sacramentum accedimus, & fragilitatem nostram consideramus, quid aliud dicit vnusquisque nostrum, nisi, non sum dignus vt intres sub tectum meum, non sum dignus, vt corpus & sanguinem tuum in ore meo suscipiam? Et huius etiam verbo hoc & exemplo excusat B. Augustinus
Epist. 118. cap. 3. cum, si cuius tanta peccati plaga est, & morbi impetus, vt medicamentum hoc differat, & communioni se aliquantum tempus auferat. Ita Christi corpus & sanguinem non exhonorans, sed saluberrimum sacramentum sic honorare contendens. Ad Hieronymi exemplum redeo: cuius simile de Ambrosio eius synchrono
Ambrosiꝰ moribūdus sumpsit sacramētum viaticum. retulit Paulinus super illius obitu, sic, Horatus sacerdos Ecclesiæ Vercellensis, tertiò vocem se vocantis audiuit, sibique dicentis, Surge, festina, quia modò recessurus est. Qui descendens obtulit sancto Domini corpus, Quo accepto, vbi glutiuit, emisit spiritum. Bonum viaticum secum ferens, vt in escæ virtute anima refectior, angelorum nunc consortio, quorum vita vixit in terris, & Heliæ societate lætetur. Hæc ille. Et hîc facere non possum, quin quæ sequuntur de moribundorum viatico, duobus exemplis anteuertam, recentioribus quidem, sed nihilo insignibus minus. Quorum prius re-
Lib. 4. epi. 2. Laurētij medicis pietas. tulit politissimus ille Politianus de Laurentio medico magnifico illo suo vel omnium potius literatorum sui temporis parrono, hanc hac in re pietatem tantò post imitato, ita scribens, Nocte dein media quiescenti, meditantique sacerdos adesse cum sacramento nuntiatur: ibi verò excussus, procul, inquit, à me hoc absit, vt patiar IESVM meum, qui me finxit & redemit, adusque cubiculum hoc venire: tollite hinc obsecro, me

quamprimum tollite, vt Domino occurram. Et cum dicto subleuans ipse se quantùm poterat, atque animo corporis imbecillitatem sustentans, inter familiarium manus obuiam seniori ad aulam vsque procedit, Cuius ad genua procumbens, supplexque ac lacrymans, Tunc, inquit, mitissime IESV, tu nequissimum hunc seruum dignaris inuisere? At quid dixi seruum? imò verò hostem potius, & quidem ingratissimum, qui tantis abs te cumulatus beneficiis, nec tibi dicto vnquam audiens fuerim, & tuam toties maiestatem læserim. Quod ego te per illam, qua genus omne hominum complecteris, charitatem, quæque te cœlitus ad nos in terram deduxit, nostræque humanitatis induit inuolucris, famem, sitim, frigus, æstum, labores, irrisus, contumelias, flagella, verbera, postremò crucem etiam mortemque subire compulit; per hanc ego te salutifer IESV, quæso obtestorque, auertas faciem à peccatis meis, vt cùm ante tribunal tuum constitero, quò me iandudum citari planè sentio, non mea fraus, non culpa plectatur, sed tuæ crucis meritis condonetur. Valeat, valeat in causa mea sanguis ille tuus, IESV, precioſissimus, quem pro asserendis in libertatem hominibus in ara illa sublimi nostræ redemptionis effudisti. Hæc atque alia cùm diceret lacrymans ipse, lacrymantibusque qui aderant, vniuersis, iubet eum tandem sacerdos attolli, atque in lectulum suum, quò sacramentum commodiùs administraretur, referri. Quod ille cùm aliquandiu facturum negasset, tamen ne seniori suo foret minùs obsequens, exorari se passus, iteratis eiusdem fermè sententiæ verbis, corpus ac sanguinem Dominicum plenus iam sanctitatis, & diuina quadam maiestate verendus accepit. Habet in proauo suo Christianissima Regina mater proneptis eius Catharina, quam imitetur de corporis & sanguinis Dominici in his mysteriis cultu fidem atque pietatem. Sic eidem seculo, aliquantò antè, ferunt Ioannem illũ Huniadem, qui primus apud Hungaros frangi vincique Turcas posse ostenderat, quorum etiam spoliis Hungarica templa ditauerat, sub extremum vitæ tempus, vrgente morbi vi, non esse passum

Ioan. Hunidis pietas Pius II. in Bohemia c. 67. In Europa, cap. 1.

Domini corpus ad se deferri, indignũ esse causantem seruum à Domino visitari, seruuli domum Regem intrare, è lectulo surgentem, membris licet labentibus, cùm defectis quoque viribus pedes ire nequiret, in ędem se vehi sacram iussisse: ibi de more confessum Christiano, diuina sumpta Eucharistia, inter sacerdotum manus terrena fastidiẽtem animã Deo, pro quo tot se periculis obiecerat, reddidisse. Noua (inquiunt nouatores hodierni) sunt exempla hæc & nupera, non imitanda, multoque minus obligantia. At peruetus est exemplum & imitabile Serapionis Alexandrini, quem Eusebius Cæsariensis ex Dionysij Alexandrini ad Fabianum Romanum epistola, refert, cùm lapsus & deprecabundus recipi non impetrasset, ægrotantem sic vt triduo mutus iaceret, paululum respirantem filiæ, vel ex filia nepoti ita dixisse, Quousque me detinetis? Quæso vos aliquem ex presbyteris rogate, & me velociter absoluite. His dictis rursum obmutuisse: cucurrisse noctu puerum ad presbyterũ, hunc etiam ęgrum, cùm venire nequiuisset, quia præceptũ ab Episcopo fuerat, vt lapsis presertim supplicibus, reconciliationis nemo solatia denegaret, parum Eucharistiæ dedit puero, iussitque in senis os infundi, vt vel sic posset emori. Dictum, iussum, factũ: Senex sacramento in os instillato, parumq; gustato, solennitate expleta, quibusdam quasi catenis diruptis, lætas spiritum reddidit. Ex quo, inquit, certissimè constat huius boni auxilio neminem fraudãdum. Quod cum Nicephorus nescio cur omisisset, sic alibi ceu resarcit, Lucianum martyrem moriturum, cùm vis tyrannica ei nec templi, nec sacrarij copiam faceret, vincula quoque & plagæ motum denegarent, in suo ipsius pectore discumbentem tremendo illo operatum mysterio, Sic & ipsum de immaculato sacrificio participasse, & aliis vt itidem & communicarent, suasisse. Idque sacrum in carcere factum, vbi sacer ille chorus moribundum stipans Ecclesiæ specimen repræsentabat. Habes imaginariam, vt adnotat interpres langus, vel merè spiritualem, necessitatis articulo actualem excludente, Eucharistię perceptionem commendatam. Et S. Ioannem Chrysostomum exulem, vbi res suas disposuisset, diuina sanctificatione

H. E. li. 6. c. 34. veteris editionis 44. nouæ, Serapiõ allato sumptoque sacramẽto obit.

Sic apud Petr. venerabil. quidã glutire non potuit. nisi confessus. li. 1. Miracul. c. 3. Et in vita Bernar. lib. 1. ca. 12.

Lib. 8. c. 31. Luciani cõmunio velut imaginaria

Lib. 13. c. 37

per communionem percepta, dicentem, *Gloria tibi Domine* de rebus omnibus, ad Deum migrasse, non dubium de more Christiano atq; Catholico. Nam & Iustini pro Christianis ad Antoninum Pium Imp. apologia testatur Eucharistiam iam tum fratribus absentibus per Diaconos mitti solitam. Quibus autem absentibus, nisi potissimùm morituris, adeoque moribundis impertiri, quia ἐφόδιον ἐστι ζωῆς αἰωνίου, vt Græci, Latini, vitæ æternæ viaticum. Quos etiam, ex hac inquam, vita migraturos, si pura conscienria hæc mysteria percipiant, decedentes suo angeli stipãt satellitio, vt toties antè scripsit Chrysostomus, & inde deducunt, δορυφορούντες ἀγιάγουσι. O sacrum peregrinationis nostræ viaticum, quo de hoc nequam seculo peruenitur ad cœlestis Hierusalem consortium, moriturus exclamabat Hieronymus Precabundus autem, & se ad Missam præparans Ambrosius, manducat te, aiebat, angelus pleno ore, manducet te peregrinus homo pro modulo suo, ne deficere possit in via, tali recreatus viatico. Post quos Sententiarij disputantes super huius sacramenti nominibus, habet, inquiunt, & futuri etiam respectum, quatenus est etiã fruitionis quæ in patria erit, præfiguratiuum. Nam vt panis ille corporalis, Manna, populum antiquum ad terram promissionis per desertum eduxit: sic esca hæc cælestes fideles per hoc seculum transeuntes ad cœlum subuehit. Secundum quod rectè viaticum, quia in via nos reficiẽs, viam nobis illuc perueniendi præbet, & in patriam vsque deducit.

Basilius citante ibi lango. viaticum.

Lib. 4. dist. 8. A. Thom. part. 3. quæ. 73. art. 4. Manna.

De morientium Christi fidelium salubri viatico.

CAP. II.

SEd non est animus locos singulos persequi. Sufficient qui occurrẽt in hoc & significatu, & mortis, quo de loquimur, articulo, cùm in patribus aliis, tum in Gregorio I. non infrequentes, vt cùm de Saturnino presbytero lapso & deiecto, & sacrificare præsumente scribit Episcopo Venantio, Sacri eum corporis & san-

Registe li. 4. epi. 5. di. 50. ca. Accedens.

guinis Dominici participatione priuatum in pœnitentiam redige, sic vt ad obitus sui vsque diem id excommunicatione permanens, viaticum exitus solùm tempore percipiat. Et cùm quidam alienam messem die Dominico ante Missam exarasset, terminos etiam pòst eradicasset, Quorum, ait, consilio hæc egisti, duobus eos mensibus excommunicamus, sic tamen, vt si quid intra hoc téporis spatium eis humanitus euenerit, benedictione viatici non priuentur. Lucillum etiam Mileuitanum Episcopum cũ presbyteris & diaconis reis, & in nescio quo crimine graui haud dubiè consciis, depositum, eadem qua suprà corporis & sanguinis communione priuat, & conditione, vt eis vrgente mortis articulo, viaticum non negetur. Et de transitu ancillæ Dei Romulæ, ex testimonio Speciosi compresbyteri, quæ paralysi multos annos decubuerat, post triduanam in morbo diuinæ lucis & fragrantiæ consolationem, nocte quarta redemptam, magistram suam vocauit: qua veniente, viaticum petiit & accepit. Sic sancta illa anima carne soluta est, & ad cœlum ducta. Et hoc prior papa Siricius, de relapsis post pœnitentiam, Sacris quidem mysteriorum celebritatibus, non mereantur, licet interfint, à Dominicæ autem mensæ conuiuio segregentur, vt hac saltem districtione correpti, & sua in se ipsi castigent errata, & aliis ab obscenis se cupiditatibus retrahendi exemplum tribuant. Quibus tamen, quia carnali ceciderunt fragilitate, viatico munere, cùm ad Dominum cœperint preficisci, per communionis gratiam volumus subueniri. Eum secutus Innocentius I. incontinentibus & voluptati post baptismum deditis, cùm persecutionis tempore anterior Ecclesia pœnitentiam concedens, communionem negasset, ne huius facilitas securos minùs à lapsu reuocaret, depulso ab ecclesiis terrore, ac pace reddita, de Domini misericordia vtranque reddidit obeuntibus, quasi viaticum profecturis. Sixti quoque III. Bassum calumniatorem Synodus Episcoporum 57. Romæ, misit in exilium, Valentinianus Augustus proscripsit & confiscauit, ita vt supremo tamen die viaticum ei ob Ecclesiæ pietatẽ non negaretur. Post quem, postque Synodos infrà nominan-

Lib. 7. ep. 1. dist. 80. ca. Tanta.

Lib. 7. epi. 61.

Homi. 40. super Euãg.

Dialog. 4. cap. 15.

Epist. 1. c. 5. 33. q. 2. can. Debus.

Epist. 3. c. 2

Platin.

das,vt scias hac in re cum veteri iure nouum ius,morenque adhuc retentum conuenire,innocentius III. In illo, ait,verbo per quod pœnitentiam moriẽtibus non negamus,viaticum etiam quod verè pœnitentibus exhibetur, intelligi volumus,vt nec ipsum decedentibus denegetur, corporis,inquam(vt & paulò antè de Liuonienſibus noniter conuersis eorum rescribit Episcopo) & sanguinis Domini sacramentum in mortis articulo tribuatur. Et Gelasius.I.ca.XXII. quem multò pòst innouauit Tribu rienſis can. XXIIII. Virgines sacras nubentes, & incestos eorum maritos à sancta communione detrusit, nisi publicè pœnitentes,non recipiendas,Sic tamen vt de seculo transeuntibus,si dignè pœnituerint, viaticum non negetur. Stephanus v. Astulphum vxoricidam sic inter cætera monet,Communione corporis & sanguinis Domini,cunctis vitæ diebus indignum te existimes.In vltimo tamen exitus die, si meruerís pro viatico(si sit qui tibi tribuat)tantummodò venialiter vt accipias, tibi concedimus . Nicolaum I.credo,imitatus, qui paulò anteà matricidam annuæ pœnitentiæ iugo sic castigauerat, vt anno pòst introeundi quidem in Ecclesiam haberet licentiam,tantùm tamen inter audientes staret, sed nondum communicaret. Completo autem trium annorum circulo, sacræ ei communionis gratia concederetur,ante quod tamen triennium, si vitæ finis appropinquasset,corporis & sanguinis Domini nostri particeps fieret. Sic Gregorius II.ad Bonifaciũ episcopũ, De his qui patrẽ,matrẽ,fratrẽ aut sororẽ occiderint,vt toto vitæ suæ tẽpore corpus Dominicũ nõ suscipiãt, nisi tẽpore exitus pro viatico. Iã verò non singulos patres,sed patrũ etiam audiamus Concilia. Synodi Ancyranæ pòst Apostolica tempora primæ,earũ quidem quę recipiantur, Canon 6. pœnitẽtia his qui minis aut metu sacrificassẽt,iniũcta,de vita interim periclitãtibus,aut ex infirmitate, aut morte aliũde imminẽte,cõmunionẽ propter viaticũ nõ negãda sãxit. Quàm omnes propè Synodos pòst videre est secutas.Ni.I. canõ aliis XII.aliis XIII.de hoc ita habet De his qui recedunt(ex corpore)vetus & canonica lex etiã nunc seruabitur,vt eorũ nemo necessario ἐφοδίῳ viatico(nouissimo innamine) fraudetur. Et generaliter super tradeda

Extra de pœnit.& remiss.cap. Quod in te.

Cap. Deus qui Eccl. Liuoniẽses.

27.q.1.ca. Virginibus

ca.Si quis sacro. virgines sacræ nubentes.

33.q.2.cap. Admonere vxoricida.

Ca. Latoren. Matricid. Parricidæ.

26.q.6. ca. De his vero.

morituro cuiuis communione, seu oblatione, aut Eucharistia, τοῦ μεταχεῖν εὐχαριστίας penes Episcopum cura sit
Cā.15.qui. & probatio. Carthaginen. IIII. canō. 76 77.78. Pœnitentiam in infirmitate petenti, si is casu, dum ad eum sacerdos venit inuitatus, oppressus obmutuerit, vel in phrenesim versus fuerit, cum testimonio eorum qui audierūt,
Can. Qui recedunt. dādam, & siquidem continuò creditur moriturus, superfundendam ori eius Eucharistiam, quod etiam Eucharistiæ ibidem vocatur viaticum. Aransicensis canon. III. Niceni verba, nedū mentem secutus, Hoc morientis, ait, sufficit consolationi, siue reconciliationi, iuxta patrum definitionem, qui huiusmodi cōmunionem congruenter viaticum nominarūt. Et in capitulis Græcarum Synodo-
Dist.50. c. Is verò. rum, interprete S. Martino episcopo Bracarensi. can. 83. qui etiam est superior Nicenus, Si quis de corpore exiēs, nouissimum & necessarium communionis viaticum expetit, non ei negetnr. Et, Qui in exitu mortis sunt, & desiderant accipere sacramentum, cum Episcopi consideratione & probatione accipere debēt. Aurelianen. Concilij III. canon 24. Si quis pœnitentiæ (solennis) benedictione suscepta, ad secularē habitum militiamque reuerti præsumpserit, excommunicatione plectatur, viatico tamen ad exitum concesso. Eorundem meminit Toletani. XII. canon. 2. præfatus quosdam nimia interim ægritudine ita loquendi sentiendique naturale perdidisse officium, vt nulla suæ eis salutis cura inesse videretur, nullo pristinæ deuotionis desiderio noscerētur anhelare. Quorum tamen casibus condolens fraternitas, talium ita necessitates in fide sua susceperit, vt vltimum eis tribuatur viaticum, ne scilicet sine fructu pœnitentiæ à seculo tran
Dist.50. ca. pœnit. sire videantur. Sic breuiter canon Agathensis XV. Viaticum omnibus in morte positis non negandum. Sic Gerunden. canon. IX. Qui ægritudinis languore depressus pœnitentiæ benedictionem, quam viaticum deputamus, per communionem acceperit, &c. Vormatiense Concilium superiores de patricidis & fratricidis canones innouauit. Nicolai præsertim ad verbū canone XXX. ante pœnitentiam scilicet completam, periclitantibus viaticum corporis & sanguinis Dominici (vt ibidem habetur) non

negandum. Canone autem Lxxx. qui ei synodo vltimus est, Gratiano Magnutinensis nomine citatus, addit, Quæ situm de his qui in patibulis pro sceleribus suspẽduntur, post confessionem Deo per actam, num eorum cadauera ad Ecclesias deferenda, oblationes pro eis offerendæ, celebrandæ Missæ? respondet, Si omnibus de peccatis suis puram confessionem agentibus, & dignè pœnitentibus communio in fine secundũ canonicum missum danda est, cur non etiam iis qui pro suis peccatis extremam pœnam persoluunt? Vbi legit ac velut exponit Gratianus, secundum præcepta canonum. Et, Cur canones communionem vel sepulturam eis interdicunt (vel interdicerẽt) qui pro peccatis suis pœnam extremam persoluunt, & confitentur, vel confiteri desiderant? Triburiẽsis quoque Synodus turibus & Latronibus etiam rerum Ecclesiasticarum, vt in furto & rapina mortuis preces negat, ita vulneratos, elapsos, & desperatæ valetudinis, reconciliari se mysteriis sacrosancta piè deprecantes, x. Niceno & Carthaginensis conciliis, ex Innocentij & Celestini decretis, vltimo & necessario viatico minimè priuat, sed eis vt à perpetuo liberenter exitio, vel in supremis suis eum extrema pœnitẽtia cõmunionem tribuit. Quid enim aliud est vltimã pœnitẽtiam negare periclitanti, quã mortem addire morieti. Ex quibus. Gul. Durantes in Repertorio, Rubrica de pœnitẽtiis canonicis. ca. 20. Et quæ impediãt communicandum, cap. 2. Et sacerdotale Romanum tractat de pœnitẽtia inter antiquos canones pœnitentiales, volunt latroni volenti confiteri, aut confesso, dari Christi corpus: hæreticis vero, & quidem relapsis, etiam sine vlla pœnitus audiẽtia, iudicio seculari relinquendis, pòst tamen manifestè pœnitentibus, sacramenta humiliter petita nec pœnitentiæ, nec Eucharistiæ, deneganda respondit Bonifacius VIII. Atqui tales non ita pòst rectà in ignem mittuntur. Verùm vt sæpe communionis & viatici nomine Eucharistiæ intelligitur participatio, ita neque semper, neque necessariò. Est enim vbi his nominibus pœnitẽtium per manuum impositionem sumatur reconciliatio, seu confitentium absolutio. Quæ vt non negatur quouis modo morituris, dummodò verè pœnitenti-

13. q. 2. cap. Quæsitum. Suspendendis cõmunio neganda.

Cap. 20.

De heretic. in 6. cap. super eo. Cap. 31.

bus, Sic Euchariſtiæ hominibus ſupplicio extremo addictis dandæ permittendæve mos adeò non obtinuit, in Gallia certè noſtra, vt ſuperiore proximo ſeculo Rege nobis Ludouico XI. Ludouicus Luxẽburgus Comes ſtabuli, maieſtatis reus, capite damnatus, confeſſione Chriſtiano more expleta, viaticum Chriſti corporis miniſtrari orauerit, nec exorauerit aut obtinuerit. Res tamen diuina, ſiue Miſſa coram illo facta, & panis benedictus oblatus, quem religioſè manducauit. Decollati in Grauia corpus per fratres Franciſcanos elatum, & in eorum medio choro humatum Anno 1475. Decemb. 19. Eandem conſuetudinem F. D. Soto in Hiſpania ſeruari teſtatur, ſed cui aliæ nationes obmurmurent, quoniam nulla apparet cauſa, cur ad mortem damnatis verè modò pœnitentes eo beneficio priuẽtur, præcipuè contra tot canonum ſanctiones. Et contra forſam ſatius eſſet hunc morẽ non ſeruari, præſertim cum ſæpe per hoc ſacramentum fiat homo ex attrito contritus, & gratiam ſuſcipiat, quam minus pœnitẽs non recepit. Adeoque vſu munire poſſet, vt communionis defectu anima eius periret, qui alioqui ſaluus fieret. Sed eiuſmodi canones adeò non obligant, quin poſſint per contrariã conſuetudinẽ abrogari. Cuius fortaſſe conſuetudinis ortus fui, quod cũ huiuſmodi cõdẽnati à cõmunione reipublicæ abſcindãtur, in eius abſciſſionis ſignũ negatur eis cõmunionis ſacramẽtum tanquàm reipublicæ hoſtibus (vel potius extorribus) Accedit apparens irreuerẽtiæ nonnihil ita ſacramento irrogando ſi qui ſacrum chriſti corpus ſuſcepit, illico ita patibulũ & crucem rapiatur. Et quandoque præ mortis atrociate vomitus (de quo poſtea) periculum imminere poſſet. Hæc ille. Multo minus ſacris, ſed ad periculum, aut etiã certam mortem proficiſcentibus, cõmunio ſit petentibus, denegãda, vt legere cùm de aliis, tũ de Philippico Mauritij Imp. excubitore deſperata præ metu principis eum mane accerſentis, vita. Et de Theodoſio eiuſdẽ Imp. F. qui cum aphoca tyrãno ad mortem traheretur, prius imperta uit, diuinis impertiri myſteriis, ita decollatus. Et manil ſub principe Arcadio prius in hymnis & precibus peruigil, ab ipſis celeſtium myſteriorum ſacramẽtis circum fuſus in hoſtẽ proceſſit in Chronico Veſpergenſi ad annum

Guaguin. lib. x. Necobe Gillis. Ludouicus Luxemburgus.

Eandem. Lib. 4. ſentẽtiar. diſt. 12. Queſt. 1. Art. 11.

Cedren. pag. 330. 332.

Pau. Diacon. lb. 17.

Paul Diacon. lib. 13.

Domini.1104. Sigehardus comes seditione Ratij bonēsiū aduersus eū quasi reū maiestatis in Henricum 1111.cōmota, in hospitio suo obsessus, foribus tandem effractis, confessione prius facta, sumpto etiā Dominici sacramēti viatico, capite truncatus occubuit. Secūdum superiorem autoritatē canonicā Theodorus Cātuariensis Episcopus in pœniētiario suo diffiniuit, vt infirmi in periculo mortis positi, ne pietatis eis clausa ianua, neu à cōmunione & veniæ cōsortio iidē videātur alieni, post purā confessionē peccatorū, pœnitentiæ quātitate magis innotescēte quàm imponēda, cuius tamē modū à sacerdote impositū cōualescētes & periculo erepti obseruarēt, amicorū orationibus & consolationibus Ecclesiasticis subleuati, sacra olei vnctione inūcti, secundū statuta sanctorū patrum viatici cōmunione reficiātur. Habes simile exēplum ægrotantis prius inuncti, mox sacri corporis viatico refecti apud Petr. venerabili Moribūdis ergo, si prius in eis cùm benè valebāt, huius sacramēti apparuit deuotio, debet id in mortis articulo exhiberi, nisi fortè timeatur aut vomitus, aut exputionis periculum, quo acceptū sacramētū fortè reiicerēt & excrearēt. Idque coacti, quod vt alioqui grāde (vt reuera est) flagitiū Ecclesia olim iā dānauit. Sic enim super hoc cauit Toletani Cōcilij 1. canō 14. Si quis acceptā à sacerdote Eucharistiā non sumpserit, velut sacrilegus, propellatur. Quoquidē canone cùm nec adiecta esset vo lūtatis discretio, Toletani Cōcilii 11. canon. 11. antiquū sic eluci dauit, Cùm & infidelis infideliter hęc agat, & fidelis fidēter accipiat, quòd naturalis eū necessitas non sinit deglutire. Solet enī humanæ naturę infirmitas, in mortis exitu prægrauata, tāto siccitatis pōdere deprimi, vt nulla ciborū illatione refici, vix tātùm illati poculi gratia delectetur sustentari. Quod & in multorū exitu vidimus, qui votis optatū sacræ cōmunionis expetētes viaticū, collatā sibi à sacerdote Eucharistiā reiecerūt. Non quòd infidelitate hæc agerēt, sed quòd præter Dominici calicis haustū traditā sibi nō possent (alterā specie) degluuire. Nō ergo ij ab Ecclesiæ corpore separādi, qui necessitate, nō infideliter hæc fecerūt, hi præsertim, de quib⁹ nihil fideli sinistræ sentitur. Placuit ergo definire, quod neque fideli noceat, neq; infideli inultū existat. Quicunque ergo fidelis ineui

26.q.7.ca. *Ab infirmis.*

Vnctio extrema.

Lib.3. epistola. 4.

Tho part. 3. Quæst. 80. artic. 9.

Vomit⁹ aut exputio sacramenti.

tabili qualibet infirmitate coactus, Euchariſtiam perceptam reiecerit, in nullo Eccleſiaſticæ damnationi ſubiaceat: Idem canet de infantibus & amentibus, de quibus nunc nihil. Quiſquis igitur abſque ineuitabili, vt dictum eſt, infirmitate corpus Domini proiecerit, ſiquidem fidelis, perpetua communione priuetur: ſin infidelis, verberatus perpetuò relegetur. Quos tamen exceſſum hunc digna pœnitentiæ ſatisfactione deflentes, poſt quinquennium licebit communioni priſtinæ reformari. Hæc Toletani. Et tãtam tamen in iis eautelam ex adoratione nimirum partim profectam, veteres adhibuerunt, vt ſi qui Euchariſtiam vel ex infirmitatis cauſa vomuiſſent ſeptẽ diẽs, nedum ſiqui per ebrietatem vel voracitatem, multò, & meritò quidem, pluribus pœnitere voluerint, citantibus ſuper hoc canonem, ex Bedæ & Romano penitentiario, Gratiano Burchardo, Iuone. Hinc communis illa Chriſti fidelium charos ſuos ex hoc ſeculo, vel cum viatico tranſire conſolatio, & bona ſuper eorum ſalute ſpes, vel ſine hoc decedere, deſolatio, & ſuper eorum perditione coniectura. De quo in vtranque partem exempla ſunt in vita D. Bernardi ab æqualibus eius cõſcripta. Qui magnifico viro Ioſberto de firmitate vicino ſuo, impetrauit alioqui moribundo, & confeſſionem, & diuinum hoc ſacramentum. Quorum neutro ſumpto Gerardus Aquitaniæ tyrannus magis quàm comes, ſubitò ibi mortuus, & miſerè legitur extinctus Et cùm dicat ſcriptura, Eſt peccatum ad mortem, pro eo non dico vt roget quis, impœnitens, ſine confeſſione ac viatico, de corpore egredientem ſpiritum ei reddidit, cuius miniſter in finem vſque fuerat. Attamen idem etiam hæreticum ſuper præcipuo Euchariſtię negotio, hoc eſt, carnis & ſanguinis prę-ſentium ibi veritate lapſum, ſubita correptum infirmitate, ad cor redeũtem ſcribit accito Epiſcopo S. Malachia, errore abiecto, & veritate agnita, confeſſum, à reatu abſolutum, viaticum petiuiſſe, datam reconciliationem, & vno penè momento perfidiam ore abdicatam, & morte dilutam. Ita Petrum Abelardum, & ipſum non ſatis, vt quidam volunt, in Euchariſtia firmum, pœnitentem, & monachum Cluniaci factũ, Petrus venerabilis eius tum

Infantes.
Amentes.
De conſecr. diſt. 2. cap. ſi quis per neglig.
Burchard. lib. 5. cap. 46. 49.
Lib. 1. c. 9.
Lib. 2. c. 6.
1. Ioan. 5.
In vita S. Malachiæ.
Libr. 5. epiſtola. 10.

loci Abbas, morbo ad extrema perductum, peccata sanctè, deuotè, ac Catholicè confessum, magno inhiantis cordis affectu, viaticum peregrinationis, ac æternæ vitæ pignus, Domini scilicet corpus accepisse, suũ ei corpus & animam fideliter commendantẽ. Et nihil vetat quin de similibus intelligamus eum canonis locum, quo precatur Ecclesia pro eis qui decesserunt cum signo fidei, &c.

Asseruatio Eucharistiæ propter infirmorum communionem. Cap. III.

HÆc igitur viatici moribũdis & salubris necessitas, & necessaria salubritas, ratio fuit & occasio seruandæ extra vsum Eucharistiæ, ritus certè multò antiquior, quàm ex quibus iidem qui suprà Canonistæ citant, Siue Concilium Vormatien. cap. 5. Vt presbyter semper Eucharistiam paratam habeat, vt quando quis infirmatus fuerit, statim communicet, ne sine communione moriatur, Siue ex Turonen. cap. 4. Vt presbyter pyxidem habeat, aut vas tanto sacramento dignum, vbi corpus Dominicum diligenter recondatur, ad viaticum recedentibus à seculo: Sempérq; sit super altare obserata propter homines nefarios, & septimo quôque die mutetur: I. illa à presbytero sumatur, & alia eodem die consecrata, in eius locum surbrogetur, ne fortè diutius seruata, mucida (quod absit) fiat. Sit fides penes citantes, Nam in Turonicis tribus, & vno Vormatiensi nihil legi tale. Extabat forsitan eorum tempore, vt & quod citant ex Concilio Rhemensi, cap. 2. cùm in eodẽ infirmitatis articulo presbyteri quidam aut laico (vt in Serapione antè vidimus) aut fœminæ, sacrum Domini corpus ad deferendum infirmis, traderent, ita diuina paruipendentes mysteria, vt quibus prohibetur nec sacrariam ingrediantur, nec ad altare propinquent, iis sancta sanctorum communicarẽt, Synodus id quàm esset horribile ac detestabile, omnium prudentiæ relinquens considerandum: interdixit, ne temeraria hæc præsumptio vlteriùs fieret, sed omnimodis presbyter per semetipsum infirmum communica-

De consecr. dist. 1. cap. Presbyter. Burchard. lib. 5. c. 10. Burchard. cap. 9.

Grat. can. Peruenit. Burchard. cap. 30. Laici aut fœminæ ne infirmos cõmunicent.

ret: & si aliter feciſſet, gradus ſui periculo ſubiaceret. Eadem eſt ſacramentariarum pyxidum & pyxidicularum origo, non tam noua, quàm hodierni putãt Nouatores, vt de quibus nihil vetet intelligi quod diuus Hieronymus de S. Exuperio Toloſę tum epiſcopo ſcripſit ad Ruſticũ: Quòd Domini corpus in caniſtro vimineo, & ſanguinem portaret in vitro, Portaret, inquam, vt dicat quis ad eos qui conuenerant in Eccleſiæ cœtum, præſentes, quidni alius etiam dicat, & ad abſentes, & quos (quæſo) niſi morbo fortè ſontico detentos, & ſic excuſatos? Et in horum enim vſum ſacramentũ in pyxidibus ſeruari prędiximus ex Burchardo, & quidem ſub vtraq; ſpecie, cùm ea in vſu eſſet, Sacra, ibi ait, oblatione cum Chriſti ſanguine intincta, vt veraciter preſbyter infirmo poſſit dicere, Corpus & ſanguis Domini (ſub ſua ſcilicet vtrunq; ſpecie) proficiat tibi, &c. Verùm hanc intinctionem, ſiue Euchariſtiam ceu pro ſupplemento communionis intinctam, & populo porrigi ſolitam, vt abuſiuam, ſchiſmaticam, & diuinis ordinibus Apoſtolicíſque inſtitutionibus contrariam, & antè Iulius I. papa improbauerat, & pòſt improbauit circa Vitaliani papæ tempora, Concilij III. Bracarenſis canon. I. Et Euchariſtiæ tamen in vtraque ſpecie ſeruatæ euidentius extat teſtimoniũ, quàm vt vel diſſimulari vel negari poſſit. In Chryſoſtomi perſecutione, ſuper ea ſic ad Innocentium I. Rom. Pont. ſcribẽtis, hoſtes ſuos magno ſabbato ad veſperam (id eſt, die Paſchæ) in primarium Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ templum irruiſſe, & militibus, quorum etiam quidam nullis dum ſacris Chriſtianis initiati eſſent, hoc eſt, nondũ baptiſati, ſanctuarium, ſiue locum vbi ſancta erãt repoſita, ἵνα τὰ ἅγια ἀπέκειτο, ingredientibus, & penitius omnia quæ intus erant, perluſtrantibus & videntibus, ſanctiſſimum Chriſti ſanguinem, ſicut in tumultu tãto fieri contingit, in prædictorum militum veſtes effuſum. Hîc habes primùm horrori fuiſſe S. Chryſoſtomo, nec dubium quin toti tum Eccleſiæ, homines illotos, & non tinctos ſeu non baptiſatos, ſancta cõſpexiſſe: alterum, quod hic inueſtigamus, ſeruari olim ſolitam etiam vini ſpeciẽ, ſeruari autem poſtmodùm deſitam, quia citò aceſcit: vt &

Pyxides ſacramentariæ.

Caniſtrum vimineum, vitreum vaſculum.

Cap. 9. Euchariſtia ſub vtraque ſpecie ſeruata.

Intinctio permiſſa, pòſt vetita. Can. cum omne.

panis quoque speciem seruari diutiùs prohibitam, quòd ea, licet seriùs, etiam mucescit. Has autem arculas Græci Latiníque prisci vocauerunt, vt & hodiéque vocant Ciboria & Cibotia. Sint autẽ prophanis scriptoribus κιβώρια & κιβώτια, folianè vasculorum, an vascula foliorum instar, post Horatium, Plinium, Dioscoridem, Athenæũ, Cælium &c. Philologis & Lexicis Græcis & Latinis relinquo disputandum. Sic in libro Pontificum, põtificum vitis, & alibi legimus Symmachum I. in Basilica S Andreæ vel Syluestri, vel Martini (huius enim nihil refert) argenteum fecisse ciborium librarum cxx. & Gregoriũ I. ad B. Apostolum Petrum, alterum super altare posuisse cum columnis quatuor ex argento puro, in eundem vsum, hoc est, sacramenti asseruationem. Et Zonaras scribit, Imp. Iustiniano Ecclesia magna iam absoluta & consecrata, magnum globum terræ motu cecidisse, eóq; casu κιβώριον sacræ mensæ cum ea contritum.

Ciboria, Cibotia.

Tom. 3.

Eucharistia superuenientibus Catholicis asseruata, missa, & participata. Cap. IIII.

FVerunt & aliæ in Ecclesia veteri venerabilis Eucharistiæ tum in templis asseruandæ, tum etiam aliò atque aliò missitandæ rationes. Apparet enim ex historia Ecclesiastica Episcopis Catholicis Romani aliũde ventitantibus Romanos episcopos non hanc tantùm vt sospitibus tesseram, sed & quidẽ multò magis vt cõmunionis & Catholicismi symbolũ soléniter trãsmisisse. Sic Irenęus in Ieiunio sa illa, vt ita loquar, siue Paschali controuersia scribit ad Victorem I. papã & martyré, Præcessores, ait, tui Rom. Episcopi, aliter quàm nos Pascha licet obseruantes, nostratibus Episcopis suo more atq; secus quàm vos, id obseruantibus, Eucharistiã tamen miserũt, ciúsq; illis ministeriũ pacis & honoris ergò Romæ permiserunt. Quem morem in legẽ abiisse, coniicere est ex cõstitutione Melciadis papæ itidẽ & martyris, vt ex Episcopi cõsecratu oblatiões propter hæreticos (haud dubiè internoscẽdos) dirigerẽtur per Ecclesias (indubiè Catho-

Eucharistia episcopis catholicis missa. Euseb. 5. 24. Nicephor. 4. 39. Concil. tom. 1.

licas) Renarrant liber Pontificalis, Bedę & Adonis Martyrologia: Et qui ad Damasum aut Rusticum Narbonẽsem fertur Hieronymi liber de septem gradibus Ecclesiæ, in sexto, qui sacerdotum est. Eucharistiã, inquit, iampridem per presbyteros benedictam, si vsus exegerit, episcopi accipere debent, neque id ad iniuriam reuocare, quòd à minori ea scilicet sit benedicta. Nec dico, prę̃sentibus & altari Episcopis astantibus, presbyteros posse sacramenta conficere (eorum, credo, iniussu) Sed si fortè vsus exegerit, vt venientes ad Ecclesiam sacerdotes (episcopi) eisdem quibus horis oblatio aut parata nõ sit, aut etiam offerri non possit, non debent episcopi repudiare Eucharistiam, si ponatur in altari, quam accipi oportet propter Christum, quoniam corpus Christi est. Hæc ille. Vbi audis Eucharistiam iampridem ab alio confectam aduentori episcopo porrigi solitam, & hunc in vsum antè parari. Idem videtur sanxisse de diaconis Concilij Niceni canon XIIII. vt Eucharistiam vel ab episcopo aut presbytero præsente sumerent, vel si non fuissent in prę̃senti episcopus aut presbyter, proferrent ipsi & manducarent, ab illorum scilicet altero priùs cõsecratam (nam idem canon negat diaconos sacrificij huius offerendi habere potestatem) & in vsum petentium aut petiturorum cùm aliorum, tum diaconorum asseruatam. Etsi non est dissimulandum hanc particulam non esse in fonte Græco, nec in alia translatione, vbi ponitur hic canon in ordine XVIII. & à Gratiano eundem canonẽ citante prætermitti. Sit igitur coniectura locus hic, non argumẽtum necessarium. In hunc externorum, inquam, aduenientiũ & peregrinorum, nec tantùm in ægrotorum vsum, Eucharistiam etiam in episcopiis, nedum in templis diligẽter olim seruari solitam apparet, de templis quidẽ, prę̃ter superiora, ex Concilij Turonen. II. sub Pelagio I. canone 3. Vt corpus Domini in altari, non in armario sub cruce tituli componatur. Nec ita pòst sub Gregorio I. Pelagij successore Gregorius episcopus Turonensis, eius & æqualis & amicus, miraculorum in gloriam sanctorum martyrum, capite quo scribit non esse tractanda sacra animo polluto, scribit & inter alia, idque in adolescentia sua

Eucharistia superueniẽtibus data.

Diaconi Eucharistiam ab alio cõsecratam & asseruatã sumebant.

Distin. 93. can. Peruenit.

Eucharistia etiam in episcopiis asseruata.

Lib. 1. cap. 86.

ſua geſtum audiuiſſe, In Ricomagenſi vico ciuitatis Arueouæ, die feſto S. Polycarpi martyris, lecta (eius) paſſione, cũ reliquis ex canone ſacerdotali lectionibus, aduenientе tempore ad ſacrificium offerendum, Diaconũ accepta turre, in qua miniſterium (vel potiùs myſteriũ) Dominici corporis habebatur, ferre cœpiſſe ad hoſtium, ingreſſúmque templum, vt eam altari ſuperponeret, elapſam de manu, in aëre latam, & ſic ad aram accedentem, manu non potuiſſe aſſequi, quòd in conſcientia, credo, pollutus eſſet, &c. Hîc coniicere eſt ſacramentum in templo confectum, in Epiſcopium, Epiſcopi domicilium, tẽplo vicinum in turricula aut arcula ſacramentaria, mitti ſolitum, ibidemque aſſeruari, donec iterum die ſolenni ad publica miſſarum ſolennia in baſilicam referretur. Ferri autem & referri, haud opinor ſine reuerentia ſolitam, & ferentium & ſpectantium. *Turris ſacramentaria.*

Euchariſtia ad monachos delata, & in eorum vſum aſſeruata. Cap. V.

EVit & Euchariſtiæ aſſeruandæ geſtandæque occaſio, monachorum quoque ſolitudo, vt hominum vbiuis olim potius quàm in oppidis, & nuſquam magis quàm in deſertis morantium. Qui, cùm laicorum pars eſſent aliquandiu puriſſima, & alij rarius, ſæpius alij, quotidie quidam communicarent, coniicere eſt preſbyteros, quos illi apud ſe ordinarios non habebant, aut aliũde, ſiue ex vicinis vrbibus aut vicis proficiſcentes, Euchariſtiam priùs ibidem conſecratam ad eos deportare fuiſſe ſolitos, aut ad monaſteria profectos ibi conficere, & confectam ſolitariis illis pro ſuo cuique modo ac tempore vtendam, ac proinde aſſeruãdam relinquere. Palladius in vita Abbatis Or. Viris, ait, magnis mos eſt, nihil carnis admittere, priuſquam ſpiritale alimentũ animæ tradiderint, hæc autem eſt Chriſti cõmunio. In vita Apollo Abbatis, Nos inquit, oſculatus, lauit, orauit & hortatus eſt ad refectionem. Hoc autẽ faciebat omnibus fratribus qui ad ipſum veniebant. Qui etiam cum ipſo erant fratres, alimoniam *Euchariſtia ad monachos delata, & apud eos ſeruata.* *Cap. 9.* *Euchariſtia ante omnem cibum quotidiana.* *Cap. 52.*

non prius accipiebant, quàm Euchariſtiæ Chriſti communicaſſent, ídque hora diei nona, qua ex iis multi de monte deſcendebãt, & Euchariſtia ſumpta, rurſus aſcendebant, contenti ſpiritali nutrimento vſq; ad aliam nonam. De hoc autem vitæ inſtituto, eiúſque diſſerens exercitiis, dicebat (& quod oportet) ſiquidem fieri poſſet, monachos quotidie communicare ſacramentis: Qui enim ab eis ſe procul amouet, Deus quoque procul ab eo recedit. Qui autem hoc facit aſſiduè, aſſiduè ſuſcipit ſeruatorem. Eſt enim vox ſalutatis, Qui manducat carnem meam, & bibit meum ſanguinem, in me manet, & ego in eo. Hoc confert monachis, ſalutaris paſſionis commemorationem continenter facientibus, quotidie etiam præparare, vt omni ex parte digni ſint qui cœleſtia ſuſcipiant ſacramenta. At idem in vita abbatis Arſiſij ad montem Netriæ, ſcribit fratres ad Eccleſiam ſabbato ſolùm & die dominico veniſſe ſolitos Et ex octo qui ei Ecclesiæ præerant, preſbyteris, primum, quandiu viueret, & alium in eadem nullum, obtuliſſe. Et eodem tempore D. Chryſoſtomus teſtatur eos qui tum in eremo ſedebant ſeu habitabant, ſemel in anno participaſſe, fortaſſis etiã & poſt duos annos, fortaſſis quoque adhuc rariùs, vt in tot monachorum myrmeciis & examinibus, diuinus ille Maris plures potuerit habere ſui ſimiles, qui apud Homeri vicũ, qui tum Netis vocabatur, nonagenarius, cùm longo tempore deſideraſſet videre offerri ſpiritale & myſticum ſacrificium, rogauit inuiſentem ſe Theodoretum Cyrenſem, Chryſoſtomi contemporaneum, & huius rei in ſanctorum patrum hiſtoria teſtem, vt diuini doni illic fieret oblatio. Hic verò lubenter parẽs, ſacris vaſis ex pago non procul inde afferri iuſſis, pro altari vſus diaconorum manibus, myſticum, diuinũ, & ſalutare obtulit ſacrificiũ. Ille autẽ omni ſpiritali implebatur voluptate, exiſtimans cœlum ſe videre, dicénſque ſe nunquam tantam concepiſſe lætitiam. Et his ergo eremitis, veréq; demum monachis in ſua ſolitudine, vt non vbique preſbyteros defuiſſe nego, ſic vbique adfuiſſe, id verò pernego. Vnde Baſilius in epiſtola ad Cæſariam patritiam, quam Græcè extare vir doctiſſimus Groperus teſtis eſt, ne quis in La-

Ioan.6.

Cap.7.

Homil.17. ad Hebr.

Monachi quidam raro communicantes.

Cap.20.

Manus pro altari.

De Euchariſtia lib.1. cap.17.

tinis quæ extant, eam deesse cauilletur. Omnes, inquit, in eremis solitariam vitam agentes, vbi non est sacerdos, communionem domi seruantes, à seipsis communicant. Addit eundem ex Amphilochio Iconii Episcopo in eius vita, quã neq; Latinam vidi, in Italia extare Gesneri indicat Bibliotheca, precatum Dominũ vt daret ei gratiam sapientiam & intellectum sacrificii offerendi, & scribendæ mysticæ Liturgiæ, viso noctu cũ Apostolis Domino, propositionem panis in altaris faciente, cúmq; exaudiẽte, ac excitante: surgentem ad altare accessisse, celebrasse officium, post orationum finem panem exaltasse, cúmq; in tres diuisisse partes, quarum vnam cum timore multo communicauerit, alteram colũbæ aureæ super altare pendenti imposuerit &c. Scripserit hoc Basilius, episcopúsve an ascetes (nam is episcopatu relicto præ corpusculi debilitate ad eremum reuersus est) non admodũ refert. Et has enim colũbas, vt ita loquar, Eucharisticas, nihil vetat in monasteriis etiã tum fuisse, vt in Ecclesiis. De quibus, harúmque in Ecclesiis vsu, aliquantò post in V. Synodo Constantinopolitano extat hoc testimonium, Querũtur clerici & monachi Antiocheni contra Seuerũ eius vrbis non iam pastorẽ, sed lupum, sic inter cætera, Nec sanctis ille pepercit altaribus, neq; sacris vasis, ea conflans, & sui similibus erogans. Præsumptum est & hoc ab eodem, ô beatissimi, Nam columbas aureas & argẽteas in formam Spiritussancti super diuina lauacra & altaria appẽsas, vnà cum aliis sibi appropriauit &c. Relegit hanc querimoniã in VII. Synodo Nicena II. Antonius monachus religiosissimus, ita, Ausus etiam fuit aliud Seuerus, sanctissimi, aureas & argenteas columbas in figura sancti Spiritus, supra diuinos fontes suspensas cum aliis (sacris vtique vasis) abstulit &c. Hîc lauacrorum tantùm, non etiam altarium mentio, Græca consulant (si modò extant) Græcè periti. Non desunt hodiéque in monasteriis huiusmodi columbarum instar, scriniola, & quidem in hunc quem hîc vestigamus, vsum. Quale vidi in monasteriolo seu prioratu conuentuali Vallis Dei, non procul à Sesania in agro Trecensi, non sine Basiliam testimonii recordatione. Quod autẽ de monachis diximus, id fit ve-

Cap. 18.

Visio.

Panis exaltatio.

Columbæ Eucharisticæ.

Actione 1.

Actione 5.

CXXIII. *paragraph. cæterum. Eucharistia ad moniales portata.*

risimilius ex Iustiniani constitutione Nouella, quæ super diuersis Ecclesiæ capitulis inscribitur, & inter cætera de Monialibus sic habet, Mulieribus, quemcunque elegerint ipsæ siue presbyterum, siue diaconum, vt sanctam eis communionem deportet, religiosissimus Episcopus sub quo sunt, quasi ductis sortibus attribuito, quem fidei rectæ, & honestæ esse vitæ cognouerit. Quòd si presbyter aut diaconus non sit qui ab ipsis electus est, quem dignum tali ministerio iudicet Episcopus, ordinatione ei imposita, qua dignus esse videbitur, respondendi muneri eum pro monasterio attribuito. Sic tamen vt neque qui eo modo ad ea quæ pro mulieribus respondenda sunt, electus est, in monasterio commaneat. Hæc ille. Audis Eucharistiam vt ante ad monachos, sic & ad moniales à presbyteris externis aliunde allatam, suo tempore vescendam, & sic asseruatam, vt coniicere est, præsertim cùm is minister exterus esse iubeatur, & cum eis moram facere vetetur. Quanquam alibi de monachis & astetriis, illos quidem in quorum monasterio non fuerit Ecclesia, vult sacri ministerij tempore vnà cum præsule, primoribus eius ac ætate prouectis, illò accedere, eóque impleto omnes ad cœnobium denuo concedere. Et si mulierum monasterium fuerit, duos viros (si haberi possunt) Eunuchos constitui, qui amplissimo testimonio comprobati, tum alia earum negotia gerant, tum ineffabilem eis communionem, cùm eius rei erit opportunitas, distribuant.

Nouel. 113. *Monachi claustris ad cõmunionis exibant.*

Eucharistia priuatim & in domo cuique sua seruata & sumpta. Cap. VI.

Eucharistia domi seruata, sumptáque.

EVit & alia Eucharistiæ non in templis modò aut monasteriis, sed & domi cuique suæ conseruandæ vtendæque ratio, persecutionem vtique tempestas, per quam non liceret Christianis ex more Apostolicæ primitiuæque Ecclesiæ ad frangendum communicandumque sanctum panem hunc vnà conuenire: quanquam & hoc ipsum Apostolorum iam tum tempore, non in Dei tan-

tùm domo, sed per domos quoq; factum ex eorum constat historia, & priuatim, eadem, credo, de causa, quòd publicè per persecutores non liceret. Ideóque fuit, cùm Ecclesiarum præfecti Eucharistiam à se consecratam Christi fidelibus, domum qua munditia poterant, portandam, ibíque reuerenter asseruandam, & deuotè aliàs sæpiùs, aliàs rariùs vescendam traderent ac permitterẽt. Quo fortè spectauit Tertullianus de episcopis, presbyteris, & diaconis loquens, Et illi (monogami scilicet) planè sic dabunt (digamis vtique esse volentibus) viros & vxores (in matrimonium, quod eis secundò habere non licet) quomodò buccellas. De illis buccellis, vt coniicere est, loquens, quas domum ferendas ab Ecclesię ministris populus accipiebat. Et eodem fortè pertinet quod alibi scribit, Stationum diebus accepto ad aram Dei corpore Domini, & reseruato, vtrunque saluum est, & participatio sacrificij, & executio officij. Sed valeant coniecturæ, quando & hic locus obscurus est, quòd nos eius moris exactam non habeamus notitiam. At nihil obscurè hac de re tertio loco habet, quo viri gentilis & cõnubii imparis incommoda Christianæ vxori enumerãs, Non sciet, inquit, maritus, quid secretò ante omnem cibum gustes? Et si sciuerit, panem non illum credit esse, qui dicitur. Et hæc ignorans quisque, rationem simpliciter sustinebit, sine gemitu, sine suspicione panis an veneni. Eidem mori attestatur lector huius assiduus D. Cyprianus, inter miracula sui temporis, quæ lapsis inter hęc mysteriis obuenerant, & hoc enarrans, Cùm fœmina quædam arcam suam, in qua Domini sanctum fuit (tulerat illud secum ex Ecclesia) manibus indignis tentasset aperire, igne indè surgente deterrita est, ne auderet attingere. Idem factum quo suprà loco Basilius, & ante se, & suo etiamnum tempore, pace à Paganis quidem principibus, sed non & ab hæreticis Ecclesiæ data, Persecutionis, ait, temporibus, necessitate cogi quempiam, sacerdote aut diacono non præsente, communionem propria manu sumere, nec difficile est, nec superfluum demonstratu, quod longa consuetudine, hoc ipso rerum vsu confirmatum est. In Alexandria & Ægypto, laico-

Act. 2. 20.

De Monogami.

De oratione. stationũ dies.

Lib. 2.

Serm. 5.

Eucharistia in necessitate manu sumpta.

rum quisque, seu quisquis de populo est, vt plurimùm communionem in domo sua habet. Semel enim sacerdos vt sacrificarit, & distribuerit, meritò participare, & suscipere credendum. Et in Ecclesia enim is partem dat, & qui petit, cum libertate accipit, & ori manu propria admonet. Idem ergo virtute est, siue partem vnam, siue plures quisquam simul accipiat. Vides cùm per persecutiones sacri cœtus nec liberi, nec frequentes esse possent, sacris peractis, sacra symbola Christianis petentibus data, domum asportanda, & domi pro sua cuique deuotione seruanda atque vtenda. Vtque semel, & quauis occasione cœpta serius desinunt, nec hunc morem sub principibus non tantùm Christianis, sed & Catholicis statim desitum esse, coniicere est ex his quæ scripsit Apologia in Iouinianum Hieronymus, ita: Scio Romæ hanc esse consuetudinẽ, vt fideles semper Christi corpus accipiant: quod nec reprehendo, nec probo. Vnusquisq; enim in suo sensu abundat, sed eorum cõscientiam conuenio, qui eodem die post coitum, communicãt, & iuxta Persium, *Noctem flumine purgant*. cur ad Martyres ire nõ audent, nec ingrediuntur Ecclesias? An alius in publico, alius in domo Christus? Quod in Ecclesia non licet, nec domi licet. Ex hoc loco colligit Scholiastes olim domi quenque suæ corpus Christi sumere solitum, qui voluisset. Quod videtur innuere Paulus, cùm ait, An domos non habetis ad manducandum? Huius Scholij partẽ posteriorem, vt nimis erroneam, meritò notauit Albertus Pius Carporum princeps. Nihil enim prorsus huc pertinet aut facit hic Pauli locus, quasi Corinthij, & sic iam tum Christiani Eucharistiam in domibus propriis, non autem in Dei ecclesiis, aut sumerent, aut etiam sumere deberent: imò abusum corrigit, quo in Ecclesiæ cœtu Cœnæ mysticæ profanam illi præmitterent atq; præsumerent, eò in domibus præparata secũ deferentes: vnde fieret, vt diuites quidem opimis vescẽtes satiarẽtur, pauperes autem vilibus & insipidis esurirẽt. Vult igitur cœnã Dominicã in publicis Ecclesiæ Dei conuentibus fieri, toties illud inculcãs, Conueniẽtibus vobis. Et, Cùm conuenitis, &c. Hactenus rectè Carpẽsis, minus rectè, quod &

Epist. 50. Quod ad te.

Rom. 14.

Satyr. 2.

Erasm.

1. Cor. 11.

Lib. 7. 2.

Corinthiorũ abusus.

Communio publica & domestica.

priorem Scholij partem reprehendit, quasi prorsus falsam, quodque sic oportuisset vel vnumquenque domi proprium habuisse sacerdotem (nec enim Christianos omnes sic esse sacerdotes, vt conficiendæ Eucharistiæ ius aut facultatem habeant) vel à parochis ad priuatas id sacramentum petentis cuiusque ædes transmitti solere. Idque nunc etiamnum fit, cùm res vrget. Quod vt iam tum promiscuè factum improbabile est, ita persecutionis in casu solitum, ex hoc Hieronymi & aliis aliorum locis superioribus multùm probabile, vt omnia tuta Carpus hîc timeat, audens alioqui oculatusque vir. Obiurgat igitur Romanos eò loci Hieronymus, quòd ob rem vxoriam immundos se rati, qui vel martyrum adirent basilicas, nulla rei tamẽ eiusdem habita ratione, domi etiam communicare non reformidarent: satis ita testatum faciens, suis adhuc, vt antè Tertulliani, Cypriani, & Basilij temporibus, Christi fideles Eucharistiam communionis gratia, persecutorum presertim metu, & asseruasse, & asseruatam alios sæpiùs, alios rariùs sumpsisse. Quæ domum ex Ecclesia deportatio, domique asseruatio, communioque, cùm periculorũ plena, & multis offendiculis, abusibus, & scandalis esset obnoxia, cessante infidelium persecutione, vt causa, cessauit, vt eius effectus, sublata & abrogata eodem, hoc est, Honorij & Arcadij Impp. papę autem Siricij, aut Anastasij tempore. In Cõcilio Toletano I. & sacrilegij damnatum Eucharistiam à sacerdote acceptam non sumere. Idem quoque instauratum & elucidatum multò pòst in Toletano XI. Rege in Hispaniis Vambano, aliàs Bamba, circa papæ Vitaliani tempora. Vtrunque canonem suprà in ægris citatum, nihil hîc opus est recitare. Hæc super Eucharistia, vt sic loquar, domestica.

Groper. lib. 2. c. 19. el 27

Euchar. domi asseruatio sublata.

Eucharistia à peregrè profecturis terra marique delata, adeóque mortuis data, atque consepulta.

CAP. VII.

Eucharistiã peregre profecturi secũ ferebant.

FVit & sua cuique de hoc sacramento fides atque deuotio, eius plus etiam priuatim asseruandi occasio, vt suscepturi aliquod iter longius presertim, hoc se velut commeatu præmunirent, tanta eius tum vtilitatis, tum necessitatis persuasio, tamque altè Christi fidelium animis hæserat. Sic legimus in martyrologiis fide dignis, Romæ via Appia in Cœmiterio Calixti natale, sancti Tharsitij acoluthi & martyris, quem sacramenta corporis Domini deferentem pagam cùm reperissent, cœperunt disquirerè quid gereret. Is indignum ratus margaritas porcis, hoc est, discussoribus prodere, ab eis tandiu fustibus & lapidibus mactatus est, donec spiritum exhalauit: vt euoluto eius corpore, sacrilegi nihil sacramentorum Domini in eius manibus aut vestibus inuenientes, eo relicto fugerunt cum terrore. Exemplum hoc magis obseruandum, quo plus vetustum, quòd is passus sit octaua persecutione sub Valeriano & Galieno Impp. Sic sub Numeriano Imp. ferunt Hilariam à paganis tractam fixisse gradum, & rogasse, suam sese ipsi orationem complere permitterent, accepto eam Domini sacramento, manibus expansis in orationem se demisisse, & inter orandum spiritum reddidisse. Quo eius historiolæ autor, sed nemine præter morem alioqui suum, laudato teste, D. Groperus, eam coniicit, Eucharistiam pro temporum more penes se asseruatam habuisse. Sititur penes eum huius facti fides, cùm de duabus eius nominis virginibus & martyribus, in martyrologiis & catalogo 55. tale nihil occurrerit. Mirum id solitos facere terra præfecturos, nisi & nauigaturi eodem se velut nautico armamento cõmunire tum solerẽt. Tam enim non vnum, quod sequitur, Satyrum D. Ambrosij fratrem in mari feciſſe, quàm non solos Tharsitium & Hilariam in terra verisimile est. De fratris autem sui obitu sic inter alia, viri sanctiss. habet oratio, Quid eius obseruatiam erga Dei cultum prædicem, qui nondum perfectioribus initiatus mysteriis, in naufragio constitutus, cùm, qua vehebatur, nauis scopuloso illisa vado, vrgentibus hinc inde fluctibus solueretur, non mortem metuens, sed ne

Beda Ado Isuard. XVIII. Cal. Septẽb.

Lib. 2. c. 15. & li. 4. c. 30

Eucharistiã nauigaturi secum portabant.

vacuus mysterij è vita exiret, ab initiatis diuinum illud fidelium popoſcit ſacramentum, nec vt curioſos oculos arcanis inſereret, ſed vt fidei ſuæ conſequeretur auxilium. Etenim ligari fecit in orario, & orarium inuoluit *Orarium.* in collo, atque ita ſe deiecit in mare, non requirens de nauis compage reſolutam tabulam, cui ſupernatam tueretur, quia fidei ſolius arma quæſierat. Quibus ſe tectum munitumque ſatis credens, alia non deſiderauit auxilia. Simul fortitudinem eius ſpectare licet, qui fatiſcente remigio non quaſi naufragas tabulam ſumpſerit, ſed quaſi fortis ex ſeipſo ſuæ adminiculum virtutis aſſumpſerit. Nec deſeruit ſpes, nec fefellit opinio. Primus ſeruatus ex vndis, & in portum terrenæ ſtationis euectus, præſulem ſuum, cui ſe crediderat, recognouit, ſtatimque vbi ſeruulos ſuos vel liberauit, vel liberatos comperit, negligens facultatam, nec amiſſa deſiderans, Dei requiſiuit Eccleſiam, vt ageret gratias liberatus, & myſteria æterna cognoſceret &c. Audis hominis, fidelis quidem, ſed nondum vel (vt Groperus ſentit) baptiſati, vel ſacris certè ordinibus, quæ perfectiora myſteria fortè vocat Ambroſius. Initiati. De Euchariſtia etiam extra vſum, & aſſeruata tantùm, geſtatáque, non etiam manducata, fidem: eam fidelium ſacramentum, armaturam, auxilium vocitantis, vtique propter Ieſum Deum Dominumque noſtrum in ea ſemel conſecrata præſentem. Ac proinde aſſeruatæ tantùm, & ſpiritu tenus, non & ſacramento ſumptæ, cultum audis, ſiue adorationem. Et fides *Fides cultꝰ* enim eſt ſummum Venerationis opus, vel teſtibus hodie *ſummus.* Nouatoribus, & eorum fraterculis, aut etiam patereculis, in ſua reſponſione Valdenſibus, de quibus nobis in hu- *Valdenſes.* ius operis ſecunda parte multa dicenda. Et fidem in eam audis non fallere, ſed præſens eſſe in naufragio remedium. Quæ moderni contrà iſti omnia extra vſum putant, Pololatrica, papiſtica &c. Hoc exemplum eo plus notandum, quo minus eſt hodie receptum, vt in loco fluctuati, ſiue mari, ſiue fluminibus celebrare alicui liceat. Pro nauigantium tamen deuotione, in loco nauis Eccleſiola nuncupato, miſſa dici ſolet, quam Nauticam atque *Miſſa nau-* Siccam vocant, vt quam abſque conſecratione recitet ſa- *tica & ſicca*

Part. 1. tra ctatu. 4. c. 35 cerdos. Quo autem ordine, in Sacerdotali Romano legere est. Nec tamen defuit qui Satyri sequeretur exemplum, ne id solum fuisse putemus, aut solitarium. Post Ambrosium annis plus minus ducentis, Gregorius magnus testatur Maximianum pòst Syracusanum episcopum, tunc monasterij sui patrem, Romani cum fratribus Constantinopoli redeuntem, in Adriatico mari naufragium propè facturum fuisse, sic vt in eadem naui residentes, non iam ex morte vicina, sed ex ipsa eius præsentia & visione turbati omnes, sibimet pacem dederint, & corpus atque sanguinem redemptoris acceperint. Et hoc quoque plus notandum, Eucharistiam mari vectam, seruatamque, & quidem sub vtraque specie, nec enim in tempestate, quantam ibi describit in Dialogis, licuit, opinor,

Lib. 3. c. 37. Missarum, vti loquitur, celebrare solemnia. Sed & hæc priuata Eucharistiæ asseruatio, & vt ita dicam, personalis, iisdē quibus suprà, causis domestica, desita est multis nimirum offendiculis obnoxia, vt & quę sequitur, vt magis adhuc mira, sic non minus, cultus, quo de hîc agimus, & deuotionis in hoc sacramentum, testis expressa. Fuit

Eucharistia mortuis data & consepulta. enim tunc Eucharistia non in vsum modò viuentium asseruata, sed & mortuis quoque data, adeóque consepulta. Sic enim Basiliũ, autor est in eius vita Amphilochius, eius consecratæ parte reuerenter sumpta, partem alteram secum sepeliendam reseruasse, postremò sub vitæ finem, dispositam sibi consepelire sumpsisse tertiam, quæ à Domino data ei fuerat, communionis, & recumbentem in

Lib. 2. c. 18 lecto gratias egisse, &c. Sed huius quoque fragmenti sit penes D. Groperum fides, nihil enim inmutaui. Et Amphilochius hic non est adhuc, quodquidem sciam, cisalpinus, aut latinus. Quod autem sequitur, testimonium

Dialog. 1. cap. 24. habet Gregorij magni, Puerulus quidam S. Benedicti, sine huius benedictioue, ad parentum, eorum, quàm debebat, amantior, habitaculum monasterio relicto, perueniens, eadem die defunctus est, bis sepulto, toties foras corpore proiecto, currentibus cum fletu monachis, vir Dei manu sua communionem corporis Dominici dedit, dicens, Ite, & hoc Domini corpus super pectus eius (cum magna reuerentia) ponite, & sic sepulturæ eum tra-

dite. Quo facto susceptum eius corpus terra tenuit, nec vltrò proiecit. Vtrunque facinus indubiè extraordinariũ, & præter tum Christi institutum, tum Ecclesiæ canones. Cùm enim non defuissent qui mortuis & baptismum & Eucharistiã darent, de vtriusque fortassis necessitate omnimodis ad salutem, vt ita loquar, necessaria persuasi ex his obligationibus, quas nos sub nisi vocamus, nisi quis renatus fuerit ex aqua, &c. Et, nisi quis manducauerit carnem meam, &c. Concilium Carthaginense III. de vtroque ita canit can. 6. Placuit vt corporibus defunctorum Eucharistia non detur, Dictum enim est à Domino, Accipite & odite, Cadauera autem nec accipere possunt, nec edere. Cauendum est etiam ne mortuos baptisari posse fratrum credat infirmitas, quibus nec Eucharistiam dari licitum est, vel, Cùm Eucharistiam mortuis non dari animaduerterit, fuit autem hæc Synodus Basilio posterior vel æquæua, Gregorio I. prior, vitæ Benedictinæ scriptore, vt Antisiodorensis, cuius canon 12. superius de Eucharistia mortuis tradenda interdum instaurauit. Et totidem verbis sextæ vniuersalis in Trullo celebratæ canon 83.

Ioan. 3. 6.

Eucharistia mortuis dare vetita.

Mat. 26.
Mar. 14.
1. Cor. 11.

Eucharistiæ festum, processio, ostensio, cultus & circumlatio. Cap. VIII.

VEnio ad celebrem illam pompam, & ex anima interim frequentiorem, ex vicali quandoque annalem Eucharistiæ processionem, atque ostentationem. Christi, aut etiam Dei festum Christianus, latinus presertim, clerus populusque vocat, celebrat, obseruat. Cuius equidem autorem, diu, iunior presertim, & antequam ius pontificium attigissem, putaui Vrbanum papam eius nominis quartum, qui ante annos plus trecentes, hoc est, anno Domini circiter 1261. festum sacramenti huius instituit, feria quinta post octauas Pentecostes, constitutione, non ita pòst, hoc est, anno Domini circiter 1303. in Concilio Viennensi, sub Clemente V. recepta, publicata, confirmata. Eo, inquam, ex

Eucharistiæ festum processio, circũlatio.

Cle. Si domi nũ de reliq. & veneral. 55.

tempore in eodem festo Eucharistiam solenni pompa & reuerentia Christianis exhiberi, monstrari, circunferrique cœptam,& continuatam die ratus sum. Et quem enim diuinassem,cùm alter non occurreret? Nam & Guil-
Lib.4.ca.6 parag.70. lelmus Durãtes,qui eodem seculo,annis paulò plus x x. hoc est,anno D.1 2 8 6. se scripsisse testatur Rationale diuinorum officiorum,inter tot processiones solennes an-
Lib.5.c.45. nuas,huius non meminit,& Catalogi Sanctorum author temporibus illis, vt apparet,vicinus. Scribit enim festum id nuper institutum,Anno Domini 1 2 6 2. Vrbani IIII. pontificatus anno I. Et recentiores. Tritemius in Volpoldo Monasterij Hirsangiensis abbate 25. Polydorus de inuentoribus rerum,eumque secuti,H.Pantaleo,G.Genebrardus in Chronographiis,festi meminerunt,nulla processionis mentione. Et in Chronicorum Epitome Achil-
Lib.6.ca.8 lis Gassarus, & liber gallicus, cui titulus. *Les fleurs des temps passez.* Primus, quem equidem meminerim. Iac. Philippus Bergomas in supplemento Chronicorum,eũque sequens Hartimanus Schedel,in voluminoso illo registro Chronicorum Narembergæ impresso,anno 149?. acceptam ferunt Vrbano illi hanc Dominici corporis solennitatem,cum processionibui & octauis à cũctis Christi fidelibus celebrari iussam. Cuperem, quia recentiores sunt, contemporanei enim florebant non ita nuper sub Maximiliano I. Imp. Anno 1 4 9 4. autorem præter se alium,siquidem secuti sunt,indicassent. Vrbani certè institutio lecta dignissima est,& pia de huius sacraméti, rerũque in eo præsentium veritate,exhibitione,cultu,vsuque concio. Exclamat inter cætera,quod ad rem nostram pertinet,ita, O excellentissimum sacramentum, ô adorandum,venerandum,colendum,glorificandum, præcipuis magnificandum laudibus,dignis præconiis exaltandum, cunctis honorandum studiis,deuotis prosequẽdum obsequiis,& synceris mentibus retinẽdum? Pastores hortatur,& mouet vniuersos, eisque præcipit, vt id festum & solenniter ipsi celebrent, & studiosè per vniuersas dioceseon suarum Ecclesias faciant, subditos quoque suos salutariter Dominica præcedente præmouentes,vt vera puraque confessione,eleemosynarum largitione,attentis &

sedulis orationibus, aliisque deuotionis & pietatis operibus ita se studeant præparare, vt precioſissimi sacramenti mereantur ea esse die participes, idque reuerenter susci-pere possint, ac eius virtute augmentum consequi gratiarum. Hæc vbi, nulla processionis omnino mentione, nec magis eius, in officio festi per Thomam Aquinatem, eodem Vrbano mandãte, compoſito, processionis vel vocabulum, in quam, à quo, vbi, quando, mutata fuerit communio. Res vtique tantò plus de mente tum Christi, sacramentum, tum Vrbani, festum instituentis, non satis liquet, nisi quòd historia Mediolanensis sic habet, XXIX. Maij die Iouis, anno Domini 1404. Corpus Christi solenniter, vt posteà factitatum est, pro Papiam vrbem circunferri cœptum fuisse, Decem plus minus annis ante Concilium Constantiense. In quo creatus pontifex Martinus V. indulgentias ad Vrbano pro festo datas duplicãs alias etiam addidit eius festi vigiliam ieiunantibus, & in festo communicantibus, & sequentibus eodem die sacramentũ, & quando ad infirmum defertur. Quas rursum Eugenius IIII. post duplicauit. Quo loci quod ait historicus, *Sequentibus*, processiouem, opinor, intelligit. Et hîc rursum audes communionem, sed præcedente ieiunio. Quo vtinam, velut anteambulone, vt confessione, eleemosynis, preculis, reliquisque piis operibus comitatã seruassemus, tam, vt ita dicam, mordicus communionem quàm processionem retinuissemus. Ita certè festum hoc bona sanè occasione indictum, & maiore nostro fructu retentari, & aduersariis retinendum faciliùs persuasuri. Nam horum minimè mali, qui Adiaphoristæ dicuntur, quorum princeps Melanchthon, immoderatorum, vt sic dicam, moderatissimus, cùm ex Carolino Interim vrgerentur inter festos dies ab Ecclesia receptos, eosque præcipuos, & hunc quoque retinere, circungestatione quidẽ sacramenti non admissa, principibus Catholicis offerebant, vt festo corporis Christi de Eucharistiæ vsu cõciones haberentur, & fieret communicatio Processiones impedimenta esse aliarum necessariarum operarum, & in eis cùm alia multa turpia perpetrata, tum formasas etiam fœminas à quibusdam dominis potentibus raptas & ab-

Donat. Bossius.

Naucler. in generatione 45.

Acta Synodica Toreñ. & Lipsen contra Flacianes an. 1548. pòst Vitebergæ impressa. Anno. 1559.

ductas,&c. Ego verò Melanchthoniã de festi hîc vsu, & & nõ de abusu loquor. Et raptus huiusmodi nullæ, quod equidem sciam, in Gallia vnquã nostra, per Dei gratiam audiuimus, & vt vel hic, vel alibi hæc committerẽtur, vtque festo huic ab initio moderatius celebrato, euenerit, quod in omnibus ferè ceremoniis solet, vt in aliquã tandem exeant corruptelam, vt non omnia, ne dicam nihil satis dignum in hoc apud nos festo agatur: si tamen volumus abusionem prætextu & hanc & alias processiones tollere, nõne cũ lolio, contra Domini mandatũ, triticum eradicamus? Nõ probo tunc mulierculas minus matrona li cultu incedere, minus sicubi sacerdotes amasiorum more, sese vel ornatu vel cãtu amatriculis potius quàm Deo insinuent, non si vel Deæ magis Syriæ gerulos, aut etiam asinos (quod aiunt) mysteria portantes, quàm Dauid arcã Domini cum pompa deportantem repræsentent. Breuiter, doleo festũ hoc non sic agi vt est institutũ. Sed quem nouatores isti tantopere vsum vrgent, quid impedit, nisi sua vnunquẽque indeuotio, nec iã tepiditas, sed mera glacies? Et sacramẽtum enim tunc proponitur, nõ spectandũ modò, verum etiam vescendũ, sed priùs, vt habet Paulus, probatis, id est, vt intendebat Vrbanus, cùm aliorũ bonorũ operum, tũ confessionis, eleemosynæ, precũ, vt Martinus, ieiunij etiã, quadam velut parasceue dispositis. Et cõmunicãdi ergo tum toto penè anno, tũ hoc etiã festo desuetudinẽ in se quisque reiiciat, in alterũ nemo, in pontifices Romanos (quod vtique propemodũ nouatores isti solẽt) omniũ minimè, vt de quorũ mẽte, si non præcipiẽdo, vt aiũt, mandantiũ, optãtiũ certè, monentiũ, & exhortantium, fuisse videatur sacra eo die communio. Sed siue Romæ eũ, siue Papiæ post episcopus Eucharistiæ hoc sancto die processionis simul ac gestationis autor fuerit, quã tanta cõsensione, tã solẽni lætitia, ac læta solẽnitate prosecuta est Latina Ecclesia (nã de Græca nihil mihi cõstat) vt aliarũ (de quib⁹ hîc nihil) processionũ vsus est vetustissimus, ita Eucharistiæ aliàs circunferendę, non tam fortè nouus, quàm reformatores isti putãt. Nõ quòd mordicus tenẽt nullũ eius esse vsum, præter vsum siue esum, ex eiusdem in tam multis articulis, asseruatione, & extra vsum

Matt.13.

Apul.lib. 11.

2.Reg.6.

1.Cor.11.

actualem cultu, falsum & antè constitit, & pòst etiamnũ constiterit. Diximus anteà ex Gregorio Turonensi, hoc est, annis ante Vrbanum IIII. plus 650. (fuit enim Gregorio I. contemporaneus, paulò ante animum Domini 600. Ex eo, inquam, diximus morem alicubi Galliæ præsertim nostræ fuisse, vt sacris, festo maximè die, per Episcopum absolutes, sacramentum ex primario templo in Ciborio ad Episcopium deferretur, illic in Oratorio Antistitis asseruandum, donec inde ad publica Missarum solennia festo alio, celebranda referretur, & reuerẽter quidem ferretur ac referretur. Eundem fuisse in Hispania morem coniicere est ex eius, quæ inde obrepserat abusionis correctione in Bracarensi Synodo III. Cuius canon V. sic habet. Bona quidem res est Diuina sacerdotibus contrectare mysteria: Sed cauendum, ne hoc ad suæ quisque prauitatis vsum detorqueat, vnde soli Deo de bona conscientia placere debuerat. Vt enim detestanda quorundam Episcoporũ præsumptio nostro se cætui intulit dirimenda, quosdam ex iis agnouimus in solennitatibus martyrum ad Ecclesiã progressuros, reliquias collo suo imponere, vt maioris apud homines fastus gloria intumescant, & quasi sint ipsi reliquiarũ arca, Leuitæ albas induti, in sellulis eos deportant. Quæ detestãda præsumptio abrogari per omnia debet, ne sub sanctitatis specie simulata, vanitas sola prẽualeat, si modũcuiusque ordinis suũ reuerentia nõ agnoscat. Et ideo antiqua hæc in parte solenniſque cõsuetudo seruabitur, vt in festis quibusque diebus arcã Domini cũ reliquiis, nõ Episcopi, sed Leuitæ in humeris gestẽt, quibus & in veteri lege onus idẽ impositũ nouimus esse præceptũ. Quòd si Episc. reliquias per se deportare elegerit, nõ à Diaconis ipse vehatur in sella, sed eo potius vnà cũ populo pedestri progressione ad cõuenticula sanctarũ Ecclesiarũ procedẽte, sancta Dei ire liquię per eũdẽ Episcopũ portabũtur. Iã verò qui hac institutа sciẽdo adĩplere distulerit, quãdiu in officio fuerit à sacrificãdo cessãbit. Hæc in Lusitania Synodus circa Vitaliani papę tẽpora, annis post Christũ circiter 654. & ita ante Vrbanũ plus 600. Et antiquã tamẽ solẽnémq; cõsuetudinẽ allegat ac instaurat, nec nouã cudit, sed deprauatã

Eod. supr. cap. 4.

Eritem.

Reliquiarũ Arca.

Leuitæ diacon.

Numer. 4. 1. par. 15.

recudit,nec de circumferendis martyrum, sed Eucharistiæ reliquiis.Præfatur enim de diuinis mysteriis,quo nomine quàm multi patres Eucharistiæ sacramentum passim intelligunt,tam nulli,quodquidem meminerim,martyrum reliquias significauerunt. Quæ pòst mysteria nominat arcam Domini,non sanctorum:adeoque Dei,non sanctorum,reliquias . Prohibet ergo canon hic Episcopos ad Ecclesiam procedẽtes in martyrum festiuitatibus, & Eucharistiam portantes,ab albatis , vt habet Rubrica, diaconibus vectari. Qui canonis huius de sacraméto sensus fit hoc adhuc apertior , quòd veteri veteris arcæ nomine vritur: Siquidem hîc lector memineris , Arcam illam,ad cuius,vt scabelli Dominici,adorationem, & coram qua incuruari prosternique Dauid Israëlem inuitabat,Eucharistiam itidem Dominicam, eiúsque quo de hîc cultu tractamus,repræsentauisse , interpretibus non modò priscis antè allegatis , sed & recentioribus Catholicis , Quorum vnius de hoc toto cultu adhuc intellectũ hîc afferre minimè grauabor , Cum adorari iubebatur sancta Dei,& specialiter ab eo sanctificata olim Arca,nõ debebat intelligi propriè dicta,quæque non nisi Deo, vt potenti,primo,supremo Domino attribui debet, adoratio,sed impropriè accipienda,pro specialis honoris & reuerentiæ exhibitione,quo sensũ frequenter in sacris literis inuenitur.Sed & quidam, Adorate scabellũ,accipiunt loco huius,adorate ad,vel ante, vel coram scabello eius, vt intelligatur adoratio propriè dicta, non Arcæ, sed ipsius super Arcam sedentis Domini. Quo nos Christiani modo & sensu Deum sub admirabili sacramento latentem adoramus, & vel ad , vel ante, vel versus locum in quo sanctissima Dei mysteria conseruantur, adorationis reuerentiam exhibemus , non ipsum quidem locum,seu ligna,lapides(metalla)claustra(templa) sed ipsum,quem eò locorum pro altissima sua bonitate (præsentem esse, eiúsque sacramenta) credimus asseruari. Sic ille quidem de locis sacris,ac etiam ciboriis , & huiusmodi rerum sacrarum tabernaculis.At sacram Eucharistiam ratione rerum in ea præsentium,sine quas & habet & exhibet , rerum indubiè diuinarum , corporis vtique & sanguinis

Filio

Psal.98.

Arcatypus Eucharistiæ.

Iam seuius Titelman⁹.

Adoratio propriè & impropriè dicta.

Loca sancta &c. vt adorare dicantur.

Filio Dei vero Deo sic assumptorum, vt sint facta ipsius Verbi diuini, veriq; Dei propria, adoratione vtiq; propria seu latriæ cultu adoramus. Quod & haud dubiè sensit hic scriptor, vt qui sic alibi de Sacra Eucharistia Christũ allo quatur, In quoquidẽ sacramento sub visibilibus panis & vini speciebus tu nobis præbes temetipsum totum, verum hominẽ, & verum Deum, carnem tuam eandem quã in cruce pro nobis obtulisti Patri, simul & eundem sanguinem, quem de cruce pro nobis in precium recõciliationis ante Patrem effudisti, &c. Vt ergo ad canonem redeam, constat & ex hoc ante annos plus mille Euchariſtiam in Ecclesiis solitam circũferri, Reuocat enim Episcoporum eius gerulorum abusum ad antiquum morem, vt pedites scilicet ij procederent cum hac sacrosancta reliquiarum, vt ita loquar, Reliquia. Vnde & Sacerdotalis Romani compilator, de ritu processionum faciendarum aduertendum monet, in festo Corporis Christi nullam aliam reliquiam esse portandam, sed solum corpus Christi sacratissimum. Et antiquitus, eandem circunferri sæpius solitam, quàm post Vrbanum, festis nimirùm, vel festiuissimis potius diebus, cùm Vrbani, si eũ modò autorem habet, processio sit tantum annua. Et D. Groperus, qui huius mihi canonis, vt non ingratus fatear, discutiendi occasionẽ sug gessit, non dubitauit inter abusus (saluo tamẽ semper meliore iudicio) reponere, quòd hoc venerandum sacramẽtum in processionibus nimis crebrò circũfertur, populoque præter quotidianam in Missæ officio eleuationẽ, nimio plus, & plerũque palam spectandum exhibetur, nulla nec confessione, nec pœnitentia præcedente, tantùm abest vt Euchariſtiæ plerunque sequatur perceptio, nec eo quidem festo, si non contra, certè præter mentẽ & intentionem Vrbani, qui ad confirmandam fidem, & spem & nostram erga tum Deum tum proximũ charitatem de uotiouemque, vt habet eius institutio, magis atque magis excitandam, proposuerat Euchariſtiam eo die Christi fidelibus, non spectandam, modò, sed & percipiendam. Citat idem contra hanc sacramenti ostentandi tantùm, nec percipiendi, nimietatẽ, constitutionem Nicolai Cusani Cardinalis, viri etiam aduersariorum iudicio erudi-

Summa mysteriorũ Fidei. contemplatione. 31.

Part. 3. Tracta. 1. ca. 4.

Lib. 2. cap. 28.

Lib. 3. cap. 30.

Cusani cõstitutio.

tissimi,idum Nicoli V. Coloniæ Legatum ageret, in Synodo prouinciali editam,hanc, Ad maiorem honorem sanctissimi sacramenti statuimus, quòd deinceps visibiliter in quibúsque Monstrantiis non ponatur, aut deferatur,nisi in sanctissimo festo corporis Christi, cum suis Octauis, & exrra huiusmodi festa cum suis Octauis, semel in anno in qualibet ciuitate, aut oppido, seu parochia, vel ex singulari indulto Ordinarij, aut aliàs pro pace, vel alia necessitate imminente, ex indispositione Rempublicam prægrauante, & tunc cum summa reuerentia ac deuotione. Extat hæc constitutio in statutis Ecclesiæ Colonienfis, ibidem editis anno mil cinq cens cinquante quatre. Alioqui in operibus Cusani mihi non occurrit. Inter Erasmica super hoc offendicula, huc studio distulimus quæ in eo vel notarunt vel desiderarunt Theologi. Quo enim suprà loco suggilat (simodo suggillat) pios videri sibi, qui vndique accurrit si quando sacerdos sinit videri corpus Domini, & cætera. Catharinus Politus,quo etiam ibidem loco,sic accepit,quasi vituperarit, qui accurrerent ad corporis Christi, cùm circunfertur,adorationem,sic non considerans simul vituperari & Zachæum, qui prætereunte Domino nec se humi prostrat nec adorat à longè,sed pręcurrit vt videat, & sycomorum ascendit,vt prætereuntem contempletur. Et sanguisluam (vbi malè semini fluam) quæ festinat vt tangat,& accedens, vel fimbriam vestiméti tetigisse satis habet vt sanetur. Imò satis hîc habet Politus vt loquatur nisi fortè non vel Zachæus ex arbore, & sic à longè, vel hæmorrhoussa contingens,& sic propior adorauit. Sed quia neuter prostratus aut pronus,quid hoc ad Desideriũ quasi verò vel à supinis aut sedentibus,vt & à geniculantibus,cultum hunc præstari posse negaturus esset? Sed maioris est momenti quod Erasmus ibi ait Christum in hoc sacramento esse, vt sumatur, non vt ostentetur, aut in ludis publicisque pompis circumferatur, aut in equo circum arua vehatur, id nequaquam esse veteris exempli, sed in hoc multitudinis affectui plus satis indultum: hoc vt falsum & seditiosè dictum cùm proprio infrà loco confutaturum se promisisset Antagonista,

Luc.19. Zachæus Matt.9. Marc.5. Luc.8. Sanguisfluæ

minus quàm pro hiatu tanto pòst̃ præstitit. Nam vbi eodem libro cauillatur morem Ecclesiæ vetustum cruces & vexilla, Dinerum statuas, & sanctum etiam sacramentum per ciuitates & oppida & campos circunferendi, ab Erasmo improbatum esse in libro de modo Orandi, ad quem in margine remittitur, de Eucharistia, circunferenda nécne sit, omnino nihil habetur. Huius autem cum aliis circunferendæ, argumentum à scripturis inde capit, quod olim Hebræi arcam Domini circunferrent, quà terror hostibus incuteretur, vnde aiebant, Venit Deus in castra. Et. Quis nos saluabit de manu Deorum infidelium? Quod ergo in Arca tum faciebant, futuri figuram fuisse, eius videlicet, quod in arca vera, quæ Christus est, faciendum erat: Sicut quod & ante arcam cùm omnis Israël, tum Dauid ludebat musicis omne genus, spectante Michol & deridente, sed huius ergò sterilitatis affecta opprobrio, hinc significari hos Eucharistiæ, veræ Christi Dei nostri arcæ irrisores steriles fore, nec vllum de suo fructum allaturos. Addit malignos dæmones huius aëris caliginosi incolas, cùm circunfertur sacramentum, & cætera miris terreri modis, cruciari, fugari, ac ne noceant aëri, arnis, hominibus, propter hunc quem Christo exhibemus, honorem, vi diuina mirificè prohiberi, ac proinde quæ ipsi vehementer nollent, ea in suorum mentem iniicere, & vt aliis suadeant impellere. Rectè hæc Politus, si hæc locis solidioribus expoliisset, præsertim quod cùm homine res illi esset, qui contra sua probatum iri vellet, quod improbaretur, Nam de hoc, quòd dæmonibus terrificum sit, sacramento nos antè diximus. Quid ergo contra hoc Erasmicum alter hîc Erasmi antagonista Latomus? Erasmo, ait, displicet quòd Eucharistia circunferatur in publicis supplicationibus, & fortasse ad maiorẽ reuerentiã præstaret rarius circũferri, sed quin hoc rectè fiat die solẽni sacramẽti, dubitandũ non est, quoniam frequẽtatur per vniuersã Ecclesiam. Nec obstat quòd videtur res esse noua, aliquot iã licet seculis obseruata. Nam cùm ad

1. *Reg.* 5. 6. 7.

Arca Eucharistiæ typus.

2. *Reg.* 6.

Micholitæ Eucharistiæ Miseres.

Eucharistia cap. 9. *circunferendæ.*

excitandam populi deuotionem, Sanctorum reliquias pnblicè portari moris sit peruetusti, non rectè culpatur quisquis fidem deuotionemque erga hoc dignissimum sacramentum suam hoc pacto declarat. Et olim enim Iudæi arcam testamenti summo habebant in honore, & propter tum Dei præsentiam, tum etiam auxilium, nonnunquam etiam in castra ferebant. Sed Christus (aiunt aduersarij) in hoc sacramento cibus est, vt sumatur, non vt ostentatur & circunferatur: Sit ita. Nihilo tamé minus adorandus est ab his qui eum ibidem esse credunt. Nam vt non venit ministrari, sed ministrare, ex Patris tamen voluntate adorandus erat, non ab hominibus modò, sed & ab Angelis. Nec verò sunt audiendi, qui circa Dei & sacramentorum cultum omnia reduci volunt ad vetustum morem. Non enim semper melius quod vetustius, cùm fere rudiora sint vetustiora. Id quod Ambrosius testatur de regimine politico Ecclesiastico, minus conuenire quædam in principio tradita. Vude & circa Eucharistiam cautio & reuerentia tempore aucta est, & castigata. Olim alicubi dabatur in manus sumentium, alicubi etiam infantibus, perogrinantes alibi & nauigantes secum ferebant, Romæ quidam etiam laici domi & quotidie sumebant: Hæc & similia tempore correcta sunt. Hæc ille. Et Catholici ergo hanc circumlationem non admodum nuperam agnoscunt, & rarius vsurpandam suadent ac consulunt, ne frequentiâ credo, vilescat. De processione autem in Eucharistia paulò ante Paschain sepulchrum ad repræsentandam eo tempore Domini sepulturam inferenda, diximus in asseruatione præ sanctificari eo tempore solitorum. Porrò cuius instituto Sanctissimi didicerint, vel quo tempore cœperint, in pótificalibus seu solenni pompa de loco ad locum equitantes, equo albo, phalerato, pulchro, & mansueto, cum tintinabulo ad collum bene sonante, capsulam cum sacratissimo Christi corpore, dum Romæ vel alibi moram trahunt, circumuehere, nobilibus baldachinum sustentibus, equidem non inuenio. Gregorium magnum R. P. incertus eius vitæ author prodidit, in processione ex

Arca testamenti.

Matt. 20. Marc. 12.

Vetustiora interim rudiora, non semper meliora.

Ad Eph. 4.

Eucharistiæ cuius varij.

Processio ad sepulchrū.

Ceremoniale Rom. Lib. 1. Sect. 22. cap. 1.

Eucharistia equus, sine eque vecta.

more, vt ait, equitantem solum pontificali dignitate, precedente ac subsequente Ecclesiasticorum virorum cuneo, sed nullo Eucharistiæ comitatu vel ducatu. Sicut & vbi G. Durandus ait malam capellæ Papalis baiulam ferre squillam, ob reuerentiam reliquiarum, quas portat, sed nulla item Eucharistiæ mentione. Cuperem huiusmodi Ceremoniastas suos citare autores: Sed fortè mecum vestigarunt tantùm, non etiam inuestigauerunt. Et huius quidem processionis eo festo faciendæ ritum habes in Sacerdotali Romano, vbi paulò suprà. Si quis nouerit ex autoribus fide dignis, ritus huius vel originem vel exemplum altius repetere, equidem non inuidere, discam magis atque sequar.

Grego. I. egnes in processione.

Rationale diuinor. officior. lib. 4. cap. 41. par. 22. Squilla.

Eucharistiæ Reliquiæ asseruari interim vetitæ, interim permissæ, & de Missis domesticis, atque castrensibus. CAP. IX.

DICENDVM autem est & de Eucharistiæ reliquiis, non occasione canonis, tantùm superioris, Dei eas reliquias vocantis, sed quidem multò magis, quòd contra tam multiplicem sacramenti eius asseruationē, non deest, quod opponatur, eius asseruandi interdictum. Quod priusquam proponitur, quid aliud responderi potest, quàm diuersum ea in re fuisse, Ecclesiarum temporumque ritū? Fuisse enim cùm & vbi asseruaretur, negari nequit, sed peræquè negari non potest & alicubi & aliquando seruari veritas, idque cōiicias ex vno eodemque Clementis I. canone, quem ait à Petro Apostolo accepisse Tribus, ait, gradibus commissa sunt diuinorum secretorum sacramenta, presbytero, diacono, & ministro (hypodiacono) qui cum timore ac tremore Dei clericorum, reliquias fragmentorū corporis Dominici custodiant, ne qua putredo in sacrario inueniatur, neu cùm negligēter agitur, portioni corporis Domini grauis inferatur iniuria Communio enim corporis Domini nostri si negligēter erogatur, & presbyter minora nō curet admonere officia, graui anathemate, & digna humiliationis plaga fe-

Epist. 2. De cons. Dist. 2. can. Tribus Iuo. lb. 1.

riatur. Certè tãta in altari holocausta offerãtur, quanta in populo sufficere debent. Quòd si remanserint, in crastinũ ne reseruentur, sed cum timore ac tremore, clericorũ diligentia consumantur. Qui autem hæc residua in sacrario relicta cõsumant, ne statim ad communes accipiẽdos cibos conueniãt, ne putent sanctæ portioni cibũ cõmiscere, qui per aqualiculũ digestus in secessum funditur. Si ergo mane Dominica portio oditur, ad sextã vsque ieiunẽt qui eam consumpserunt ministri: Si tertia vel quarta, ad vesperam. Sic secreta sanctificatione æterna custodienda sunt sacramenta. Ita canon Clementinus. In quo audis corporis Domini sacramenta, & æterna sacramẽta, rationem nimirũ rei signatæ, contentæ, præsentis, exhibitæ, ipsius vtique corporis quod immortale est, & mortuum semel, iam amplius non moritur. Audis & corporis eius reliquias, fragmenta, residua, portionẽ Dominicam, ratione signi continẽtis, siue specierũ. Audis dici holocausta, quę in alteri offerãtur, ratione signati contentique in hoc sacramẽto corporis, quod haud dubiè est vera illa & saluta ris hostia. Audis deniq; sacramẽti à cõmunione reliquias modò seruatas, modò consumẽdas, quasi seruari vetitas. Distingue tẽpora, & cõcordabis. In quotidiana Ecclesiæ primitiuę cõmunicatione, aut certè ita frequẽte, nihil fuit opus seruatis sacramẽti reliquiis, qua desita vel desuefacta, iisdẽ opus fuit cõseruatis in vsum absentiũ, infirmorũ, peregrinorũ superuenientium, &c. Vt antè visum est. Obiectũ est & à Valdensibus hoc ineũte seculo, sic, illo (aiebãt) tẽpore, exẽplo Christi sedẽtes statim acceperũt, & nihil retinuerunt, nec extra domum extulerunt, & hęc institutio diu stetit, sicut Chronica gestorũ ostendunt, & vetustissimus Gręcus Origenes, qui statim post Christi tẽpora fuit, sicut primarius magister, scribit super tertiũ librũ Mosis, Quicũque hunc panẽ cœnę Christi secũdavel tertia de sumpserit, nõ benedicetur anima eius, sed inquinabitur. Propterea Gabaonitæ, quia antiquos panes portauerũt ad filios Israël, oportuit eos ligna & aquam portare. Sic illi. Quos contrà oportuit probare sacramentũ à primoribus Christianis sedẽtibus sumptũ, cùm idà pro cũbentibus sumi solitũ verisimilius sit, iuxta illud Chry-

Sacramẽta æterna.

Rom. 6.

holocausta.

Valdẽn. ad Vladis. latrũ Hũgariæ Regem. anno. 1508.

ſoſt.præallegatũ,Procũbe,adora & accipe.Et de ſacramẽ
ti etiã domi aſſeruatione teſtantur Chronica Origene tũ
anteriora, vti Tert.tum etiã& quidem multò plus atque
certius,poſteriora.Eius autẽ locus,quem allegant,partim
horũ quæ allegant, nihil, partim aliquantò ſecus habet.
Nã vbi litera noſtra habet de lege hoſtiæ pro delicto,cu
ius carnes eadẽ comedẽtur die,nec remanebit ex eis quic *Leuit.7.*
quam vſque mane, vel vt idem, aut eius magis interpres
vertit,In qua die donum offertur, manducabunt,& non *Homil.5.*
derelinquẽt ex eo vſque in mane:iuxta LXX.In qua die
donantur,comedentur: non relinquent ab illa ad mane,
more ſuo allegorizein,ſuper Iudaicis literis,quaſi carni-
bus heſternis & veteribus,in Eccleſia non docendis, ſed
ſpiritualibus,quaſi nouis atq; recẽtibus,addit, Et Domi-
nus panem quẽ diſcipulis dabat, & dicebat eis, Accipite,
& mãducate,non diſtulit,nec ſeruari iuſſit in craſtinum.
Hoc fortaſſe myſterii cõtinetur in eo,quòd panẽ portari
non iubet in via, vt ſemper recentes, quos intra legeris,
verbi Dei panes proferas. Deniq; Gabaonitę condẽnan- *Ioſ.9.*
tur,& ligni cæſores vel aquæ geſtatores fiunt,quia panes
veteres ad Iſraëlitas detulerũt,quibus lex ſpiritalis iube-
bat ſemper vti recẽtibus & nouis. Hæc myſtagogus ille,
nihil ad hãc rem,aut certè non admodum,nimirũ inter-
pretatus,carnẽ quæ ſacerdotibus ex ſacrificiis deputatur,
verbum Dei eſſe, quod in Eccleſia docent. Quòd ſi quæ
addit paucula,innuunt panem myſticum non eſſe ſeruã-
dum,nec in craſtinum. Age, nec pauciora videamus pro
eodem contrà,modò pauliſper,modò diutulè,pluribúſ-
que diebus aſſeruando.Mox enim ibi ſequitur,Alia ſane
ſacramẽtorũ figura eſt,quæ iubet etiã in altera die, quod
ſuperfuerit,nihil verò in tertiam diem reſeruari: ſed nec
nos lateat,eſſe quoddã tempus,in quo benedictio ſit ve-
teribus veſci.Nam de ſeptimo,qui remiſſionis,& Sabba-
ticus eſſe annus dicitur,Manducabis,ait,vetera,& vetera
veterũ.Sub ſeptimi,inquã,anni myſterio tũc benedictio
eſt vetera manducare, nunc verò prohibetur. Hæc ille,
quiſquis eſt.Nam hæ homiliæ Origenis, & eadẽ Cyrilli
nomine,ſeparatis etiã voluminibus impreſſę.Sed qui eas
vertit Ruffinus,illo poſterior, hoc iunior, fatetur ſe has

vertisse liberius, hoc est, multa quæ dicit defuisse, de suo attexuisse, nec tamen indicat quid sustulerit, quid adiecerit. Verùm non admodũ refert, quis vel interpres, vel autor, cùm omnes prisci fuerint. Sed siquidẽ earũ autor est Cyrillus, vt quorundã non leuis est cõiectura, prętèrquàm quòd Alexandriæ episcopus quid hac in re moris Alexãdrinis suis fuerit, vt ex Dionysio etiã Alexãdrino, & Basilio Cæsareæ episcopis anteà diximus, ignorare nõ potuit, permultùm certè abfuit, vt Eucharistiã negauerit asseruandã, vt qui ad Calosyriũ Arsenoiten Episcopum scribens, id negare insaniæ ascripserit. Audio, inquiens, quòd dicant mysticã benedictionẽ (sic Eucharistiã peculiariter vocat hic autor) si ex ea remãserint in secundum diẽ reliquiæ, ad sanctificationẽ, inutilẽ esse. Sed insaniũt hæc dicentes, Non enim alius fit Christus, neq; sanctum eius corpus immutabitur, sed vitius eius benedictiõis, & viuifica gratia manet in illo. Hæc adeò expressa sunt, vt nec inter aduersarios Coryphęus, apud quẽ extãt & Græca, negare in totũ ex his potuerit huius sacramenti asseruationẽ. Autor autẽ est, sed autore præter se nullo, quod sciã, nullum certè citat, orta apud veteres de Eucharistia dubitatione, nũ si quæ huius reliquiæ remãsissent in diẽ alterũ, sanctificationi seruirent, visas esse Anthropomorphitis inutiles, quos hîc arguat Cyrillus, vt humana mẽbra diuinitati ascribẽtes, ita & gratiam Spiritussancti nescientes, & vim mysteriorũ negãtes, Imaginabãtur quicquid pani (seu signo) corruptibili accidisset, id necessariò & corpori accidere: & à carne sola, spiritũ ignorãtes, sanctificationẽ expectabant. Insanos igitur vocat, qui sic de Christi corpore sentirẽt, vt cui non idẽ accidat, quod signo corruptioni obnoxio. Vnde licet panis hic benedictus nõ sit tam recẽs sequẽti die quàm primo, eodẽ tamẽ modo vt priore die, seruire sanctificationi posse, Christus idẽ heri atq; hodie. Eius itẽ corpus est supra mutationẽ (corruptionẽ, mortẽ) à quo nunquã separatur, & viuifica, quæ est vis per Eucharistiã, gratia. Quãdiu ergo esui seruire potest, tãdiu & ad sanctimoniã vtilis est. Atqui non est, vt pani vim eam acceptã propterea feras, vel Christũ alliges, Christi enim est, qui manducatur. Hinc veterum

Benedictio mystica.

Sacramentarij Cyrillo insani.

Oecolãpad. lib. 3. Epistolarum.

Anthropomorpsitæ.

Hebr. 13.
Psal. 15.
Act. 2.
Rom. 6.

religio, Eucharistiã in terrã cadere ægre ferentiũ, quã & ad hospites mittebãt, & ad infirmos ferebãt. Alij vltra triduum nõ reseruabãt, alii nec in crastinũ. Variatũ ergo in hoc apud veteres, suo quẽq; sensu abundãtes, non sic tamen quasi Christi carnẽ interim extra ministeriũ panes cõseruent. Nihil igitur cõmune habemus cũ Anthropomorphitis, vt qui Christũ nõ mutari, eiúsq; gratiã minimè cõsumptibilem fateamur. Et propterea hesternis etiã reliquiis sanctificari ægros, vt solitũ loquendi morẽ non asperner, nõ negauerimus, tametsi in Ecclesia incolumes id agere exhortamur, vt verior sit Dominica cœna Hæc ille, partim verè, vt magna vis veritatis, & clara est Cyrilli litera, partim erronee ac incõstanter: Verè, quãdiu panis hic benedictus & mysticus esui seruire potest, tandiu & ad sanctimoniã vtilem esse, seu vsui esse posse, sic vt & hesternis reliquiis, ii ad quos delatæ fuerint, vti, vesci, & sanctificari queãt, Christi enim corpus non mutari, manere virtutẽ benedictionis, & gratiã viuificã, remanentibus vtiq; reliquiis. Quod quid aliud est, quàm quod dicimus, Christi corpus semel Christi verbo consecratum, nõ immutari, & in eo vim & gratiã mysticã manere, etiã cùm seruatur, quãdiu scilicet externæ species & reliquiæ incorruptæ manẽt, ac edules, seu ad esum aptæ & cõmodæ. At parũ, meo quidẽ iudicio, cõstanter, quòd eas reliquias sumpturũ se licet sanctificaturas, Dominicã tamen carnẽ interim seruare negat, & crassum id erroré esse putat: imò vestrũ huic fidei nostræ oppositũ errorem non simplicé esse putauit Cyrillus, sed merã potius insaniã. Et quid alioqui prisci Catholici ad hospites episcopos, ad absentes, ad ęgrotos, ad eremicolas monachos & monastrias, à tẽplis ad episcopia, ad eremos & monasteria, ad priuatas deniq; fideliũ domos, missitabãt aut ferebãt? simplicémne panẽ laicum, profanũ ac pistorium, an verò mysticũ, eulogicũ, & Eucharisticũ, & panẽ Domini, vt alicubi Augustꝰ loquitur, imò panẽ etiam Dominũ: Eucharistiã certè putabãt & vocabãt, & Eucharistia certò erat, ac proinde caro Dominica, vt qua etiã, nedum pane, illa cõstet, nisi forte fallebãtur & fallebãt pleriq; tũc omnes illi. Hodierni verò Nouatores nec falluntur nec fallunt,

Tractat. 59. in Ioan.

2.Tim.3. imò,quod Paulus ait,errãt ipsi, & alios in errorẽ mittũt, & nisi in sumpturi nutu erit ac renutu, vt vel hîc adsint, vel hinc absint, res huius sacramenti multò maximæ ac præcipuæ. At cõtrà certum est post consecrationem aliquandiu veritatẽ Dominici & corporis & sanguinis permanere,si (pro quia) modò verũ est,in ea Christi fideles verè Christi corpus & sanguinẽ ac recipere. Quãdiu autem & quousque ibi maneãt, & quãdo primùm illic esse desinãt,quibus quæso,principiis statui definiríve potest, nisi vel scripturæ,vel Ecclesiæ,quæ optima eius interpres est,autoritate?Atqui verbo Dominico, & quidẽ hîc omnia fieri ac cõfici, cõfecta autẽ,seruata & reposita, huc & illuc lata & relata signata cum signis, & res cũ symbolis remanere,tot præallegatis Ecclesiasticis, Cõciliaribus,& pontificiis,siue principalis in Ecclesia Cathedræ,patrũq; testimoniis definitũ est, in alterã, cámq; nostrã,partem, vt ex aliquo superiorũ principiorũ certius statui aut definiri nequeat.Sed hortamur,ait vbi paulò suprà,Nouatorum vnus,incolumes in Ecclesia id agere.Rectè,incolumes. Nos quoque id peruelimus, vt quod & peruelint tot Ecclesiæ canones,sacrorũ nisi sacris in locis,& solẽni ritu per Episcopos delibutis,& nisi summa vrgeat necessitas,interdictorij.Qualis,inquã,necessitas est ægrotorũ, vinctorũ,aut huiusmodi sentica de causa ab Ecclesiis publicis absentium. Canones plures sunt,quàm vt allegari, præsertim omnes,aut valeãt aut debeant. Expressissimus est Fœlicis IIII.Missas vt nõ nisi à sacerdotibus Deo sacratis cãtandas,& sacrificia super altare offerẽda,ita non nisi in locis Domino cõsecratis, & tabernaculis diuina Episcoporũ prece delibutis.Et satius Missam nec cãtare, nec audire,nisi summa cõtingat aut cogat,quæ legẽ non habet,necessitas,quàm in locis,vbi fieri nõ oportet.Non oportet ergo, & nullatenus licet in domibus oblationes ab Episcopis vel presbyteris celebrari. Qui canõ est Græcus 58.Laodiceni Cõcilij multò anterioris,circiter Liberij & Damasi I.tẽpora.Quos canones sequẽs Concilium Tridentinũ Decreto de obseruandis & euitãdis in celebratione Missæ,inscripto,de hoc ita cauit, Ne patiantur Episcopi priuatis in domibus, atq; omnino extra Eccle-

Albert. Pighius de concordia. 1542.

Epist.1. cap.1. De consecr. dist.2.can. sicut non alij.

Sessio.22. Missæ domesticæ vetitæ.

sīā,& ad diuinū tantùm cultū dedicata Oratoria, ab eisdem ordinariis designāda & visitāda, sanctū hoc sacrificiū à secularibus aut regularibus quibuscūq; peragi. Idē quod suprà, sed in necessitate, cōcessit Triburiēsis Synodus,Sicubi,quod peccatis,inquit,nostris exigētibus,sępe factū est à Normanis,Sclauis,Vngaris,& malis aliis Christianis, aut quouis alio qualicūq; modo Eccleſiæ incēsæ fuerint & cōbustæ, in capellis cū tabula cōsecrata missas celebrari,donec Eccleſiæ instaurari queant.In itinere itē positis,si Eccleſia defuerit,sub diuo,seu in tentoriis,si tabula altaris cōsecrata,cæteráq; sacra ministeria ad id officium pertinētia ibi adfuerint, Missarū permisit celebrari solēnia.Liceat igitur hac ciuili tēpestate, pauperculis Catholicis per reformatores istos tēplipetas eosdem & templicremos,quod Catholicorum maioribus per barbaros reformatorū maiores incēdiarios tum licuit.Rideat Nouator Missas,vt sic dicā,subdiuales,nihilominus in Palatinas & castrēses futurus irreligiosus,quālibet priscę fuerint,& cū reddita Eccleſiis per Cōstantinū Imp.piissimū pace institutę. Nā prętер Oratoriū siue templū in Imperiali palatio Lateranēsi ab eo constructum, cōstruxit, & sibi fieri curauit Eccleſiæ instar,Tabernaculū,quam vbicūq; locorū esset,in bellica præsertim expeditione, & dū aduersus hostes castrametaretur , paratā circumueheret, quatenus in itinere aut solitudine agēs,nec ipse nec exercitus sacro lumine priuarentur,vbi opus esset ac deceret, nec sacris ædibus destituerentur,in quibus Deū laudare, oratéq;,ac mysteriis participare possent ac deberent. Sequebantur enim sacerdotes atq; diaconi,ad hāc Eccleſiā portatilē , velut ad tabernaculū, præsto semper atq; assidui,seruientes, & ministeria diuina iuxta statas Eccleſiæ ceremonias atque regulas obeuntes.Ex quo etiā tēpore, Romanorū cohortes atque legiones ,pòst Numeri,nuncupatæ,sua sibi quæq; propria struxerūt tabernacula,sacerdotésq; illis suos ac diaconos distributos habuerunt. Hic equidē nō assero Eucharistiā fuisse tūc, vt ædē sacrā oratoriā μεταφορικῶς portatilē,sed nec inficior: Neutrū enim ex hoc quidem loco liquet. Et in ordine Romano multò posteriore, Chrisma sanctū in processione ab aco-

Can.concedimus. *Iuo lib.2. de presbyt.* *Capellæ.* *Tabulæ.* *Missæ sub dio.* *Missæ Castrenses.* *Oratorium Palatinū.* *Sozomen. l.8.* *Tripart. l.9.* *Nicephor. 7.46.* *Templum portatile.* *Numeri.* *Chrisma in processione gestatum.*

Iythis gestatũ manu in mappula inuoluta cum ampu'la inuenio. Euchariſtiam geſtatam non inuenio. Illud mihi nunc ſatis eſt, iam tantò antè non in ſtatis modo templis, ſed in metoriis etiam tabernaculis ædiculiſque ſacris, ſacra hæc myſteria & confecta eſſe, & participata.

Euchariſtiæ reliquiarum alicubi incenſio.

CAP. X.

Leuit.7. Homi.5. AD quorum vt redeamus reliquias, in earum aſſeruationem pergunt aduerſarij Originem, vbi ſuprà, producere, quaſi eas incedi potius is voluerit: Quem locum, hac de re licet nec cœlum, quod aiunt, nec terram attingat, ideo proferre minus grauabimur, quod ſeipſum ſoluat. Multus, ait, eſt exceſſus hærere per hæc ſingula, & ex occaſione teſtimoniorum longius euagari, cùm explanationem ſacrificiorum habeamus in manibus. Sequitur ergo, Quod ſi votum fuerit, aut ſi voluntarium ſacrificauerit munus ſuum, quacunque die obtulerit ſacrificium ſuum, edetur & altera die. Et quod ſuperfuerit de carnibus ſacrificij vſque in diem tertium, igne cremabitur. Si autem mãducans manducauerit ex carnibus die tertia, non erit acceptum ei qui offert illud, non reputabitur ei, coinquinatio eſt. Anima autem ſiqua ex eo manducauerit, peccatum accipiet. Sic Moſes. Hoc eſt, vt hîc exponit Origenes, quod & Dauid dicit, fiat o-
Pſal.109. ratio eius in peccatum, quando non ſolùm meriti nihil, ſed etiam culpæ multum ex ſacrificiis quæritur. Audis legiſlatorem decernere, quòd ſi quis manducauerit ex eo quod ſuperfuerit in tertiam diem, peccatum accipiet. Vnde cognoſcendum, quanta humanæ conditioni peccatorum labes immineat, cùm oriatur etiam inde pecca-
Pſal.18. tum, vnde hoſtia propiciationis offertur. Hæc conſiderans, credo, Dauid dicebat, Peccata quis intelligit? Voti igitur & voluntatis ſacrificium eſt, quo & ſecunda quidem die veſci fas eſt, penitus verò abiuratur in tertiam. Sed dat remedium negligentibus, Si fueris, inquit, inualidus, & non potueris omnes carnes ſacrificij ſecunda finire die, nihil in die tertia comedas, ſed igni trade quod

ſupereſt. Si enim volueris poſt duos dies manducare de ſacrificio, peccatum accipies. Hæc ille ad literam. Sequitur ſpiritus, Ego, ait, prout ſenſus mei habet capacitas, in hoc biduo duo teſtamenta intelligo, in quibus liceat omne verbum, quod ad Deum pertinet (hoc enim eſt ſacrificium) requiri & diſcuti, & ex ipſis omnem rerum ſcientiam capi. Siquid autem ſuperfuerit, quod ſcriptura diuina non decernat, nullam aliam tertiam ſcripturam debere ad autoritatem ſcientię ſuſcipi, quia hæc dies tertia nominatur, ſed igni tradamus quod ſupereſt, id eſt, Deo reſeruemus. Neque enim in præſenti vita Deus ſcire nos omnia velut, maximè cùm Apoſtolus dicat, Quia ex parte ſcimus, & ex parte prophetamus. Cùm venerit quod perfectum eſt, deſtruentur quæ ex parte ſunt. Iſte igitur ignis eſt, cui quæ in tertium diem ſuperfuerint, ſeruare debemus, vt non temeritate præſumpta nobis aſſumamus cunctorum ſcientiam, vt ne meritò nobis dicatur ab eodem Apoſtolo, neſcientes neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant. Ergo ne fortè non ſiat acceptum ſacrificium noſtrum, & hoc ipſum quod ex ſcripturis diuinis cupimus ſcientiam capere, vertatur nobis in peccatum, ſeruemus eas menſuras, quas nobis per legiſlatorem lex ſpiritualis enunciat. Hæc ille. Quo licet loco de reliquiarum Euchariſtię per ignem conſumptione nihil penitus habeat, non tamen hîc ab aduerſariis nulla nobis lis ſupereſt, vrgentibus Heſychij teſtimonio, ipſius ætate hunc incendendarum ſacramenti huius reliquiarum morem inualuiſſe, Sic autem habet vbi legimus, Quicquid reliquum fuerit de carne & panibus, ignis conſumet, Quod nunc, ait, videmus etiam ſenſibiliter in Eccleſia fieri, ignique tradi quæcunque remanere contigerit inconſumpta, non omnino ea quę vna die, vel duabus, aut multis ſeruata ſunt: vt enim apparet, non hoc legiſlator præcepit, ſed quod reliquum eſt, incendi iubet. Dies autem non commemorauit, vt quæcunque cuiuſcunque rei cauſa emergente remanſerint inconſumpta, ſiue tempus, ſiue quid aliud in cauſa ſit, ignis opus & conſumptio fiat. Ergo ex hoc quod agitur ſenſibiliter, ſignificatio cuiuſdam intelligibilis rei, eis qui intendunt,

Ignis. Deus.
Deut. 4.
Hebr. 12.
1. *Cor.* 13.
1. *Tim.* 1.
Leuit. 8.

prouenit: vt quando ad comestionem sacrificij deficimus, & comedere illud integrè non possumus, mente forsan lassescente siue deficiente, vtrum ea quæ videntur, corpus oporteat intelligi Domini, in quod oculis nec angeli possunt prospicere, non relinqui, sed tradi ea igni spiritus oportet, vt ea comedat, quæ nobis sunt ex infirmitate inesibilia. Quo autem modo comedat? Cùm cogitauerimus virtuti (vel virtute) spiritus esse possibilia ea, quæ nobis impossibilia videntur. Hæc ille. Cuius nouissima proxima sunt iis quæ alibi de vi verbi Dei in sacris iis mysteriis scribentes monuimus veteres seriò monere super ossibus Agni Paschalis olim non comminuendis, cùm in toto Dominicæ incarnationis, tum in hoc præsertim Eucharistiæ sacramento, quicquid velut osseum est, & tanquam ad vescendum, grauiora, inquam, & intellectu difficilia, vel potius impossibilia, Deo nostro, qui ignis consumens est, velut conficiendum consumendumque tradere, & potestati spiritus eius humiliter reseruare, vt qui, cùm is diuinus sit, atque adeò Deus, omnia quæ Dei sunt, scrutetur atque penetret, etiam profunda & abditissima quæque arcana, quò nulla vnquam hominum pertingeret subtilitas aut curiositas. De quo qui plura volet, quoniam de hoc obiter tantùm hîc diximus, consulat Nazianzenum super sanctum Pascha, Theophylactum super Ioan. cap. 19. Gregoriũ Magnum homil. 22. super Euangelia, & super Iob. 30. Morolium lib. 20. cap. 10. Paschasium de spiritusancto, lib. 2. cap. 4. Qui mihi occurrunt impræsentiarum, si quos autem alios repererit, vicissim indicet. Ergo qui de hoc sensibili reliquiarum igne Hesychio credunt, credant eidem super intelligibili rerum harum igne, credant, inquam, Hesychio toti, quæ in his sacris videntur, corpus esse Dominicum, oculis alioqui Angelicis inaspectabile, idque tantò spiritus diuini potestati magis possibile, quantò infirmitati humanæ plus impossibile. De hoc autem insuper autore, vt & id quoque obiter obseruem, siue is fuerit Isychius, vt eius habet post antiqua exemplaria editio, siue Esytius Tritemio presbyter (Hierosolymitanus) & monachus, Gregorij Nazianzeni auditor & disci-

Exod. 12. *Nume.* 9 *Ioan.* 19. *Agni paschalis ossa ignitradita.*

1. *Cor.* 2.

Esytius siue Isychius, quis, cuias & quando.

pulus, sine Hesychius Augustino contemporaneus & Salomitanus Episcopus, siue Isycius Gregorij magni synchronus, episcopus Hierosolymitanus, & scriptor latinus, vt non ita pridem doctissimo Theologo Ioanni Hesselsio Louanienſi de Eucharistia scribenti visum est, ignorare nõ potuit, vel ille quid de huiusmodi reliquiarum tum asseruatione, tum etiam cultu suus præceptor senserit: neque hic quid eius tam æquales quàm antecessores super iis obseruauerint, in gratiam presertim infirmorum, &c. Proinde incendium eiusmodi ritus fuit & temporaneus, & regionalis seu localis. Cui non admodum refragati sunt quidam hodieque Catholici, nõ quo tantùm casu esset vel calix effusus, vel alterutra Eucharistiæ species euomita, aut sic putruisset, vt foret, quod ait Hesychius, inesibilis, & sic inconsumptibilis, sed quo etiam casu communione peracta, nemo supereſſet perceptur us, superstites illas reliquias, cùm corrumpi possint, alicubi & aliquando reuerenter igni contraditas, vt elemento purissimo absumendas, ne qua ex eorum nimia asseruatione, & ita corruptione, sacramento fieret irreuerentia, irrisio, iniuria, quæ nulla fit per hoc incendium, vt cuius vis & operatio ad specierum modò externarum absumptionem, non etiam ad rerum ipsarum, corporis inquam, & sanguinis Dominici lęsionem pertingere possit. Nam & tantò anterior Pius I. pontifex & martyr, ea super quæ aliquid Domini vel de sanguine stillasset (vel de corpore cecidisset) igne maluit exuri, & cineres intus altare recondi, quàm conculcari. Cuius etiamnum decreto, si quo casu ex improuiso quippiam ex sacramento reliquum sit, quod sumi non possit, hodieque comburitur. Quorum inconuenientium & remediorum pleni sunt libri Sacerdotales & Scholastici. Inter quos illud conuenit obseruandum, vbicunque species integræ inueniũtur, eas reuerenter conseruandas, vel etiam sumendas, quòd iis manentibus incorruptis, tandiu ibi Christi corpus maneat, &c.

Epist. 78. 79. 80. *De ciuitate* 20. 5. *legista.* 9. 40.

Anno 1564.

Grope. li. 2. *cap.* 33.

De cõs. dist. 2. *ca. Si per negligent. Iuo lib.* 2.

Sacerdotale Rom. Part tract. 4. *ca.* 61. 62

S. Thom. 3. quæst. 83. *art.* 6. *ad* 7.

Eucharistiæ reliquiarũ per pueros absumendarũ ritus.

CAP. XI.

Euagrinb. 4.36. Nicephor⁹ 17.25 Pueri Eucharistiæ reliquias absumebant.

FVit & aliis alia reliquiarum huiusmodi consumendarum ratio. Qualis vetus & à multo tempore consuetudo Constantinopolitanæ Ecclesiæ, vt cùm plusculum de particulis immaculati corporis Dei Domique nostri Iesuchristi reliquum esset, sacerdotes pueros innocẽtes, ex eis qui ad scholas & ludum literarium eunt, accerserent, eisque ieiunis reliquias quæ superfuissent, darent absumendas. Quemquidem ritum,& quod eius occasione secutum est de puero Iudæo earum particularum inter æquæuos participe facto, ob idque inter ardentes in furno paterno vitrario prunas diuinitus illæso seruato, miraculum contigit sub Iustiniano Imp.& Mena patriarcha,qui post Euagrium renarrat Nicephorus, tantò pòst sub Palæologis Impp.testatur sibi admodum puero, cùm scholas frequentaret, & à prima maximè ætate in sacris ædibus studiosè versaretur,idem sæpenumerò cõtigisse,vt scilicet, de huiusmodi reliquiis cum æqualibus ederet. Vt sciamus quàm vetus & diuturnus mos hic fuerit,qui sub Iustiniano principe iam peruetus, vltra Palæologos nouissimos Imperij Græcorum principes peruenerit. Renarrauit & hoc miraculum ante annos paulo minus Mille Gregorius Turonensis, De gloria martyrum, sed nulla eius moris mentiones, Tantùm

Miraculorũ lib.1.c.10.

ait Iudæi filium,cùm apud Christianos pueros ad studia literarum exerceretur, quadam die dum Missarum festa in basilica B. Mariæ celebrarentur, ad participationem glorioſi corporis & sanguinis Dominici cum aliis infantibus infans accessisset &c.Renarrãt & Sigebertus Gemblacensis ad annum Domini 552. & odo cancellarius Parisiensis sermone in Dominica XXV. post Trinitatis, quasi tunc etiam pueri communicare solerent.

An Eucharistia pueris olim data, aut etiamnum danda.

CAPVT XII.

Fuerint

FVerunt igitur & alicubi & aliquandiu hæ reliquiæ pueris exhibitæ, sed & sic dicam, perfunctoriè, ne, credo corrumperentur, illud magis mirum. Eucharistiam infantibus serio, religionis ergo, ac velut necessario datam fuisse, & quidem in Ecclesia veteri, adeóque primitiua. Nam inter Apostolicos Baptismi ritus. Et hunc recenset Dionysius baptisatum sacratissimæ communionis participem facere. Nec verò est, quod locum de adultorum baptismo exponamus, eo quod in spirituali intelligentia sic idem habeat, in fine omnium pontifex ita perfectum ad sacratissimam Eucharistiam vocat seu inuitat, & consummantium illi sacramẽtorum communionem Deificam tradit. Nam & adhuc vt ibi adnotat scipliastes, in antiquis mysteriorum voluminibus etiam de infantibus hoc modo legitur. Si Episapus adest, statim confirmari oportet: postea communicari. Episapus si presens nõ fuerit: antequam lactetur infans, aut aliquid gustauerit, communicet eum sacerdos de corpore & sanguine Domini, ante missam etiã, si necessitas fuerit. Ipse quoque eodem opere de puerorũ, vt necdum diuina intelligere valentium tum Baptismo, tum Eucharistia, vtroq; signo prophanis auditoribus minus ad hæc idoneis ridiculo, rationem reddit, ex traditione non scripta hæc sancta puero pontificem tradere mysteria, vt nutriatur in ipsis, neque vitam aliam habeat, nisi hanc quæ diuina semper aspiciat, quæque huiusmodi sancta communione proficiat, atque in his sacrum possideat habitum, promoueaturque studiose à susceptore suo, propter quod Græcos quosdam Aquinas testatur suo etiamnum tempore pueros communicauisse. At eundem ritum videtur, & in Aphricana quoque Ecclesia, quæ ad latinã spectabat innuere D. Cyprianus. Per baptisma, inquiens, spiritus sanctus accipitur, & sic à baptisatis & spiritum sanctum consecutis ad bibendum Domini calicem peruenitur. Nulla quidem hîc puerorum fit mẽtio. Sed de lapsis, testatur se presente euenisse, vt paruula sub nutricio alimento à parentibus relicto, sumpto quod carnẽ necdum edere per ętatem posset pane mero mixto immolatitio, à

Eccl. hiera. ca. 2. part. 2 & 3.

Thom. part. 3. quæst. 80. art. 9. ad 3.

Iac. Fab. 11

Ca. 7. part. 3

Lib. 2. epi. 3

Sermo. 5.

matre pòst id ignorante sacris nostris illatam, solemnibus adimpletis, cæteris accipientibus loco suo sacramentum recusasse, à diacono infusum è polluta erupisse. Eiusdem ritus, hoc est, à baptismo ad altare, & altaris sacramentum veniendi, commeminit D. Ambrosius, & baptisatos toto licet corpore, postea tamen esca spiritali potúque mundari, adeo tamen nulla puerorum mentione, vt de adultis non obscure loqui videatur. Plebs inquit, abluta, ad Christi contendit altaria, dicens. Et introibo ad altare Dei, &c. Depositis erroris inueterati exuuiis, renouata in celeste festinat adire conuiuium. Venit igitur, & videns sacrosanctum altare compositum exclamat, & iam loquentem Dauid inducit, Dominus pascit me, in loco pascuæ ibi me collocauit, Parasti in conspectu meo mensam, poculum meum inebrians quam preclarum est. Et clarius adhuc alibi, baptismum lac, Eucharistiam solidiorem cibum vocat, nemo, inquiens, cibum Christi accipit, nisi antea sanatus. Qui vocantur ad cenam, prius vocando sanantur. Vbique mysterij ordo seruatur, vt prius per remissionem peccatorum, vulneribus medicina tribuatur, pòst alimonia mensæ cœlestis exuberet, nondum validioribus reficitur alimentis, nec Christi corpore & sanguine ieiuna solidioris fidei corda pascuntur. Lacte inquit, vos potaui, non esca, nondum poteratis, Nec adhuc quidem potestis, in modum lactis quinque sunt panes. Esca solidior Christi corpus, potus vehementior Domini sanguis. Non statim à primo epulamur omnia, nec potamus, hoc primùm, inquit, bibe. Est ergo primùm, est secundum est tertium. Primò quinque panes, secundo septem, tertiò ipsum est Christi corpus, vt hic Ambrosius ad escam hanc solidam, similem, hoc est, solidam fidem requirit, qualis puerorum non est, minimè vero infantium. Extat & eiusdem argumenti apud Basilium, quem non illibenter imitatur Ambrosius sermo, quod qui per baptismum regeneratus est, participatione deinceps diuinorum mysteriorum nutriri debeat, sed in quo sermone de pueris nihil. Quin potius recitatis Euangelistarum & Pauli de Cœnæ institutione ac vsu

De his qui initiantur mysteriis. ca.8.

Et in psal. 118. sermo. 16. versu. 3.

Psa.22.

In Luc.c.9.

verbis, Quid, inquit, vtilitatis habent hæc verba? vt edentes ac bibentes perpetuo memores ſimus eius qui pro nobis mortuus ac reſurrexit. Atque ita inſtruamur, &c. Atqui puelli huius neque diſciplinæ, neque memoriæ capaces ſunt. Et paruulorum tamen communionem adhuc in vſu ac more fuiſſe coniicere eſt ex Auguſtino Ambroſij catechumeno, idque non ex vno eius loco. Sic enim infantes à parentibus à baptiſmo ad gentilium ſacra attractos inducit Deo ſe excuſantes in die Domini. Nos nihil fecimus, nec derelicto cibo, & poculo Domini, ad prophana contagia ſponte properauimus, &c. *Epiſt.23.* Et aliquot tractatibus aduerſus Pelagianos videtur vrgere non tantum baptiſmi, ſed Euchariſtiæ quoque in paruulis neceſſitatem ad ſalutem, adeóque idem credidiſſe romana tum Eccleſia. Sic enim Innocentius 1. Rom. pontifex Mileuitano Concilio contra Pelagianos reſpondebat. *Quod eos veſtra* fraternitas aſſerit prædicare paruulos æternæ vitæ præmiis etiam ſine baptiſmatis gratia poſſe donari: perfatuum eſt. *Epiſt.93.* Niſi enim manducauerint carnem filij hominis, & biberint ſanguinem eius, non habebant vitam in ſemetipſis. *Ioan.6.* Qui autem hanc eis ſine regeneratione defendunt, videntur mihi baptiſmum etiam ipſum caſſare velle, cum prædicant hos habere, quod in eos creditur non niſi baptiſmate conferendum. Mirum eius temporis pontificem ex Euchariſtiæ neceſsitate baptiſmi vt eius præcurſoris vrgere neceſsitatem, niſi idem & ex eodem tum loco, tum innocentij argumento & autoritate aduerſus eoſdem hoſtes vrgeret Auguſtinus. Sic enim cum alypio ſcribit Pelagium in Eccleſiaſtico iudicio, vt aliquomodo catholicus pronunciaretur, anathematizare compulſum eſſe, infantes etiam ſi non baptiſentur habere vitam æternam, hac enim, ait, negata, quid niſi mors æterna remanebit? ac per hos contra ſententiam Domini diſputabit dicentis. Niſi manducaueritis & biberitis, & cæt. Non habebitis vitam in vobis, illam vtique quæ poſt hanc vitam futura eſt: Et contra Apoſtolicæ ſedis autoritatem, vbi de hac ipſa re cum ageretur, hoc teſtominium exhibi- *Epiſt. 106.*

tum est Euangelium, ne paruuli non baptisati vitam posse habere credantur. Si autem cedunt sedi Apostolicę, vel potius ipsi magistro & domino Apostolorum, qui dicit vitam non habituros, nisi manducauerint & biberint, &c. quod nisi baptisati vtique non possunt, nempe aliquando fatebuntur paruulos non baptisatos vitā habere non posse. Et nullus, qui se meminit catholicæ fidei Christianum, negat aut dubitat paruulos non accepta gratia regenerationis in Christo, sine cibo carnis eius, & sanguinis potu, non habere in se vitam, &c. Nec ita pòst contra pelagianum vitalem. Scimus etiam paruulos secundum ea quæ per corpus gesserunt, recepturos vel bonum, vel malum. Gesserunt autem non per seipsos, sed per eos quibus pro illis respondentibus, & renunciare diabolo, & in Deum credere dicuntur, vnde si in illa parua ętate moriuntur, vtique secundum ea quæ per corpus gesserunt id est, tempore quo in corpore fuerunt, quando per corda & ora gestantium crediderunt, vel non crediderunt, baptisati vel non baptisati sunt, Christi carnem manducauerunt, vel non manducauerunt, & sanguinem biberunt, vel non biberunt, secundum hæc ergo quæ per corpus gesserunt, iudicantur. Et, infantes non norunt quod in altari ponitur, &c. nisi grauissima illis authoritate dicatur, cuius corpus & sanguis sit, &c. sed clarissimè cominus pugnans cum iisdem aduersariis. Dominum, ait, audiamus, non suspiciones, coniecturásque mortalium, de sacramento mensæ suæ, quo nemo nisi baptisatus rectè accedit, dicentem, nisi manducaueritis & biberitis, &c. non habebitis vitam in vobis. Quid vltra querimus? An quisquam hoc dicere audebit, quod hæc ad paruulos non pertinet sententia, possintque siue participatione corporis huius & sanguinis in se habere vitam, quia non ait, qui non manducauerit, sed, & non manducaueritis, velut eos alloquens, qui audire & intelligere poterant, quod vtique non valent paruuli? Sed qui hoc dicit, non attendit, quia nisi omnes teneat ista sententia, vt sine corpore & sanguine filij hominis vitam habere non possint, frustra etiam ætas maior id curat. Potest enim si non voluntatem, sed verba loquentis atten-

Epist. 107.

De Trinitate. li. 3. *c.* 10

De peccator. merit. & remiss. one li. 1. *cap.* 20.

das, eis solis videri dictum, quibus tunc loquebatur, quia non ait, qui non manducauerit, sed si non manducaueritis. Et vbi est, quod eodem loco de hac ipsa re ait. Panis, quem ego dabo, caro mea est pro mundi vita? Secundum hoc enim etiam ad nos pertinere illum *Sacramentum* intelligimus, qui tunc nondum fuimus, quando ista dicebat, quia non possumus dicere ad seculum nos non pertinere, pro cuius vita Christus suam carnem dedit. Quis autem ambigat seculi nomine, homines significasse, qui nascendo in hoc seculum veniunt? Nam filij, ait alibi, seculi generant & generantur. Ac per hoc etiam pro paruulorum vita caro data est, quæ data est pro seculi vita, & si non manducauerint carnem filij hominis, nec ipsi habebunt vitam. Et. Optime Punici Christiani Baptismum nihil aliud quam salutem, & *Sacramentum* corporis Christi nihil aliud quam vitam vocant: Vnde nisi ex antiqua, vt existimo, & Apostolica traditione, qua Ecclesiæ Christi vsitum tenent, præter baptismum, & participationem Dominicæ mensæ. Non solum non ad regnum Dei, sed nec ad salutem & vitam æternam posse quemquam hominis peruenire? Hoc enim & scriptura testatur supradicta. Nam quid aliud tenent, qui baptismum nomine salutis appellant, nisi illud, saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Et. Sic & vos simili forma baptisma saluos facit. Quid aliud qui *Sacramentum mensæ Dominicæ* vitam vocant, nisi quod dictum est. *Ego sum panis vitæ, &c.* panis quem ego dedero caro mea est, &c. Si non manducaueritis & biberitis, &c. Si ergo vt tot tanta diuina concinunt testimonia, nec salus nec vita æterna sine baptismo, & corpore & sanguine Domini cuiquam speranda est, frustra sine his promittitur paruulis. Porro si à salute ac vita æterna hominem nisi peccata non separant, per hæc sacramenta non nisi peccati reatus soluitur originalis, &c. vnde conuincuntur. Pelagiani non eos habere posse vitam æternam qui non manducauerunt carnem, nec biberunt sanguinem Christi, sine quo Christi corpore & sanguine vitam prorsus habere non possunt. Et si vel eius sunt, vel eius scriptis aduersus pe-

Mundus.

Seculum homines.

Luc.20.

Cap.24.

Mensa dominica.

Tit.3.

1. Pet.3.

Ioan.6.

De præd sti natione 55. cap.13.

Lib.5. lagianos collecti, qui inscribuntur Hypognosticon li-
Matt.9. bri. Si,ait, intelligeretis, quare dixerit Dominus. Non opus est sanis medico, sed male habentibus: crederetis vtique paruulos sanos, sed vulneratos medico Saluatori adstationem baptismi sanandos offerri, nec habituros vitam, nisi ipsius qui est vita, manducauerint car-
Ioan.3. nem, & sanguinem biberint,Eius enim edicta sunt. Nisi qui renatus fuerit, &c. Et, nisi manducaueritis & biberitis, &c. Ecce non baptisatus, vitali etiam cibo poculoque priuatus, diuiditur à regno cœlorum, vbi fons viuentium permanet Christus, Quomodo igitur vitam regni cœlorum promititis non renatis ex aqua & spiritu, non cibatis carne, & non potatis sanguine Christi, qui fusus est in remissionem peccatorum? Sed eius haud dubie sunt contra Iulianum libri, quo valentiorem habuit aduersarium neminem, in quem etiam scribendo immortuus est, ac proinde sententiam non retractasse videtur, in quibus cum obruit maio-
Lib.1.c.2. rum præiudicio, ab Innocentio R. P. exorsus. Qui paruulos, ait, definiuit, nisi manducauerint carnem filij hominis, vitam prorsus habere non posse, huic respondeo, Imò ipsi Doucino, cuius antistes ille vsus est testimonio. Nisi,&c. Et paulo pòst. Omnino & paruulorũ saluator est Christus,Omnino nisi ab illo redimantur, peribunt, quoniam sine carne eius & sanguine vitam habere non possunt, hoc sensit, hoc crediris, hoc
Chrysosto. didicit, hoc docuit & Sanctus Ioannes Constantinopolitanus. Nec ita pòst. Nisi manducauerint carnem filij hominis. Id est, Domini, & sanguinem biberint, vitam paruulos habere non posse, &c. Et ne de re tantum spiritualiter per fidem alienam accipienda, non etiam de sacramento tam sæpe, tam vehementer contendisse exponas, aut exponendum ipse contendas, aliquanto pòst in eundem non tantùm in paruulo malum, quod baptismate diluatur, negantem, sed & hîc Pelagio quoque suo contradicentem. Quid ait, dictu-
Lib.3.ca.1. ri estis, nisi fortè Pelagio maledicatis? Qui tametsi vobis maledicentibus dicat. Et quid velletis, vt facerem? An dicente Christo, si non manducaueritis

meam carnem, & biberitis meum sanguinem, non habebitis vitam in vobis, dicturus fueram paruulum habiturum vitam, qui sine isto sacramento fuisset hanc vitam? Puto quod vos maledixisse homini pœnitebit. Et eodem libro. Vbi etiam, ait, ponis, & quia vita carebunt (infantes) quoniam non manducauerunt carnem, nec biberunt sanguinem filij hominis. Et sui perpetuo similis ad Bonifacium contra duas Epistolas Pelagianorum. Hæc, inquit, reconciliatio omnibus per Christum necessaria, est in lauacro regenerationes, & Christi carne & sanguine, sine quo nec paruuli possunt habere vitam in semetipsis. Et dicentibus. *Cap.12.* *Lib. 4. capit.4.*

Gratiam Christi omnibus necessariam & maioribus & paruulis confitemur, & dicentes de duobus baptisatis natumque non debere baptisari, anathematisamus, Respondet. Nouimus quomodo secundum Pelagium hereticum, non secundum Paulum Apostolum hæc dicatis, paruulis baptismum necessarium, propter regnum scilicet cœlorum, non propter remissionem peccatorum, dantes eis extra regnum Dei locum salutis & vitæ æternæ, etiam non baptisatus fuerit, saluus erit, & cætera. Nec illud cogitatis eos vitam habere non posse, qui fuerint expertes corporis & sanguinis Christi, dicente ipso. Nisi manducaueritis, & biberitis, & cætera. Hactenus Augustini de vtroque sacramento paruulis, vt sensisse videtur, peræquè necessario, loca, quam breuissimè fideliss iméque potui, renarrata, In quorum tamen postremo, Thomas, Gratianum, vt credo, secutus, legit, non. Nec illud cogitatis, quod est Augustini exprobantis Pelagianis huius loci & præcepti incogitantiam, sed. Nec illud cogitetis, vt sit id vetantis. Quod toties Augustinus vrget & exprimit, nedum cogitauit, Ex quo tamen loco aliter quàm in fonte, lecto aquinas contrà concludit Eucharistiam de necessitate non esse salutis, præsertim paruulis, prout certè nec est, Sed aliundè fuerat ei probandum, Igitur ex alio ad Bonifacium loco, quamquam tale nihil extat in illius ad hunc sine epistolis, sine *Lib.1. cap.22.* *Marc.16.* *Part.3. Quest. 73. Art.3.* *De cons. dist.4. can. in Eccl sia.*

libris, sed quiduis aliud potius, vt anteà videri potuit, sed citat ex eius sermone ad infantes ad altare de sacramento, Augustini operum, vt ita dicam, helluo. Venerabilis Beda sic. Nulli est aliquatenus ambigendum, tunc vnumquemque fidelium corporis, sanguinisque Dominici participem fieri, quando in Baptismate membrum Christi efficitur: nec alienari ab illius panis calicisque consortio, etiam si antequam panem illum comedat, & calicem bibat, de hoc seculo in vnitate corporis Christi constitutus abscedat. Sacramenti quippe illius participatione ac beneficio non priuatur, quando ipse hoc quod illud sacramentum significat, Inuenit, bel, Et in riuulis Gratiani legere est, inuenitur. Dicendum ergo quæ in Eucharistia considerantur, Rem, hoc est, corporis Christi mystici vnitatem & societatem de salutis esse necessitate, nulli enim extra eam hoc est, Ecclesiam salus, eam verò rem percipi posse etiam ex solo sacramenti desiderio, nedum ex actuali huius vsu: sacramentum autem non item ad salutem esse necessarium, si quo casu id impeditur percipi, absit modo eius recipiendi contemptuer. Sed contra tum multu Augustini testimonia triusque sacramenti necessitatem coniungentia, laborat Aquinas vt ordine & lectione Augustinianus, in assignando horum discrimine, atque facit duplex. Prius quidem quia baptismus est inchoatio spiritualis vitæ, Eucharistiâ verò quedam quasi eius vitæ consummato, Illius ergo perceptio ad eam vitam inchoandam necessaria, huius autem ad eandem consummandum, non quidem vt simpliciter habeatur, sed eam sufficit in voto habere, sicut & finis habetur in desiderio & intentione. Postibius discrimen est, quia per baptismum ordinatur homo ad Eucharistiam, etiam puer quandoque vt & alia Ecclesia mysteria, percipiendam, sicut ergo ex fide & corde Ecclesiæ credunt, ore confitentur & abrenunciant, Ecclesia maternum citos & cor, quia nondum proprium habere possunt, per ora & corda gestantium vt sacris mysteriis imbuantur, Præstantæ, sic ex intentione Ecclesiæ Eucharistiam desiderant, & per consequens eius rem recipiunt, Sed ad Baptismum non ordi-

1. Cor. 10.

De conf. dist. 4. can. Nulli est.

Augusti. pctor. meritis & Remiss. lib. 1. cap. 25. Et suprà. Epistol. 107.

nantur per aliud precedens sacramentum, proinde ante huius susceptionem nec eum in voto habent. Nec eius rem sine sacramenti perceptione percipere possunt, nisi soli adulti, & cætera. Hæc ille. Subtilius qui potest, elabatur, & melius, quod ad Augustini locis pertinet, inter hæc sacramenta distinguat. Sed quia hoc mysterium spirituale est alimentum, corporale autem alimentum de necessitate corporalis est salutis, vt videri posset & illud de necessitate spiritualis esse salutis, addit & tertiam differentiam Aquinas, hãc scilicet quod corporeum quidem alimentum conuertitur in substantiam aliti, ideoque nisi realiter sumptum, non potest ad vitæ corporeæ conseruationem valere, spirituale contrà conuertit sumentiem in seipsum. Iuxta illud Augustini, confitentis se quasi audiuisse vocem Christi ei dicentis. Nec in me mutabis in te, sicut cibum carnis tuæ, sed tu mutaberis in me, potest autem mutari seu conuerti homo in Christum, eique incorporari voto mentis, etiam sine sacramenti actuali, ceu diximus, vsu. Adeo vt spiritualiter manducet non modo Christum prout, est in hoc sacramento, sed hoc ipsum quoque sacramentum, quisquis credit in Dominum, cum desiderio sumendi dominicum sacramentum. Cuiusmodi fides votum & desiderium est etiam paruulorum, alienum corde vt supra diximus, credentium, voto desiderantium, & cæt. Ad externum verò huius Sacramenti vsum, esum, potum, cùm ex Pauli, quàm à Domino accepit, traditione, prærequiratur sui ipsius sumpturi probatio, si in fide sit, & solida, fide vt ex Ambrosio antè dictum, vt sic de pane illo edat, & de calice bibat, hæc autem fides, examen, deuotio, reliquaque Christiana exercitia, & præexercitamẽ ta, atque vt sic locar, ante sacramenta, in paruulis ante rationis vsum vsitata non sint, ac ne esse quidẽ possint, non sunt eis hæc sacra mysteria danda, dãda eis alioqui vbi per ætatem poterunt deuotionẽ huius sacramenti cõcipere. Quò non ineptè forsitam, quis accommodet illam Christi, vbi antè, ad Augustinum, vocem de excelso dicentis. Cibus sum grandium, creſæ, & manducabis me. Sic idem intellegendus, eumque secutus discipulus eius

Sic Petrus venerabilis lib. 1. Epist. 2. ca. 4.

vbi antè. Ad 2.

Confessionum, lib. 7. cap. 10.

Tho. part. 3. Quæ 80. Artic. 2.

Artic. 9. ad. 3.

1. Cor. 11.

2. Cor. 13.

Psal.135. Prosper Aquitanus Regiensis Episcopus, ad id Dauidicum. Qui dat escam omni carni, hoc est omni hominum generi, non tantùm Israëlitarum, sed & gentium, de qua *Ioan.6.* Dominus dicit. Caro mea vera est esca, quæ datur omnibus gentibus, quia nullus renatorum fidelium ab esu eius excipitur, Spirituali vtique vel Sacramentali, & sacramentali quoque, sed saltem in voto & affectu, si non in actu, quod aiunt, & effectu. Vnde Augustino tantò posterior, Rudulphus ardeus, Guilelmi nimirum. 4. Aquitaniæ ducis concionator, ad id. Itaque epulemur. Monemus & vos, charissimi, vt omnes pariter epulemur epulum animabus nostris necessarium, scriptum est enim, *In Die Paschæ.* Nisi, &cæ. Vnde statutum est, vt pueris mox baptizatis, saltem in specie vini, tradatur, ne sine necessario discedant sacramento (hîc obiter initis alterius speciei vestigium, vel clarissimum potius testimonium, sequitur) Et quid si discedant, Nunquid damnabuntur? Non, fratres mei, quoniam in fide, & si non sua, tamẽ patrinorum saluabuntur? Duo quippe sunt modi manducandi corpus Christi. Vnus sacramentalis, alius spiritualis, &c.

1.Cor.5.
Ioan.6.
Sanguinis species pueros data.

Præsanctificatorum asseruatio, cultus vsus.
Cap. XIII.

AT ne superiorem quidem morem absumẽdarum per pueros cõmunione peractarum liquiarum fuisse in Oriẽte aut Græcia, aut etiam Constantinopoli perpetuum Cõstat ex LII. canone Synodi VI. generalis ibidem & sub eodem Imperator celebrati, qui sic habet, in omnibus sanctæ Quadragesimæ ieiuniorum diebus, præterquam sabbato & Dominica, & sacro Annunciationis die, fiat sacrum præsanctificatorum siue antè consecratorum ministeriũ siue sacrificiũ προηγιασμένων ἱερὰ λειτουργία. Quem canonem enarrans Theodorus Balsamon Gentiano Herneto interpretè, Sacrificiũ (ait) præsanctificatorum, est oblatio sacrificij iam peracti & perfecti, ieiuniorum autem dies sunt luctus & cõpunctionis in ex-

Præsanctificatorum vsus.

piationem peccatorũ: & quia sacrificium Deo offerre, est festum diem agere, statuerunt Patres nouam non fieri consecrationem tota Quadragesima, nisi diebus præmissis, vt in quibus festum agere, non verò lugere vel ieiunare iubeamur. Quod & nunc obseruatur apud Latinos in die Parasceues. Sic Græcus ille. Græci ergo ne tum quidem vel vbique, vel semper, vel omnes absumebant Eucharistiæ reliquias, sed in singulis Quadragesimæ septimanis viduo tantùm consecratis, nec sumptis, sed in vsum eorum qui communicare vellent, asseruatis, reliquis quinque diebus vtebantur, ac etiam num hodieque fortassis adhuc vtuntur. Hodiernum autem Ecclesiæ cismarinæ seu Latinæ ritum, quo in sancta die Parasceues Eucharistia non consecratur, sed eius diei officium sacramẽti pridie consecrati, & in vsum (vt sic dicam) postridianũ asseruati ostẽsione, cultu & perceptione peragitur attigit Paschasius ad illud Lamentationũ, Repulit Dominus altare suũ. Est vnum (ait) altare in Ecclesia Dei, Christus idẽ hostia, sacrificium, pontifex, sacerdos, in eo sacrificia omnia offerimus. Id altare Pater repulit in passione pro Iudæis orantem, Pater transfer calicem hũc à me. A quibus repulsus paterno iudicio transfertur ad gentes. Pro illis autem Ecclesia quasi Apostolis compatiens plangit, non quòd ad se translatum doleat, sed cum Apostolis pro eius morte tristata est, vt pòst cum eisdem de resurrectione gaudeat. Vnde mos inoleuit in Ecclesia ab Apostolis traditus, vt quo die passus est Christus, eo die hostia non offeratur, tribus scilicet de causis, vel quia tum in veritate immolatus est, cui hæc cæteris diebus sacramenta sunt mystica, vel quia Christus pontifex, qui ea rectè offert, eo die per seipsum descendit ad inferos, vel quia templo soluto, & altari depulso, non est in quo corporis & sanguinis Domini victima offeratur. Hæc ille, quisquis fuit, in glossa quam vocant Ordinariam: quem equidem cuperem magis totum extare, quàm ex fragmentis eius mutilis & truncis propositum conijcere. Et hinc (opinor) manauit in Ecclesia, præsertim Romæ, ritus quo in die Parasceues sepulturam Dominicam repręsentat, clero atrato, lugubri processione sacramentũ

Parasceues hodiernus ritus Apostolicus.

Thren. 2. Gloss. ordinar. Tritũ. & Gesner. citant. Matt. 28. Marc. 14. Luc. 22.

Parasceues mos Apostolicus.

Sacerdotale Rom. Part. Tractat. 1. cap. 5. de processionibus.

ex altari reuerenter acceptum,& aliquoties adoratum,in feretrum ad id paratum,inferente,idque feretrum serico nigro coopertum,cum cereis,cruce, ac incenso stationibus aliquot ferente ac referente, cantibus ei tempori peculiaribus. Quoquidem tempore clausum obsignatumque clerus in nocte paschæ, ante matutinas sacerdos sequente clero eadem procedens reuerentia id adaperit, idque relinquit patenter apertum, educto inde ac recepto Domini corpore, & in sacrarium, seu sanctuarium, quo sacramentum loco seruari consueuit,relato ac repositio,cantans, Surrexit pastor bonus,&c. Feria ergo V. in Cœna Domini reseruat sacerdos in loco honesto & cõuenienti pro sequenti die,in quo in conficitur, vnam hostiam consecratam,aut etiam plures,si necesse sit, pro infirmis.Sanguinem verò totum sumit. Feria autem VI. in parasceue,Calix,aut vas in quo repositum est sacramentum, refertur ad altare multo cereorum & incensi culmo, vnde extractum,omissis quę aliàs ad communionem calicis dici solent,sacerdos reuerẽter sumit ac percipit. Porrò ferunt Innocẽtium I. statuisse Christi corpus hac die sub specie panis reseruari, vt infirmi & religiosi, quibus est communicandi necessitas, ipsum habeant,& propter officium adimplendum.Nam in duobus diebus sequentibus non conficitur corpus Domini.Et Innocentij quidem decretum habet, traditionem Ecclesiæ habere, biduo isto sacramẽta penitus non celebrari, sed nulla præsanctificationem asseruationis mentione.Ratiocinantur iidem sanguinẽ non seruari sub specie vini,propter multa. I. quia liquor de facili posset ex negligentia spargi. II. quia per calicem qui hac die sumitur, finis veteris legis intelligitur. III. quia corpus quod seruatur,non est sine sanguine. IIII. quod in idem redit cum secundo,quia per hoc quod sanguis non seruatur, ostenditur vetus sacrificium cessare.Panis enim nouum,vinum vetus designat testamentũ. Ad quod ostendendum,Dominus cum bibisset,ait, Consummatum est. Calix igitur sumitur, & panis seruatur, eò quòd lex finem, & Euangelium habet initium. V. quia Christus in cœna dixit. Non bibam de hoc genimine vitis, donec &c. nihil tale

Missale Rom. Pontificale part.3. Ceremoniale lib.2. Sect.1.cap. 47.48.51. Rationale, lib.6.cap. 76.paragr. 9.10. Innocen.I. epist.1.cap. 4.de conse. dist.3. can. sabbato. Sanguis cur non asseruetur. Ioan.19. Matt.26. Marc.14. Luc.22.24 Ioan.21.

de corpore aut esu locutus: imò inuenitur posteà comedisse, posteà bibisse non inuenitur. Hæc ratiocinator ille, non admodũ firmè quo ad hoc postremum, nisi quòd Dominum & de Paschate à se posteà non edendo pollicitum, de veteri exponeret. Verùm an nouum pascha, hoc est, Eucharistiam posteà quoque cum Emauntinis peregrinis in fractione panis sumpserit, præterquã quod non certò liquet, non est præsentis nunc instituti. Faceret & ad Eucharistiæ præsanctificatæ asseruationẽ, quod sequitur, nisi eius scriptor inter schismata quæ post IIII. & V. Synodum in Ecclesiam irrepserunt, reponeret, & quo tempore quam quisque voluisset, placitum sibi sumpsisse potestatem. Acephalos ita dictos, quòd sub Episcopis non essent, iis apud eos defunctis, nec baptismũ, nec oblationem, nec rem aliquam diuinam, aut vllum Ecclesiæ ministerium pro recepto ac solenni more celebratũ. Quicquid tamen est, id referam, Valeat, aiunt, quod valere possit. Communionem, ait historia, illi à plurimo tempore asseruatam habentes, feriis paschalibus, in minutissimas incisam partes, conuenientibus ad se hominibus dederũt. Habes & apud hæreticos Eucharistiæ conseruationẽ. Nisi fortè Nicephorus id & inter cætera non pro Ecclesiæ more ab eis administrata recensẽt.

Luc.24.

Nicephor. lib.18. c.45

Acephali.

Eucharistiæ à nouo sacerdote per dies XL. olim sumptæritus. Cap. XIIII.

EVit & alius conseruandi consumendíq; præsanctificata modus, omnium adhuc dictorũ mirabilissimus, cuius ante annos plus 500. meminit Fulbertus Carnotensis episcopus, speciali de hoc ad Pinardum siue Finardum epistola, Hostiam sacerdos recens ab Episcopo promotus de manu ordinatoris susceptam, quotidiano vsu ad quadragesimum vsque diem minutatim cõsumebat. Rogatus eius rei rationem & autores, respondit putauisse se hoc omnibus Ecclesiis eatenus assuetum, nulli vel nouũ, vel vanum. Prouinciales certè Episcopos in eum ritum omnes consentire. Porrò cùm quidam inter alios ordi-

Fulbertus cũ Paschasio impressus, Louanij an.1561.

natus,hostiæ,sicut & alij coordinati,ab ordinarore sumptæ, in pergameno ad eum vsum parato inuolutæ portiunculam quotidiè iuxta computatum instantium dierũ numerum sumeret, accidit vt quadam die expletis mysteriis, vestimenta cum sindone altaris colligens incautiùs immemor,minúsque diligens, thesaurum cœlestem infœlix amissum,in crastinum celebratione repetita, instante communicandi hora,non inueniẽs,turbaretur: & consternatus sursum deorsum cursitans, nec signum aliquod reperiret. Quod Episcopus audiens fratris negligentia factum, vnius reatum omnibus in commune statuit pœnitendũ, reum autem arctioris pœnitentiæ disciplina corrigendum.Hac ergo occasione rogatus Episcopus,num ei videretur,salua ordinis religione, sanctificatum panem,primo vel secũdo sanctificationis die totum simul percipi posse,quem videbat non sine periculo tãto temporis tractu sumi, præsertim cùm nosset raros huius ordinis viros peruigilem ea in re curã adhibere, Fulbertum velut hebetiorem increpans,respondit ita esse quod quærebat, si discipulis ad prædicationis officium in mũdum mittendis, adhuc tardis & dubitantibus sufficisset resuscitati corporis speciem semel vidisse, quam conta-

Act.1. semel visam Dominus ab eis repentè non subtraxit, sed per quadragenos dies,sibi cõplacitos sui glorificati reuelata facie, tanquam panis cœlestis suauitate refecit. Episcopus ergo vices Christi tenens, sacerdotes in plebem subiectam missurus,Eucharistiam eis per tot dies sumendam distribuit,vt dum,verbi gratia,quotidie cœlestis panis alimoniâ reficiuntur,tempus illud in mente habeant, quo per tot dies Dominus discipulis apparens & conuescens, desideratæ visionis satietate refecit. Fulbertus ad hoc responsum præ familiaritate studiosiùs requirens num idem mysterium supplere posset panis à presbytero quotidiana celebtatione sacratus,audiuit, Vt multæ sunt Ecclesiæ per vniuersum terrarum orbem propter diuersa loca,vna tamen sancta Ecclesia Catholica propter vnam fidem,sic & multæ oblatæ propter offerẽtium vota,vnus

Corpus Domini vnum panis est propter vnitatem corporis Christi. Nam panis ab Episcopo consecratus,& panis à sacerdote sanctifica-

tus, in vnũ & idem Christi corpus *transfunditur* propter secretam vnius operantis potentiæ virtutem. Sed *quodam modo* aliud esse dicitur, quod in virginali vtero sumpta carne crucis sustinuit iniuriam, de sepulcro surgens discipulis apparuit, cuius memoriam in pane presbyteris collato agit Episcopus: aliud quid (quod) per mysterium agitur, dum Episcopi & omnes sacerdotes in mensa altaris sub sacramento cõmunicatæ (communionis) carnis, panem sanctum secreta oratione quotidie cõsecrare videntur, quod ad illud respicit, quod consecrantes nuper ordinati presbyteri, cum pontificali oblatione percipiũt. Nam illud Dominicum corpus ex mortuis suscitatũ, & in cœlis locatum non moritur, illud sacramento (seu in sacramento) dum quotidie consecratur & sumitur, quasi quotidie nobis moritur, resurgit, apparet. Sed nec in hoc mẽs fidelium scandalũ dubietatis debet incurrere, quòd Christum morte semel gustata iam non vltrà moriturũ audit, cum carne assumpti hominis in paterna gloria sedẽtem, & hîc sanctificatum panem audit item nominari verum Christi corpus, dum & illud de Virgine assumptum, & istud de materiali virginalique creatura consecratum, vnus idémque artifex Spiritus inuisibili operatione in substantiam veræ carnis *transfundit*, carnis videlicet non cuiuslibet, sed verè carnis de qua ipse, Nisi (ait) manducaueritis carnem meam, non habebitis vitam in vobis: quod vtique exponi alio tempore indiget, & fidei oculis intueri. Hoc autem quod ad præsens spectat, quod nec subitis nec nouis adinuẽtionibus constat expositum, soluamus. Nosti Hebræis sub Mose manna de cœlo per annos quadraginta subministratum. Qui populi dux secundis adiutoribus septuaginta vi-ris sustentabatur, presbyterorum formam exprimentibus, nunc in Ecclesia nouitia pontificale onus susci-pientium, & regendis populis inuigilantium. Portò qui sumens de spiritu Moysi senioribus illis dedit, per quos populum ille sibi commissum per tot annos iudicauit, idem dux noster Dominus Iesuschristus, discipulos ad prædicationis officium in mundum missurus, eis spiritalium dona charismatũ infudit. Illi post immolationem

ob idẽ, quomodo aliud & aliud.

Oratione cõsecratus.

Rom. 6.

Ioan. 6.

Manna.

Exod. 16.

Septuaginta seniores presbyterorum typus.

Numer. 11.

agni paschalis manna cœlitus misso per quadraginta annos sustentati, hi cœlestis Agni peracta passione per XL. dies glorificati corporis specie reuelata, tanquam cœlesti suauitate refecti. Quem cœlestem cibum, quam suauitatem Angelicam, non per typicas aut vmbratiles figuras, sed per indubitatam vnionis veritatem, repræsentat Dominicus ille cibus, quem per XL. dies sumendum tanquam salutis viaticum Pontifex noui Ecclesię cultoribus distribuit, quos suæ pastoralis curæ vicarios adiutores ad erudiendam plebem sibi commissam constituit, vt dum hunc præ oculis habentes degustant, illũ mente tractent, qui de cruce morte triumphata ad Patrem ascendit: dum à semetipsis consecratum corpus percipiunt, illum fidei gustu experiantur, per quẽ Christus nobis quotidie moritur, resurgit, & ad consummationem vsque seculi manere se nobiscum pollicetur. Hæc Fulbertus memoria, vt inquit, ex Romano scrinio, cuius exemplaria tum perdiderat, super ea obseruatione, se consulenti, vt quod irrationabiliter consultori factum videretur, sanioris consilij ratione corrigeret, præfatus in primis huiusmodi obseruantiarum in aliis & aliis Ecclesiis diuersitatem non offendere, vbi non scinditur fidei vnitas: Neq; nos scandalisandos, siquidem diuersam obseruationẽ audimus, non diuersam fidem. Et ritus quidem huius seu nationalis seu prouincialis, quando alibi mihi non occurrit, sit penes Fulbertum fides.

Viaticum.

Matt. 28.

Obseruãtiæ non scindũt fidei vnitatem.

Eucharistia extra vsum asseruata cultáque.

CAP. XV.

VErùm quid tandem, dicet aliquis, ad Eucharistiæ adorationem, hoc est, ad præcipuum huius farraginis argumentum, tot támque multiplices eius vel asseruationis, vel absumptionis modi atque casus? Multùm per omnia sanè, ac per omnem modũ, vt cuius nulla vel asseruatæ vel absumptæ, etiam si non sumptæ mentio, non ferè cum cultus ac reuerentiæ inter eam etiam non sumendam, sed vel asseruãdam, vel etiam absumendam,

Eucharistia etiam nõ sumpta, adorata.

dam, mentione. Nisi forte præter superiora tam multa, Gorgonia illa pia & docta mulier, Gregorij Nazianzeni doctissimi Theologi soror, Eucharistiam non adorauit, quam orauit, adeóque exorauit. De quo cultu, & ad eam in importuno periculo aditu & accursu, & auxilij opportuni apud eam occursu & obtentione sic frater testatur, & sic eam laudat & commendat, Laborabat ea morbo alioqui non humano, sed & insolenti & incurabili: desperatis omnium aliis tum precibus, tum medicamentis, vtrisque eatenus inefficacibus, ad omnium fugiens medicũ, captata noctis solitudine, cùm leuius aliquantò morbus vrgeret, datis velut induciis, ad, siue ante altare procubuit, eúmque qui super illud colitur, cum magno clamore obtestans, & omnibus appellans nominibus, omnium quæ vnquam fecerat, miraculorũ commonefaciẽs, vetusta enim & noua callebat, pia quadam impudentia impudens, eam quæ ad tactum fimbriæ Domini fluorem sanguinis compressérat, imitata, capite super altare reclinato, eíque admoto, simili cum peccatrice, quæ Christi olim pedes irrigarat, lacrymarum profluuio, paríque clamore, non se prius cessaturam comminata, quàm sanitatem adepta, suo illo pharmaco totum corpus suum vngens, & sicubi manus eius aliquid signorum aut ex precioſi corporis ac sanguinis Dominici subexemplari (ἀντιτύπων) recondiderat, id lacrymis admiscens (ô miraculum) protinus liberatam se morbo sensit, & tam animo quàm corpore leuata recessit, vtriusque sanitatem, spei suæ mercedem adepta. Hæc Theologus de sorore. Nec verò admodum refert vbi hoc contigerit, domíne in priuato sacello, an in templo: & sumpserit nécne sacrum Gorgonia, asseruatum certè atque reconditum adorauit, & Dominum in eo præsentem inuocauit, ab eóque impetrauit, &c. Nec offendat antitypi vocabulum, Scimus enim alioqui Eucharistiam & visibiliter typum esse atque antitypum, tam præteritæ nimirum mortis, quàm futuræ gloriæ, & inuisibiliter prototypum, Christi vtique corpus & sanguinem, adeóque Christum totum, & vtraque verè ac præsenter. Fimbriæ autem Dominicæ & Eucharistię collatio, allusióque, & ab illa sum-

Gorgoniæ ægra Eucharistiam adorãs conualuit.

Christus sub per altare colitur.

Matt. 9.

Marc. 5.

Luc. 8.

Sãguiflua.

Luc. 7.

Peccatrix.

Miraculũ.

Eucharistia antitypon & Prototypõ.

Fimbriæ et Eucharistiæ allusio.

ptum salubris huius effectus argumentum, extat & apud alios Græcos & Latinos. Quo enim loco scribitur, Et rogabant Dominum Genesareni, vt vel fimbriã vestimenti eius tangerent, & quicunque tetigerunt, salui facti sunt:

*Matt.*14. *Marc.*6.

Homil. 51. Tangamus ergo (hortatur Chrysostomus) etiam nos fimbriam hanc, imò verò totũ. Ipsum enim, si volumus, non vestis solùm, sed corpus ipsius nobis propositum, non vt tangamus solummodo, sed & comedamus, & saturemur. Adeamus ergo Christũ singuli ægrotantes cum magna fide. Nam si qui fimbriam eius tetigerunt, tunc omnes conualuerunt, quantò magis corroborabimur, si totum in nobis habebimus? Cum fide autem accedere, non est vt tantummodò propositum corpus recipias, sed & quidem multò magis, vt mundo corde tangas, & sic adeas, quemadmodum ad ipsum Christum, &c. Et qui apud nos Chrysologus dicitur, Tetigit mulier vestimentum, & ab antiquo est curata languore. Miseri nos, qui quotidie corpus Domini tractamus & sumimus, & à nostris vulneribus non curamur: Non Christus infirmantibus, sed fides deest: nam multò magis modò in nobis manens poterit curare vulneratos, qui latentem mulierem præteriens sic curauit. Et, O quid hæc mulier vidit habitare in Iesu interioribus, quæ vel in eius fimbria diuinitatis totam vidit inhabitare virtutem! O quàm docuit mulier, quãtum sit eius corpus, in cuius fimbria tantùm hæc esse monstrauit! Audiant Christiani, qui quotidie corpus attingunt, quantam de ipso corpore sumere possunt medicinam, quando mulier totam rapuit de sola Christi fimbria sanitatem. Sed quod nobis flendum est, mulier de vulnere medicinam tulit, nobis medicina in vulnus retorquetur. Hinc Apostolus tangentes indignè Christi corpus, sic admonet, Qui tangit indignè, iudicium sibi sumit. Et quòd inde temeritas infirmitatem capiat, vnde fides accipere debebat sanitatem, &c. Hæc illi. In quorum vtroque audis Christi in hoc sacro præsentiam, quam cum iis adores magis quàm explices: aliam certè quàm pureputè spiritualem, seu per fidem solam. In priore, huius sacri sumptione Christum totum, ac proinde quà hominem, sumi: Audis & ad corpus in

*Serm.*33. *Communio quotidiana sine fide nõ curat.*

*Serm.*34.

1.*Cor.*11.

Præsentia plus quàm spiritualis. Christus in Eucharistia totus.

iis mysteriis propositum, vt ad ipsummet Christum, nobis adeundum. Et hîc ergo Christi, non sine anima nec diuinitate sua, corpus. In posteriore audimus, & cum eodem sentimus communionem quamlibet frequentem sine fide, non modò non prodesse, sed & grauiter obesse. Et interim habes quotidianæ tum adhuc in Ecclesia communionis testimonium, Cleri haud dubiè: Nam ex eius aliorúmque illius æqualium querimoniis constat laicos multò iam anteà quotidie communicare desiisse. Redeuntibus igitur nobis ad hanc asseruationem occurrit, vel potius recurrit Ambrosius, qui præter superius ipsius, & de Eucharistiæ cultu testimonium, & de viatici in extremis sumptione exemplum, vasa mystica, & vt eadem appellat, initiata, vasa esse Dominici sanguinis agnoscit, in iis infusum auro irrutilare Christi sanguinem, &c. Qui sic loquitur, sanguinis, opinor, agnoscit præsentiam, etiam extra sacramenti vsum. De hoc enim minus hîc loquitur, sed de iis in pauperum vsus, si cubi alia defuerunt subsidia, distrahendis. Alioqui opus esse vt de Ecclesia mystici populi forma non exeat, nec ad vsus nefarios sacri calicis ministerium transferatur. Ait idem alibi: Christum super altari esse, Martyres sub altari, sic, succedant victimæ triumphales (reliquiæ SS. Geruasij & Protasij) in locum vbi Christus hostia est, sed ille super altare, qui pro omnibus passus est, isti sub altari, qui illius redempti sunt passione, &c. Et audiuimus Optatum ita loqui, sed quis quæso, veterum non ita loquitur? Ecquis ergo Christum in altari & super altari præsentem non adoret, etiam si fortasse non sumat? Quidam apud eum Flammeum, in quo caput omnium Christus quotidie consecratur, corporale intelligunt, quod virginum fortè consecrandarum capiti superimponebatur, ad differentiam nuptialis, cuius idem eodem opere meminit. Et certè in corporali corpus Domini & conficitur, & asseruatur, antequam percipiatur. Quibusquidem vasis nec honorem quidem suum defuisse, cùm ex aliis anteà, tum ex Epiphanio & Hieronymo diximus, multò minus sacris signis, omnium

Vasa mystica Officior. lib. 2. cap. 28.

Epist. 85. quæ & vltima.

Flammeũ corporale. D. Groper. artic. 2. ca. 22. ex lib. 1. & 2. de virginib. lib. item de viduis.

Vasa.

Signa.

Re. verò minimè rebus ipsis,& quidem in omni retro Ecclesia, quanlibet Apostolicæ & primitiuæ vicina.

Adorationis gestus exterior multiplex.

CAP. XVI.

Adorationis Eucharistiæ gestus exterior.

NEc obest disputatum olim iam fuisse, aut etiánum disputatio super adorandi gestu, cùm de adorationis substantia inter omnes Catholicos semper cõuenerit, ac etiam num conueniat. Stantes ergo an sedentes, proni an supini, erecti an geniculati, manibus passis an iunctis, Christum in Eucharistia præsentissimum adoremus, adorationis per se non refert, sed temporum magis & locorum,& id genus circunstantiarum. Inter ritus Ecclesiasticos, non illos quidem ab Apostolis expressos, sed ab eis tamen traditos,& tantò pòst obseruatos ab illorum vsque temporibus, hunc enumerat Tertullianus, Die Dominico nefas ducimus de geniculis adorare. Eadem immunitate à die Paschæ in Pentecosten vsque gaudemus. Et suo eum more secutus Hieronymus, Multa, inquit, quæ per Traditionem in Ecclesiis obseruantur, autoritatem sibi scriptæ legis vsurpauerunt. Velut, Die Dominico,& per omnem Pentecosten de geniculis non adorare. Cuiusquidem ab omnibus, vel penè omnibus obseruati sic meminit Basilius, In prima Sabbati erecti deprecationem perficimus, sed rationem (vt & aliorum quorundam traditorum, non scriptorum) non omnes nouimus. Non solùm enim quòd veluti Christo corresuscitati, quæ sursum sunt, quærere debeamus, in die Resurrectionis datæ nobis gratiæ stando precantes nosmetipsos commonefacimus, sed quòd is videatur aliquomodò imago venturi seculi. Eóque, cum sit principium dierum, vnus à Mose, non primus appellatus est, tanquam qui sæpe recurrat, vt vnus sit idem & octauus, vnum illum singularem ac verum octauum, cuius Psalmista meminit, per se significans, diem, inquam, post horum temporum statum, nunquam finiendum, vesperæ nescium, nec successori cedentem, hoc est, æternitatem,

Tradita, nõ scripta. De corona milit.

Stantes cur & quando adorabant. Cõtra Vnciseriani.

De Spiritu sancto cap. 27. Col.3.

Genes.1. Dominicæ diei mysterium. Psal.6.

quæ nec finem habet, nec senium nouit. Necessarium igitur hoc die Ecclesia suos alumnos docet, stantes absoluere preces suas, vt assidua commonitione vitæ illius nunquam desituræ, non negligamus ad eam demigrationem parare viaticum. Quin & totum tempus vsque ad Pentecosten, admonitio est resurrectionis, quam in illo seculo expectamus. Nam vnus ille & primus dies septies multiplicatus, septem sacræ Pentecostes hebdomadas absoluit. A primo enim incipiens in principium desinit, per similes, qui in medio intercedunt, dies quinquagies euolutus. Vnde & æternitatem similitudine refert, dum velut in motu circulari ab iisdem orsus signis in eadem desinit. In quo corporis erecto habitu precari potius nos Ecclesiæ ritus docuerunt, nimirum per euidentem commonitionem, quasi transferentes mentem nostram à præsentibus ad futura. Insuper & quoties genua flectimus, & rursus erigimur, ipso facto ostendimus quod ob peccatum in terram delapsi sumus, & per humanitatem eius qui creauit nos, in cęlum reuocati sumus. Subscribit & diuus Hilarius, Hæc, aiens, sabbata sabbatorum ea ab Apostolis religione celebrata sunt, vt his Quinquagesimæ diebus nullus in terram strato corpore adoraret. Quod idipsum extrinsecus etiam in diebus Dominicis est constitutum, qui vltra sabbati numerum per plenitudinem Euangelicæ prædicationis accedunt, Nanque cùm in septimo die Sabbati sit & nomen & obseruantia constituta, tamen nos in octaua die, quæ & ipsa prima est, perfecti sabbati festiuitate lætamur. Consentit ad finem totius Panarij de Traditionum vsu Epiphanius, Toto tempore Pentecostes, quod ad dies quinquaginta protenditur, genua non flecti, siue genuflexiones non fieri, preces alioqui statutis & ordinatis diebus cum geniculatione noctu ac interdiu effundi. Et in capitulis Græcarum Synodorum, interprete sancto Martino episcopo Bracarensi, sic legitur, Quia quod ab Apostolis traditum est, Canon tenet antiquus, placuit, vt per omnes Dominicas, & per omnes dies Paschæ vsque ad Quinquagesimam, non prosternant se in oratione humilitatis, sed recto (siue erecto) vultu ad Do-

Viaticum.

Pentecostes mysterium.

Flectamus genua, leuate.

Prolog. in Psalm.

Sabbata sabbatorũ.

Quinquagesima.

Dominica.

Cap. 58. Distin. 30. cap. 18. paragraph. similiter.

minum fungantur orationis officio, quia in his gaudium Resurrectionis Domini celebramus. Hos secutus Augustinus antiquitatis pariter ac autoritatis Ecclesiasticæ optimus & testis & interpres, ad Ianuarium de ritibus Ecclesiæ scribens, vel quos negligi nefas sit, vel qui pro tempore locóque seruari possint, aut omitti, tolli quo-

Epist. 159. *cap.* 15. 16. 17. *Act.* 2.

que, si citra maius liceat incommodum, Habet, inquit, dies quinquagenarius, præterquam quòd Spiritus sanctus completo die Pentecostes missus est, & alterum sacramentum, quòd septies septem quadraginta nouem fiunt, & cùm reditur ad initium, quod est octauus, qui & primus dies, quinquaginta complentur, qui celebrantur post Domini Resurrectionem, iam in figura non laboris, sed quietis & lætitiæ: propter hoc stantes oramus, quod est signum resurrectionis. Et post eiusdem numeri dicíve commendationem ex scripturis veteribus, & legis præsertim veteris latione, Vt stantes, ait, in illis diebus, & omnibus Dominicis oremus, vtrum vbique seruetur ignoro, quid tamen in eo sequatur Ecclesia, dixi vt potui, & arbitror esse manifestum. Et hunc ergo ritum inter orandum vel adorandum, eo quidem tempore, hoc est, tota Pentecoste, & Dominicis totius anni diebus, perueterem, imò Apostolicum fuisse constat: an verò Catholicus etiam fuerit, id est, vniuersalis, cùm Augustinus dubitet, quî possimus tantò posteriores, asserere? Esset autem non politiæ tantùm ritus, sed fidei quoque articulus, siquidem verum esset quod ex Gregorio quidam citant, Qui in Dominica die genua flectit, Deum resurrexisse negat. Cuperem huiusmodi rhapsodos indicare tanti momenti locos. Certè in Gregorio primo, tale nihil extat, nec de hoc quidem ritu tantillum. Modestiùs qui non ita pridem sic annotauit,

Rationale diuinor. officior. lib. 6. cap. 28. paragr. 8. B. *Rhenan. ad Tertull.*

Geniculari in adorando, velut pœnitentis est: Qui stans adorat, tanquam iam veniam consecutus, gratias agit. A Pascha in Pentecosten non geniculando precabantur, sed stantes, vt qui Deo pro peccatorum remissione, & baptismatis dono gratias agerent. At hoc hodie tantùm fit ad lectionem sacrosancti Euangelij, item in vespertino sacro Paschalis hebdomadæ,

ex vetuſtate relictum. Quæ quanta fuerit, & quanta cum autoritate coniuncta, præter ſuperiora, conſtat & ex Niceni I. Concilij vtique tanti paucorum canonum viceſimo, eodemque nouiſſimo. Cuius prior editio ita habet, Quoniam ſunt quidam in die Dominico genua flectentes, & in diebus Pentecoſtes, vt omnia in vniuerſis locis conſonanter obſeruentur, Placuit ſancto Concilio (à Paſcha vſque ad octauas Pentecoſtes) ſtantes, Domino vota perſoluere. Altera ſic habet, Quoniam ſunt in Dominica die quidam ad orationem genua flectentes, & in diebus Pentecoſtes, propterea vtique ſtatutum eſt à ſancta Synodo, quoniam conſona & conueniens per omnes Eccleſias cuſtodienda conſuetudo eſt, vt ſtantes ad orationem vota Domino reddamus. Tertia per Teilonem & Theariſtum Conſtantinopolitanum, de græco in latinum verſa, in epiſtola Africani Concilij ab Bonifacium Papam I. quæ ad Concilium Carthaginenſe VI. pertinet, ſic ibi legitur, Quoniam ſunt quidam, qui die Dominico flectunt genua, & in diebus Pentecoſtes, placuit de hoc ſanctæ & magnæ Synodo, cunctos in omnibus locis conſonanter & conſentienter, ſtantes, Deum orare debere. Vbi canon additus eſt XXI. huius vltimi Niceni, vt & aliorum, innouatorius, talis, Sanctum Concilium (fortè dixit) Traditus omnibus, & ritè diſpoſitis, vt Eccleſiarum pax & fides in Orientis atque Occidentis partibus vna eademque ſeruetur, hæc Eccleſiaſtica ſtatuta neceſſariò credimus (noſtri Concilij geſtis) inſerenda. Habes ergo, lector, ritum hunc diutiùs obſeruatam. Sed quem adhuc multò pòſt ſub noſtrate Rege ac Imp. Ludouico Pio I. innouarit Concilium Aquiſgranenſe, cap. 47. iuxta ſuperiorum editionum primam, addita vna vocula, *dignißima*. Sic enim illic legitur. Placuit Concilio, ſtantes Domino vota digniſſima perſoluere. Renarrauit & pòſt Gratianus, ſed iuxta ſecundam verſionem. Neque vſquam reuocatum legi: Nam quod tantò pòſt Honorius III. ſanciuit docendum, vt in celebratione miſſarum cùm eleuatur hæc ſalutaris hoſtia, vnus ſe quiſque reuerenter inclinet, noluit, eo, credo, decreto præiudicatum iri

Die habet annotatio marginalis.

De cõſ. diſt. 3. cap. Quoniam ſunt. Extrà. eod. tit. ca. ſanè.

Niceno, Conciliorum vt primo, sic omnium sanctissimo. Quod quæ iam tum irrepserat genua in Paschali tempore ac gaudio flectentium difformitas, eam ad non
Anno 1555. flectentium conformitatem reduxerat. Fuerunt hîc à contrario, qui subortam in Ecclesia Lugdunensi, hoc est nostratium Galliarum vel prima, vel certè inter primas, eandem in hoc sacrorum mysteriorum momento non geniculantium disparitatem (vt ex gallico vertam) intolerabilem (ne quid grauius dicam) rati, ad geniculantium paritatem censerent reducendam, non obstante quauis eius Ecclesiæ consuetudine contraria. Cuius equidem controuersiæ quis exitus fuerit, haud certò scio, nisi quod audio partes à Christianissimo Rege nostro Henrico II. ex consilio RR. Cardinalium Lotharingi & Turnonij, ad eum, in quo ante litem motam, statum reductas, & in eodem manere iussas.

LIBER TERTIVS,

DE SACROSANCTA EVCHARISTIA, QVI EST DE ADORATIONE vtriusque in vna Iesu Christi persona, naturæ.

Scholæ Recentioris, siue Scholasticæ Theologicæ sententia.

CAPVT PRIMVM.

CVM sententiarum Theologicarum Magister, duas super hac re sententias iam tum posuerit, mirum est nobis Eucharistiam adorantibus, ab aduersariis obiici Lombardi discipulorum ac interpretum, quos Quæstionarios & Sententiarios contemptim vocant, consensionem super pura Christi humanitate non adoranda, quia creatura. Horum autem quid quisque hîc dixerit, immensi esset operis colligere, & nihil alioqui necesse, sed ab vno & altero, illo veterum, hoc recentiorum diligentissimo licuerit reliquos discere. Hanc igitur illi quæstionem sic efficiunt, & persoluunt, Duo in eo qui honoratur, considerari, & id cui honor exhibetur, & honoris causam. Propriè autem ac per se honorem toti subsistenti rei sic exhiberi, vt si- quando partem contingat honorari, non secundum se, nec nisi propter id ipsum totum, & quia totius pars est, *Carthusia.*

Lib. 3. dist. 9.

Zuinglius infrà. lib. 5. cap. 6.

Thom. par. 3. quæst. 25. art. 1. & 2. & ibid. caie tan. Diony.

De fide Orthodoxa. part.3.arti. 34.quæst.1. §1 2.

honoretur: Honoris autem causa, est honorati excellentia, vt si quo in homine sint plures honoris causæ, prælatio, scientia, virtus, erit ex eius quidem qui honoratur, parte, vnus honor, secundum honoris autem causas, plures. Cùm ergo in Christo vna sit persona,& plures naturæ, plures adorandi causæ, eius erit propter personæ vnitatem vna adoratio, secundum diuersas honorandi causas, vt sapientiam increatam & creatam, &c. plures. Nec verò mirum hoc sit aut inconueniens sic de Filio distinctum, cùm & ipsi Patri alius propter deitatem, potentiam & creationem honor, alius propter dominium & generalem omnium gubernationem debeatur. Illum latriam, hunc duliam quidam vocant, quanquam hoc posterius vocabulum commune est ad vtriusque honoris speeies, vt ibi, Seruite Domino in timore, Δουλεύσατε τῷ κυρίῳ, &c. vt sit hoc de persona Patris allatum, quasi, vt ij loquuntur, simile, ad id quod de persona Filij sequitur. Cuius humanitas (retentis Scholæ voculis & differentiis) considerata vt res, adoratur latriâ, Sic enim Christi humanitatem, carnem, corpus adorare,nihil est aliud quàm verbũ humanatum, incarnatum, corporatum adorare.Considerata autem vt adorandi ratio, colitur honore, non quidem cũ aliis ei creaturis sanctis communi, sed excellentiori, qui à quibusdam hyperdulia dicitur, pro ea nimirum quæ in eius est humanitate, omnium Dei munerum & gratiarum excellentia, plenitudo, atque perfectio, vel nihil veter vnam Christi personam pro sua quidem diuinitate siue natura diuina, honore diuino adorari, pro humanitate autem sua siue humana natura, quatenus & quantùm à deitate seorsim abstrahi intelligi potest, honore coli inter creaturas præcellenti. Cæterùm quia honor propriè, vt prædiximus, ac simpliciter non est nisi terminantis passiuè actum honorandi, hunc autem non terminat nisi persona cui exhibetur honor, Ecclesia patres & Synodos(de quibus statim) secuta, alterum illum humanitatis,vt à diuinitatis subtilibus intelligentiis abstrahitur aut separata intelligitur, honorem vt improprium in mente retiuet, quia patres sic interim locutos inuenit,ad

Latria.
Dulia.
Laur.valla annotat.in Mat.4.ca. Psal.2.
Hyperdulia

euitandos de pluribus in Christo personis errores: honorem autem proprium & simplicem, qui non nisi rei subsistenti competit, nobis proponit, & vnica Christum cum Patre & spiritusancto adoratione adorandum docet, sic ab eodem ipsomet edocta, vt omnes honorificent Filium sicut honorificãt patrem. Vnde in litaniis solemnibus, Christo, quà verè deo, idem quod patri & spiritui-sancto clamamus, miserere nobis, non etiam eidem quà homini, & verè tamen homini, idem quod diuis, ora pro nobis. Et in sacris mysteriis corpus & sanguinem Domi nicum, vt dominum ipsummet summo honore colimus, non distinguentes, aut certè non abstrahentes corpus ab eo cuius est corpus, sic aut similiter precãtes, domine non sum dignus, aue corpus, aue sanguis, aue salus mũdi, &c. Atque hic est Ecclesię vsus. Sicubi ergo Cinglius carnem aut humanitatem Christi puram, siue separatam aut separabilem credit, per nos licet ne adoret. Nos qui non eam modò non separatam, sed ne separabilem quidẽ esse credimus, vbi eam cunq; agnoscimus, ibi vt à Dei verbo indiuisam adoramus, non id primùm à Scholasticis mutuati, sed cum eis à patribus patrumq; Synodis in catholica fide ex Dei verbo edocti, vti sequitur ex Damasceno. vt ab hoc ordiar quem hîc potissimùm secuti sunt & citauerunt sentẽtiarij: vt cuius de Orthodoxa fide librorum quatuor, & totidem de Theologicis Petri Lombardi sententiis, idem sit argumentum, idem propemodùm ordo. Vnus, ait, est christus, Deus perfectus & homo perfectus, quem adoramus cũ patre & spiritu vna adoratione cum immaculata eius carne Neque inadorabilem carnem dicimus, Nam adoratur in vna verbi hypostasi, quæ & ipsi (carni) hypostasis facta est. Neque creaturam colimus, nam non vt nudam carnem adoramus, sed covnitam diuinitati, & vt in vnam personam, & vnam hypostasin Dei verbi, duæ eius reuocatæ sunt naturæ. Timeo quidem carbonem tangere, propter ignem ligno coniunctum: adoro Christi simul vtrunque, propter carni, coniunctam covnitamq; diuinitatem. Idem penè per eadem tradit libro de duabus Christi naturis, ita, si duæ sunt personæ Christi, sedent ad dexteram patris Cherubico

Ioan. 5.

Litaniæ.

Eucharistiæ preces.

Damasceni & Petri Lombardi librorũ idem argumentũ.

Lib. 3. ca. 8.

Carbo. lignum ignitum.

solio, eásque vnà cum Patre ac spiritu res omnis creatura veneratur & adorat. Ita non Trinitatem adoramus, sed prohibeat Deus ne alij rei seruiamus, nisi sanctæ Trinitati. Patri, qui vna est persona: Filio, qui carnem assumpsit, & vnâ personâ cum sua carne constitit: & spiritui sancto, qui etiam vna persona est: Deus, inquam, prohibeat, ne alij nisi sanctissimæ seruiamus Trinitati. Vt enim gladius igne micans, vbi ignem & flammam recepit, vnus etiam est, sic Christus vnus & vna persona post incarnationem. Vtque gladium flammorum attingere non audeo, non propter ferri naturam, sed ignis cum ferro coniunctionē: sic Filium Dei Verbum carni coniunctum veneror & adoro, vnáque carnem, nō propter carnis naturam, sed propter Dei Verbum carni coniunctum. Regem vnà cum purpura adoro, purpuramque propter Regem veneror. Atqui Regis & vestis non est hypostatica coniunctio, nec interminata, neque sempiterna, qualis contrà in Christo Deo nostro est. Itaque vt vnum sanctæ Trinitatis, vnà cum Patre & spiritusancto, Christum incarnatum Dei Filium & Deum veneror & adoro. Citat eo vbi antè loco, Scholiastes Cassiodorum ex Augustino, exponentem corpus Domini de Maria Virgine sumptum, scabellum diuinitatis eius, propter assumptam humanitatis naturam: Pedes, diuinitatis stabilitatem, quę semper in naturæ suæ omnipotenti gloria, tanquam indefecta pedum stabilitas, perseuerat. Huius ergo Verbi assumptum corpus, quamuis glorioſum, magnum, adorabile, propter humanitatis tamen humilitatem, scabellum pedum competenter accipimus. Itaque cùm admonemur adorare scabellum pedum Domini, sacratissimá Christi carnem, quatenus Deitati vnita, & in eandem hypostasim coniuncta est, adoratione colere iubemur. Perinde atque Regis purpura, cùm eam Rex indutus est, vnà cum Rege adoratur, seiuncta, non eo digna honore cēsetur. Idque tum rationi consonum est, tum & scripturarum veritati, vt in quibus Christus etiam vt homo, quia idem quoque Deus sit, adorandus proponitur, adeóque adorari prædicatur, vt illud prophetæ, Adorate eum omnes Angeli eius, Apostolus adductum in testimonium

Trinitas. P.F.S.

Gladius ignitus.

Purpura Regia.

D. Clictho uæus super Damascen.

Psal. 98.

Scabellum.

Pedes.

Purpura.

Psal. 96.

Hebr. 1.

ad demonstrandam Christi excellentiam, vertit, Adorēt. Sic enim considerata Christi caro, quatenus vnitur Verbo, iam reuocatur ad hypostaticæ vnionis rationem, & consideratur, vt cum Dei Verbo in vnitate personæ conspirat. In qua consideratione, adoranda venit singulari cultu & latriâ, hoc enim pacto attendentes, in personæ semper dignitatem aspicimus. *Latria.* Non inquam, quatenus per seipsam consideraretur, non habita Verbi, cui vnitur, ratione, summa quæ Deo vni debetur, veneratione ac reuerentia adoranda, sed vt attenditur Verbo Dei in vnitatem personæ assumpta, cui meritò debetur omnis cultus & adoratio. Quod adhuc Ioannes insinuat dicens, *Apoc. 5.* Dignus est Agnus qui occisus est, accipere virtutem, & diuinitatem, & sapientiam, & fortitudinem, & honorem, & gloriam, & benedictionem. Et omnem creaturam quę in cœlo est, & super terram, & sub terra, & in mari, & quę in iis sunt, omnes audiui dicentes, Sedenti in throno, & Agno, benedictio & potestas, & gloria in secula seculorum. Vbi per sedentem in throno, Christi diuinitas (iuxta quosdam) per Agnum, eiusdem designatur humanitas, cui nihilominus omnis vbique creatura omnem dat gloriam. *Sedens in throno.* Sed quî id fiat, nisi Christi humanitas, vt vnita Verbo, ab omni vbique creatura cum omni reuerentia & honore adoretur? *Agnus.* Vnde idem & in eodem opere Damascenus de Sessione Christi ad dexteram Patris, Sedet, ait, conglorificata carne eius, Adoratur enim cum sua carne ab omni creatura. Et, Filium Dei cum Patre & Spiritu-sancto adoramus, incorporeum quidem ante humanitatis assumptionem, & nunc eundem incarnatum, & factū hominem, & cum hoc Deum existentem. *Lib. 4. cap. 2. 3.* Caro igitur eius secundum ipsius naturam (si subtilibus cogitationibus dispescas quod videtur, ab eo quod intelligitur, cogitatione que humanitatem à diuinitate præscindas), inadorabilis est vt creatura, vnita autem Deo Verbo, propter ipsum & in ipso adoratur. Eo namque modo quo Rex adoratur & nudus & indutus, & purpura vt nuda purpura proiicitur atque conculcatur, facta autem regius *Purpura.* amictus, honoratur, vt siquis proterere præsumpserit, nō rarò morte multetur. Vtque lignum, nudum quidem, ta- *Carbo.*

ctui non est inaccessibile, sed igni coniunctam & carbo factum, non propter seipsum, nec naturâ suâ, sed vt ignitum: sic caro secundum sui naturam non adorabilis (adoratione vtique summa seu diuina) adoratur in incarnato Deo Verbo, non propter coniunctum ei secundum hypostasim Deum Verbum. Nec dicimus quòd nudam carnem adoramus, sed Dei carnem, id est, incarnatum Deum. Hæc Damascenus autor vetus, vt nihil sit Aquinatē aut alios irridere, docentes honorari vel totum in partibus, vel hominem quoque in externis, in veste, in statua, in nuncio, ad hoc probandum & explicandum manuductionibus Regiæ purpuræ, & carbonis vtentes. Et permulta inuenias in rerum natura, quæ cùm per se talia non sint, propter aliud cui coniuncta sunt, talia fieri. Corpus si nudum & anima destitutum consideres, humanum licet appareat, humanum non est, ac ne animatum quidem, neque viuit, propter animam cui iungitur vel reiungitur, viuificatur, semper quandiu ei compactum fuerit, victurum. Ferrum per se densum & opacum, & sic tangibile, insito ignis feruore lucet, candet, ardet, tactui non impunè peruium, semper, siquidem igneum illud ab eo non sperandum cogites, vt ignitum, sic lucidum, candens, exurens, intractabile. Sic cùm humanitatem à Diuinitate assumptam, & indissolubiliter ei vnitam coniunctamque credamus semper ita permansuram, & semper proinde coadorandam colēdamque, liceat sanè subtilibus intelligentiis, vt loquitur Damascenus, sed inter perfectos, vt cum Paulo loquar, carnem Christi puram proponere, atque ita creaturam, absolutè videlicet, & secundum seipsum consideratam, hoc est, duas in vna Christi persona naturas, ad euitandam earum confusionem distinguere quidem, sed non dirimere, dispescere, separare. Hactenus post Damascenum Scholastici.

Manuductiones familiares.

Corpus & anima.

Ferrum & ignis.

1. Cor. 2.

Naturæ duæ vna D. persona.

Latinorum doctorum testimonia.

CAP. II.

ET hoc est quod Augustinus (si quis fortè nec Damascenum admodũ magnificit) loco illo celebri de carnis Dominicæ in mysteriis esu & cultu, ex manuductione terrę, vt est scabellum pedum Domini, Ad terrã, ait, cùm te inclinas & prosternis, non quasi terram intueraris, sed illum sanctum, cuius pedũ scabellum est, quod adoras, propter ipsum enim adoras, quia, inquit, sanctũ est. Quis sanctus est? in cuius amore adoras scabellũ pedũ eius. Quem cùm adoras, ne cogitatione remaneas in carne (quà scilicet diuinitati non vnità, aut huiusmodi cõsideratâ) & à spiritu non viuificeris, & cæt. Et hæreticis alibi ita replicantibus, Quid quod carnẽ eius, quam creaturam esse non negas, simul eam diuinitate adoras, eique non minus quàm diuinitati deseruis? Ego Dominicam, ait, carnem, imò perfectam in Christo humanitatem propterea adoro, quòd à diuinitate susceptа, & Deitati vnita est, vt non alium atque alium, sed vnum eundemque Deum & hominem, Dei filium confitear. Denique si hominem separaueris à Deo, illi nunquam credo, nec seruio. Vt si quis nostrũm purpuram, aut diadema Regale iacens inueniat, nunquid ea conabitur adorare? Cùm verò ea Rex indutus fuerit, periculum mortis incurrit, si ea cum Rege simul adorare cõtempserit. Ita in Christo Domino humanitatem non solam aut nudam, sed diuinitati suæ vnitam, vnum Dei filium, Deum verum & hominem verum, qui adorare contempserit, æternæ mortis pœnam patietur. Viderítnè Latina hæc Græcus Damascenus & Augustini æqualis, an alter iunior, non admodum refert: Viderunt certè & citant vbi antè sentẽtiarij. Huius Catechistos Ambrosius, ex Filij etiam in carne cultu sic spiritum colendum colligit, Si Arriani, ait, ideo negant adorandum spiritum, quia Deus adoratur in spiritu, adorandam ergo veritatem negat quia Deus adoratur in veritate. Nam plures licet sint hominum veritates, donatæ tamen sunt à veritate diuina, quod est Christus, vt ipsemet ait de se. Quo loco si veritatẽ intelligunt ex vsu, intelligãt etiã gratiam spiritualẽ, & nihil est offensionis,

Psal. 98. Terra scabellum Domini.

De verbis. D. Serm. 58.

Photin.

Samosaten.

Purpura.

Diadema.

De spiritu sancto li. 3. cap. 12.

Arriani.

Spiritus adorandus.

Ioan. 4.

Veritas & veritates.

Ioan. 14.

Matt.28. aut si veritatem Christum accipiunt, adorandum negent.
Luc.24. Sed refelluntur factis piorum, & serie scripturarum, A-
Psal.96 dorauit enim Christum Maria, Resurrectionis ad Apo-
Hebr.1. stolos prænuncia. Adorauerunt & Apostoli & Angeli. A-
Infirmationis adorandamysteria, dorant autem non diuinitatem solùm, sed etiam scabellum pedum eius, quia scriptum est, & cæt. Aut si negent etiam incarnationis Dominicæ adoranda mysteria, in quibus quædam velut vestigia diuinitatis expressa, & vias quasdam Verbi cœlestis aduertimus, legant quia & Apostoli adorabant eum in carnis gloria resurgentem. Ergo si nihil derogat quod Deus adoratur in Christo, quia adoratur & Christus, nihil vtique derogat quòd Deus adoratur in spiritu, quia & spiritus adoratur. Tum subiecto scabelli pedum Domini ex Psalmista loco toties anteà ventilato, Carnem, ait, Christi hodieque in mysteriis
Caro D. in mysterius adoratur. adoramus, quam & Apostoli in Domino Iesu adorarũt, Neque cùm adoraretur tanquam Dei Filius, natus ex Virgine negabatur. Cùm igitur incarnationis adorandum sit sacramentum, sit autem ea spirituſsancti opus, hauddubiè is etiam adorandus est, quando adoratur ille qui secundum carnem natus ex eo est. Quod ne quis deriuet
Luc.1. ad Virginem Mariam, erat templum Dei, non Deus tem
Maria Dei templum. pli, Ideóque solus ille adorandus, qui operabatur in templo. Nihil ergo afficit quia Deus adoratur in spiritu, quia
Ioan.4. & spiritus adoratur. Quanquam si verba consideremus,
Personaliter. quid est, in spiritu & veritate adorare oportet, nisi vt nec ad gratiam spiritalem, nec ad veræ conscientiæ fidem referas, sed personaliter (si tamen verbum hæc diuinæ maiestatis expressione dignum est) de Christo accipias & spiritu? Et quid est, adoratur in Christo Pater, nisi quòd hic in illo est, loquitur, & manet, quasi verus Deus sempiternus in vero Deo coæterno? Ergo vt per vnitatẽ potestatis coadoratur in Patre Christus, cùm Deus Pater adoratur in Christo, ita & per eandem coadoratur in Deo
Coadorantur personæ. spiritus, dum Deus adoratur spiritus. Et paulò pòst, In
Gen.1. veteri testamento dicendo Pater, Faciamus, ostendit Filium secum adorandum, quasi omnium conditorem. Vt ergo in Filio creatura discutitur, quorum Filius creator accipitur, sic etiam cùm Deus in veritate adorari dicitur,

verbi

verbi ipsius proprietate in eundem modum frequenter expressa, debet intelligi quòd & Filius adoretur. Similiter itaque adoratur & spiritus, quia Deus adoratur in spiritu. Ergo Pater & cum Filio adoratur, & cũ Spiritu, quia Trinitas adoratur. An verò negat aliquis adorandam diuinitatem Trinitatis æternæ, cùm & scripturæ diuinæ inexplicabilem maiestatem exprimant Trinitatis? vt & dicit Apostolus, Deus illuxit in cordibus nostris, ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in faciem Christi Iesu. Hanc quippe claritatem viderunt Apostoli, cùm Dominus Iesus diuinitatis suæ luce in monte fulgeret, viderunt, & in faciem prociderunt. Putásne illos, vel cũ procíderent, nõ adorasse, cùm fulgore diuini luminis corporalibus oculis sustinere non possent, & splendor lucis æternæ aciem visus mortalis obduceret? Aut quid aliud tunc temporis dixerunt videntes eius gloriam, nisi, Venite adoremus, & procidamus ante eum? Hactenus Ambrosius, quem breuius epitomare non potui, pro rerum atque verborum nexu atque vicinia, qua quantam solicunque Deo adorationem, prout soli ea debetur, arroget ac tribuat, Christi tamẽ eam humanitati adeo non abrogat nec derogat, vt ex huius à Verbo Dei susceptæ cultu, Spiritum quoque vt huius susceptionis opificem colendum colligat, assumptam certè à Filio carnem, nos eandem in sacris adorare, quam in terris adorarunt Apostoli. De Christi autem cultu idem sic alibi, Hic vnus est, per quem saluati, hanc illi reuerentiam quam Deo Patri, debemus, ipso volente. Sic enim aliàs ait Paulus, Qui in his seruit Christo (ἀρεστεύων) placet Deo, acceptus est illi. Si enim soli Deo seruiendum dicit (lex) & Christo seruire præcipit (Apostolus) in vnitate Dei est Christus, nec dispar aut alter Deus, quando cùm soli Deo seruiendum commouetur, Christo seruiens, Deo placere dicatur. Et alibi citãs & aliud, Vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestiũ, terrestrium, infernorum, Hæc, ait, sunt omnia, super quę Deus Christus est. Nec enim excepta aliqua sunt, vt non super omnia Deus Christus, sit nec potest genu flecti ab omni creatura, nisi Deo. Denique Ioannes Apostolus cùm insciis Angelum vt Deum a-

Trinitas adoratur.

1. Cor. 4.

Matt. 14.

Marc. 9.

Luc. 9.

2. Pet. 1.

Psal. 94.

Ad Ro. 5.

Rom. 14.

Deut. 6.

Ad Ro. 9

Phil. 2.

Apoc.22. dorare vellet, audit ab eo, Ne feceris, quia conseruus tuus sum, Deum adora. Nec Dominus vtique adorari se pateretur, nisi quia Deus est, Si quo minus, vsurpasse dicendus est, & peccasse, quòd absit, cùm diabolicum increpans, Deum adorandum, eique soli seruiendum ostendit. Nihil ergo præiudicatur Deo Patri, cùm adoratur Christus vt Deus, quia cùm soli Deo seruiendum dicatur, seruiatur & Christo. Quid ergo supereſt, nisi vt Pater Deus, & Filius Deus, vt vnus nihilominus Deus credatur vterque siue enim Patrem quis adoret, siue Filium, vnum Deum dicitur adorare: & seruire Patri aut Filio, vni Deo seruitium exhibetur. Nulla ergo discretio est, quia qui adorat Filium, adorat & Patrem: & qui seruit Patri, seruit Filio. Et ad id. In quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ Dei, Vt agnitionem, ait, acciperent sacramenti Dei in Christo, aduertentes has esse sapientiæ & scientiæ diuitias, si agnoscatur Christus in Deitatis suæ plenitudine adorandus, nec colendus alius præter hunc requiratur, & cætera. Eadem de hoc tum fuit Hieronymi fides, Qui Dauidicum illud iuxta septuagesimo. Apprehendite disciplinam, ex Hebræo Nasku Bar, vertit iuxta literam, Osculamini, iuxta sensum, Adorate Filium, Hebræis iuxta linguæ suæ proprietatem, Osculationem pro veneratione ponentibus, apertissima de Christo Prophetia, & ordo præcepti, Adorate Filium, ne fortè irascatur Dominus, hoc est, Pater, & pereatis, vt Iudæi, qui Filium adorare noluerunt. q. d. facite Christo debitum fidelitatis homagium, incorporemini Filio, vnione in corpus eius mysticum, quasi osculo, Recipientes & apprehendentes doctrinam ab eius ore proprio proferẽdam. Eius vos disciplinæ humiliter subiicite. Adorate autem purè, vt & idem propter vocabuli ambiguitatem vertit Hieronymus, vt Aquila & Symmachus, electè, id est, sine fictione, adoratione Latriæ, Deum, de filiatione enim æterna hîc agi: quanquam quod sequitur, ne irrascatur, filio magis hominis conuenire videatur. De quo quà Deo incarnato, Nos, inquit idem alibi, hominem seorsum nec colimus, quod nefas est, nec adoramus, sed Deum

Matt. 4.
Luc. 4.

Ad Roma. 14.

Col. 2.

Psal. 2.
Et in Ruffinum.

Lyo.
Burgensis.
Gaiatin.
Lib. 3. ca. 7.
Latria.
Serm de assumptione.
B. V. M.
Homo seorsum non colitur.

magis incarnatum, qui proprium sibi corpus animatum vnitit. Ita vt Deus Verbū caro fieret: & nō in aliū quenlibet, sed in semetipsum caderet vnitas, qui vnus & verus Dei Filius semper erat. Idcirco non alium quàm eūdem ipsumque Dei Filium & colimus & adoramus. Et multis multa de scabello superiore opinantibus, prophetam & loco corpus Dominicum dicere exponit, in quo maiestas tanquam super scabellum stat, sanctum enim & alibi dici. Et quòd adorari debeat, eo ascendente Apostoli docuerūt, cùm adorātes regressi sunt in Hierusalem. Sed & ad animam hæc referenda sunt, inquit. Et Christi ergo etiam animam scriptor hic adorandam, eadem qua corpus ratione, quia nimirum assumptam, dicit. Et in schoiis ad id Pauli, Vt in nomine eius omne genu flectatur, & cætera. Vt omnes, ait, simul hominem adorent cum Verbo assumptum, vel, vt ibi Perimasius, hominē in Verbum assumptum, vtrius enim sint hæc scholia, non excutio. Et ad id prophetæ, Maledictus homo qui confidit in homine, si ita est, Fotinus autē & Samosatenus, quamuis sanctum & cunctis excelsum virtutibus prædicent saluatorem, hominem tamen (solùm) cōfitentur: maledicti ergo erunt spem in homine habentes. Quod si nobis opponitur, quòd & nos credamus in eo qui se dicit hominem, respondemus illud Apostolicum. Etsi Christum secundum carnem aliquando cognouimus, sed nunc iam non nouimus. Et idem se inscribit Apostolum non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum, & cætera. Sed si mors absorpta est ab eo in victoria, quare non carnis humilitas propter humanam salutem assumpta in diuinitatis transierit maiestatem: vt fecerit vtrunque vnum, & non adoremus creaturam, sed creatorem, qui est benedictus in secula, & cætera. Et ad alterius prophetæ, Adorabant ad ortum solis, Omnes nostri (ait) temporis hæretici, qui Dei Filium prædicant creatorem, & tamen adorant eum, relicto diuinitatis templo, & post tergum habito, sua ipsi confessione creaturam adorare se dicunt. Nos autem sic adoramus solem iustitiæ, vt Deum adoremus, & cætera. Et hic quantuscunque solius creatoris adorandi assertor, non etiam

Psal. 98.
Luc. 24.
Anima Christi adoranda.
Philip. 2.
Hier. 17.
Fotin.
Samosaten.
Ioan. 8.
2. Cor. 5.
Gal. 1.
Ose. 13.
1. Cor. 15.
Rom. 9.
Heb. 8.

creaturæ, Christi tamen carnem, quà ea in datatis transiit maiestatẽ, non negat adorandum, adeóque in Christi homine spẽ penere, prophetico diuinoque maledicto non esse contẽdit obnoxium. Vnde Hilarius, Magi, ait, inuolutum pannis adorant, & posito in cunis genu flectunt, sic per eos cunarum sordes (absit verbo inuidia, aut etiã calumnia) adorantur, vagitus per Angelorum diuina gaudia honorantur. Aliud intelligitur, aliud videtur: aliud oculis, aliud animo conspicitur. Parit virgo, partus à Deo est: infans vagit, audiuntur laudantes Angeli: panni sordent, Deus adoratur. Ita potestatis dignitas non amittitur, dum carnis humilitas adoratur. Et ad id Christi, Vnde Satana, Dominum Deum tuum adorabis, Temeritatis, ait, tantæ, qua se diabolus adorari voluerat, congruũ tulit exitum, cùm & criminum suorum in satana nomen audiuit, & Dominum Deum suum in homine adorandum cognouit.

Lib. 2. de Trinitate Magi. Matt. 2. Angeli. Luc. 2.

Canone 3. in Matt. 4. Deus in homine adoratur.

Græcorum Patrum testimonia.

CAP. III.

SIC Origenes (vt ad Græcos veniamus, præter Damascenum loco antè nõ suo, sed nõ sine occasione citatum) ad illud, Quis suscitauit ab Oriente iustitiam, vocauit eam ad pedes suos? Pater, inquit, Filium viuentem & subsistentem iustitiam exurgere fecit ab Oriente, non isto sensibili, sed de veræ lucis oriente, quò ob nostram salutem ad nos iter faceret, & de cœlo descenderet, quò nemo ascendit, nisi qui inde descendit, Filius hominis. Vocauit autem Pater Filium, imò vt verè dicamus, Deus hominem vocauit iustitiam ad pedes suos, id est, incarnationem Filij sui. Ideo & adoramus scabellum pedum illius, iuxta quod scriptum est, Adorate scabellum pedum eius, quia sanctum est. Caro siquidem Domini honorem Deitatis assumit, assumpta vtique à diuinitate, ne huc fortè putes Latinos tantùm ad eum versiculum spectasse putemus. Eodem alibi interprete, Iesus Nauæ hominem videns euaginato in manu eius gladio, non eum

Homil. 5. in Esa. 43. Iuxta lxx. Ioan. 3. 1. Cor. 1. Christus iustitia. Psal. 98. Homil. 6. in Iosue 5. Iosue adorauit Iesum hominem deum.

velut communem hominem intuitus, sed virtutem quãdam esse intelligens, nondum tamen certus ex diuinis virtutibus, an ex contrariis vna foret, non omni spiritui credens, sed spiritus, num ex Deo essent, probans, interrogauit, Nostérne es, an aduersariorum? Quem cùm respondentem audiuisset, Ego sum princeps militiæ virtutis Domini: adorauit, dicens, Domine, quid præcipis seruo tuo? Nimirum cognoscens, quòd is esset non ex Deo tãtùm, sed & quia Deus. Nec eum adoraturus, nisi Deum esse agnouisset. Quis enim alius princeps militiæ virtutũ Domini, nisi D. N. Iesuschristus, per quem omnia, sub quo principum principe omnis cœlorum militat militia, quique principibus super ciuitates largitur principatũ? At Iudæi Christum (nec adorant) nec inuocant, vt in quem non credant: quo enim modo (vel adorarent) vel inuocarent, cui, quem, & in quem nõ credunt? Vnde aliã epistolam Paulus inscribens omnibus qui inuocant nomen Domini Iesu, eum cuius nomen inuocatur, Deum esse pronũciat. Si ergo Enos, Moses Aaron, Samuel inuocabant Dominũ, & ipse exaudiebat eos, sine dubio Christum inuocabant: & si inuocare Dominum & adorare Deum, vnum idémque est, sicut inuocatur Christus, sic & adorandus: Sicut offerimus Deo Patri primo omniũ orationes, postulationes, gratiarum actiones, ita Christo ea offerimus. Vnum enim vtrique honorem deferendum sermo docet diuinus, vt omnes honorificent Filium, sicut honorificant Patrem. Sic leprosus antequam poteret adorare cœpit: antequam rogaret, culturam ostendit, pro hoc ipso Deum & Dominum inuocãs, adorabat eum. Vt magi prius procidentes, adorarunt eum, & ita demũ ei munera obtulerũt, eodem iste modo nunc cadens adorabat, & sic supplices obtulit preces, Domine, inquiens, tu qui dignè adoraris, & meritò coleris, te ergo vt Dominum adoro, &c. Gentilibus contrà, qui sibi videbantur probabiliter nos reprehendere, quasi qui si alium præter vnum Deum, nullum coleremus, possemus deos alios meritò videri contemnere, nunc verò cùm recens exortum, quique super apparuit (hominem) immensis extollamus honoribus, superstitiosiusque colamus, nihil tamen

1. *Ioan.* 4.

Iesus princeps militiæ virtutum Domini.

Iudæi.

Ad Ro. 10.

Inuocatio. vt adoratio diuinitatis argumentum.

1 *Cor.* 1.

Gene. 5.

Psal. 98.

1. *Tim.* 2.

Ioan. 5.

Matt. 8.

Leprosus.

Magi.

Matt 2.

Lib. 8. *contra Celeũ.*

Gentiles.

nos credamus in Deum delinquere, quòd eius ministro tam reuerenter seruiamus, sic Celso, inquam, argutanti sic respondit idem olim Origenes, Siquidem Christi
Ioan.10. teneret illud, Ego & Pater vnum sumus, Et illud eiusdem Patrem orantis, Sicut ego & tu vnum sumus, non putaret nos alium præter vniuersorum Dominum colere. Nam & dicit, Ego in Patre, & Pater in me est. Vnum enim Deum Patrem & Filium colimus, de cæteris nulla apud nos ratio. Nec recens ortum, quasi prius non fuerit, honoramus. Credimus enim dicenti, Antequam Abraham esset, ego sum, Vt Ego sum veritas. Nec nostrũ quisquam adeò ineptit, vt opinetur veritatis essentiam substantiamvé ante aduentus Christi tempora non fuisse. Religiosè ergo colimus Patrem veritatis, & veritatem
Hebr.1. Col.1. Filium. Sic duos, vt quicunque viderit Filium, cùm is sit splendor gloriæ Dei, & figura substantiæ eius, in ipso Deum, vt in imagine Dei, viderit. Eat nunc Celsus, & ex eo quòd vnà cum Deo Filium eius collimus, colligat nos non solum Deum, sed eius quoque ministros adorare. Nos vnum Deum, & vnum eius Filium, Verbum, imaginem votis & precibus, quantùm possumus, honoramus, offerentes ea Deo vniuersorum Domino per suum Vnigenitum, eidem primùm oblata, supplices, vt qui est propiciator pro peccatis nostris, dignetur tanquam pontifex nostras preces & sacrificia offerre Deo Opt Max. In Deo itaque nostra fides consistit, per cõfirmantem eam in nobis eius Filium. Propter quem nõ est quòd Celsus nobis seditiones obiiciat. Veneramur enim Patrem, eò quòd admiramur eius Filium, Verbum, Sapientiam, Veritatem, iustitiam, & quicquid didicimus esse Dei Filium è tali Patre progenitum. Et Celso sic replicanti, si Christianos doceas non esse hũc Dei Filium, sed illum esse Patrem omnium, quem solum reuera coli oportet, non hunc colent nisi vnà cum illo sectæ suæ autore, quem vocant Dei Filium, non quòd Deum magnopere non venerentur, sed quòd istum plus nimio colant & extollant. Nos edocti, respondet Origenes, quis sit
Hebr.1. Sap.7. Dei Filius, minirum splendor gloriæ, & figura substantiæ eius, vapor virtutis diuinæ, emanatio claritatis om-

Offerrimus Deo per Christum.

Christus vt Pontifex offert nostro Deo. Christi nomina.

nipotentis Dei ſyncera, candor lucis æternæ, ſpeculũ immaculatum Dei maieſtatis, & imago bonitatis eius, certò ſcimus hunc eſſe Dei Filium, & Deum huius Patrem, & in hoc ſermone nihil indecens, aut malè Deo congruẽs talem ei ſubſtituere Filium, nec perſuaderi nobis poteſt hunc qui talis ac tantus eſt, non eſſe ingeniti Dei & Patris vnigenitum Filium. Quod ſi Celſus aliter audiuit ab iis qui id negant, ipſe viderit, & qui ſecus docẽt. Nos hũc ipſum Dei Filium eſſe aſſerimus, Dei, inquam, quem (ſi Celſi verbis vtendum eſt) magnopere veneramur, & Filium eius maximis à Patre honoribus auctum agnoſcimus. Hęc ille de cultu Chriſti Dei hominis pro Chriſtianis cõtra Iudæos & Gentiles, omiſſis pauculis, quæ ſecutum pòſt Arianiſmum ſubolerent. Contra quã hæreſim propius rem noſtrã, clarius item ac diſtinctius de vtriuſque in Chriſto naturæ cultu ſic Athanaſius, Nos, inquit, creaturã non adoramus, abſit. In Ethnicos & Arianos id delirium cõpetit: Sed Dominum rerum creatarũ, incarnatum Dei verbum adoramus, Nam etſi caro per ſe pars ſit rerum creatarum, Dei tamen corpus effecta eſt, quod ſeorſum diſcriminatum à Verbo adoratione non proſequimur, nec Verbũ adoraturi, id à carne ſeponimus, ſed illud in carne ſitum Deum agnoſcimus. Quis ergo tam vecors, vt ei ita loquatur, Abſiſte à corpore, vt te adorem? tam impius, vt cum Iudæis propter corpus ei dicat, Cur tu, cùm homo ſis, Deum te facis? Atqui non iſtiuſmodi Leproſus erat: adorabat enim Dominum in corpore, Deúmq; eſſe perſentiebat, nec ob carnẽ arbitratus creaturam eſſe Dei Verbum, neque quia Verbum erat opifex rerum, carnem, qua id indutum erat, pro nihilo habens, ſed vt in re creata creatorẽ ſubſiſtentẽ adorabat, ideóq; mundatus eſt. Quodq; maius & mirabilius, Pendente in cruce Domino, cùm eius ibi corpus eſſet, & in corpore Verbum, Centurio nihil omnium ex rebus creatis Arianâ audaciâ cogitauit, num incarnato Verbo medendum eſſet, ſed quamuis eum hominem eſſe intuerẽtur & cum illo turbæ, rerum tamen cum conditorem agnoſcebant: humanam licet vocem audirent, non eum tamen ideo creaturam autumabãt, imò maiorem in modum inhor-

Oratione 5. ad Adolphum.
Ariani.
Caro ſine corpus Domini ſeorſum non adoratur.
Ioan. 10.
Leproſus. Matt. 8.
Matt. 27. Marc. 15. Luc. 23. Centurio.

reſcebant, nihilóque minus ſic agnoſcebant, quaſi è ſancto templo ſuo vocem edidiſſet, Sol obtenebratus, ſciſſæ petræ, terra tremens, velum ruptum, reſuſcitata corpora: rerum natura rem creatã non adorabat, nec ob eius carnem eũ recuſauit adorationibus proſequi, ſed ideo adorauit, quia vidit ſuum opificem architectúmque in carne

Phil.2. conſiſtere. Et in nomine Ieſu omne genu flectebatur, & in poſterum flectetur, & omnis lingua confitebitur eum eſſe in gloria Patris. Non enim caro ignominiam attulit Verbo Dei, abſit: ſed potius caro per Verbum Dei glorificata eſt. Nec quia ſeruilem formã aſſumpſit, qui in forma Dei eſt, quicquam diminutus eſt in ſua Deitate, ſed vniuerſę potius carnis rerúmq; creatarũ inde liberator & vindex effectus. Et paulò pòſt ſic perorat, Quapropter, dilecte, qui Dominum diligunt, ſic admoue & inſtrue: qui Iudam ſequuntur, ſic dedoce, vt agnoſcant nos, qui Dominum in carne adoramus, non creaturam adorare, ſed

Templum circa. Propitiatorium. Hebr.9. Exod.23. 34. Deut.16. creatorem corpore creato indutũ. Porrò velim te ab eis exquirere, Cùm Iſraëlitis edicebatur vt Hieroſolymam aſcẽderet, Dominum in templo adoraturi, vbi erat Arca, & ſuper eam Cherubin propiciatorium inumbrantes, recténe fecerint, an contrà? Si malè fecerunt eo quòd legi obtemperauerint, cur qui legem contẽnunt, pœnis ſubiiciuntur? Scriptum eſt enim, Quod qui contẽpſerit, & nõ aſcenderit, exterminabitur de populo. Sin verò rectè fe-

Sic pòſt Rufticus ca. 5. pag.112. cerunt, eáq; re Domino placuerunt, quî, quæſo, nõ digni ſunt ſæpius perire, qui priſci erga templum populi reuerentiam laudant, Dominum in carne, vt in templo ſuo, adorare recuſant? Atqui templum prius lapidibus & auro conſtructũ fuit, vtpotè figura, quod ſuperueniẽte veri-

Caro Dei templum. Templum vetus noui figura. tate exoleſcit, cuius nec lapis ſuper lapidẽ, iuxta Chriſti verbum, non diſturbatus manſerit. Nec tamen qui id videbant lapidẽ eſſe, arbitrati ſunt Dominũ in eo oracula

Matt.24. Marc.13. Luc.21. Luc.1. edentẽ, lapideum aut creaturam eſſe, nec templũ vilipendebant, procul inde adoratũ abeuntes: ſed illud ingreſſi, ritè ac legitimè Deum è templo ſuo oracula edentem coluerunt. Quod cùm ita ſe habeat, quî fieri poſſet, vt Do-

Corpus Domini amini- mini corpus vndiquaque ſanctiſſimum, ab Archangelo Euangelizatum, à Spirituſancto formatum, amiculúmq;

Verbi Dei, non sit adorabile, cùm Verbũ manu sua corporea febricitantes sanauerit, humana voce mortuos excitauerit, manibus in cruce protensis principes aëris prostrauerit, viam nobis ad cœlum strauerit? Ergóne qui tẽplum vilipendit, vilipendit & Dominum qui in templo est, qui disgregat Verbum à corpore suo, gratiam in eo nobis datã non reprobat? &c. Quapropter ne ideo quia corpus res creatitia est, Verbũ quoque rem esse creatitiã censeatis: neu quia Verbum res creatitia non est, corpori eius obtrectetis, &c. Et contra eosdem, Adoratur ab Angelis, non tantùm vt gloria maior, sed vt alius, discretus, seiunctúsque à conditione creaturarum omnium: Patri tantummodò æqualis secundum rationẽ substantiæ: Si enim ideo quia gloriâ sublimior, adoraretur, par erat vt omnia inferiora superioribus se adorando inclinarent, sed id ita non est. Creatura siquidem creaturã non adorat: sed quæ seruilis sunt conditionis, dominos: & quæ creaturę sunt, Deũ adoratione colunt. Vnde Petrus Cornelium, Angelus Ioannem adorare se volentes inhibuerunt, Deũ, dixit hic, adora: Et ille, homo sum, solius hoc est numinis. Quod ab Angelis nõ ignoratur, qui cæteros licet gloriâ transcendant, creaturas tamen se, nec in adorandorum, sed adorantium classe agnoscunt & computant, Conseruus, aiebat ille, tuus ego sum. Et alius, Non mihi offer, sed Deo. Ab omnibus contrà tum Angelis, tũ gentibus Dominus adoratur, Tibi, ait propheta, serui erunt, supplicabunt, adorabunt. Non est Deus præter te. Et discipulos se adorare permittit, instruẽs eos quisnam sit, Magister, inquit, sum & Dominus. Thomã eum vocantem Dominum Deúmq; suũ non impedit, & verbis vti cõcedit, quibus & prophetæ, Dominus ipse virtutum & exercituũ, Deus verus, Omnipotens, alioqui non adoratus fuisset, si vllo modo creatura fuisset. Nunc autem, quia creatura non est, sed propriũ ex Dei adorandi substãtia germen, & naturalis Filius, ideo adoratur, & Deus creditur, & Dominus, & autor, & omnipotens, eadẽ qua eius Pater, ratione, &c. Si qui cauillantur, Deum habitantis more in carne sua fuisse, repudientur: Deũ licet in nobis habitare quod dicunt, recipiatur. Id enim scriptura

culum & organum.

Matt. 23.

Serm. 3.

Act. 10. *Apoc.* 19. 22.

Psal. 96. *Hebr.* 1. *Esa.* 45.

Ioã. 13. 20.

Psal. 23. *Sabaoth.*

De incarnatione Verbi Dei.

Leuit.26. *2.Cor.6.* testatur,Habitabo in illis,& obambulabo.Alioqui nihil inter nos & Christum discriminis esset. Quem si hominem adoras,eo quòd ibi inhabitet Dei Verbũ,vnâ quo-

Sancti. que operâ Sanctos adoras, ob Deum in eis domicilium habẽtem. Nos Dominum nostrum spiritu Deum, carne hominem esse fatemur. Procreationem ex fœmina irrideant licet increduli, & carnis esse, nõ Deitatis,ganniãt,

Gal.4. *De incarnatione Christi.* Dicimus Deum carni adunitum, & eatenus ex muliere factum,natum, vnum esse. Sed respondebitis, Nos rem creatitiam non adoramus.O stulti,cur nõ cogitatis creatum Domini corpus non auferre adorationem eius qui increatus est? Et quia increati corpus factum est,ideo eius corpus dicitur, cuius factum est, ac ei proinde sacra offertis,vestram adhibetis adorationem, eáque de causa legitimè adoratur,& diuina colitur adoratione.Deus enim Verbum est, cuius proprium est corpus. Ideo cùm

Matt.28. *De cõmuni essentia Patris,& Filij,& Spiritus sancti.* accessissent ad eum mulieres, pedes eius tenuerunt, & Deum adorauerunt. Quòd si contentiosius agant hæretici,alium esse Patris dominatum, alium Filij,mirum cur sustineant duobus inseruire, cùm vox Domini sit, id neminem posse. Si alius est Patris,alius Filij,& potestatem diuidis,quomodo regnum coles? non possunt simul coli

Matt.6. duæ,nisi ordinis eiusdem, potestates. Nemo adorat Regem & eius præfectum. Vbi enim par dignitas,ibi par adoratio. Non permisit tibi Christus honorem diuidere,

Ioan.5. Hæc, inquiens, est voluntas Patris, vt omnes honorent Filium quomodo & Patrem, Honora Patrem, vt honores Filium, vel potius honora Filium, vt Patrem honores,& contumeliã in Filium Deus suam putat,Qui enim

Ioan.15. odit me,odit & Patrem,dicit Dominus. Non recipit Pater honorem erga se, cùm Filius eius contumelia afficitur. Hactenus Athanasius tantus diuinitatis Christi assertor, & humanitatis tamen eiusdem simul adorator, adeo nemo alterutri Domini naturæ litem mouit, qui non & super ipsius cultu litigarit: Nemo contrà de vtrâque rectè sensit, qui non idem vtriusque cultum propugnarit.In ea enim naturarum coniunctione,quâ constat Dominus, vt rectè disseruit post Athanasium centũ plus minus annis Anastasius Antiochenus patriarcha, super

eius passione & impassibilitate, In hac inquam, naturarum in Domino vnione, necessarium prorsus est credere aliud quiddam interceſſiſſe præter corpus & animam, vtroque *venerabilius*, idque quod præcellit & principalius quiddam est: corpus quidem ipsum discipulis in cibum præbuit, animam autem pro amicis posuit, hoc pacto suã erga nos eximiam declarans charitatem. Quid autẽ hoc erat? Diuina nimirum eius maiestas terreno corpori counita, adeo citra vllam humanæ passionis corruptelam, vt miracula Deo quidem Verbo præcipuè ascribẽda venirent, sed per quæ & caro simul glorificabatur, clauis licet cruci affixa, lanceæ ictu perforata, aceto potata, à suæ denique legis violatoribus omne contumeliarum genus vltro sustinens, sed habens secundum subsistentiam sibi counitam impassibile Dei verbum. Quique ea ex carne excernebatur sanguis, puncturis expressus, esse cẽsebatur (prout erat) incorporei & incruẽti Verbi cruor, iuxta rationem, qua Christus vtrâque constans natura vnus est, Deus quippe simul & homo. Hęc ille. Sic antè ex corporis à Verbo assumptione, & in eo adoratione, vtrunq; de anima iidem patres collegerant, & tutati erant aduersus Apollinarem imperfectæ in Christo œconomiæ autorẽ, vt qui à Verbo assumptam negaret modò animã, modò mentem, seu animam mente ac ratione prędita: sic animæ humanæ nec medicinam, nec salutem, nec honorem relinquens, qua corpus tamen regitur, quæ autem nostri pars à Deo susceptа non est, eadem nec sanata est, sed salutis expers, & inhonora relicta. Atqui corpus humanum hoc, & ita terrenum, ab inuisibilibus virtutibus & omni cœlorum intellectuali militia adorari fatebatur. Quo ergo modo anima vt ad imaginem condita, & corpore profectior, infra ipsum mãsit, in terris remãsit, non à Filio Dei susceptа, & sic hucusque contumeliis peccati concluſa, incurata, & inhonorata? Nam & hoc alioqui si quis concesserit, concesserit idem tandem corpus esse anima rationali præstãtius sibi quidem corpus & à creatore assumptum, sanatúmque est, & à creaturis etiam cœlestibus adoratur. Vnde Aquinas tantò pòst sic proponenti, Anima Christi, siquidẽ non esset Verbo vnita, esset

Lib. 4. Christi corpus, Anima, deitas.

Miracula Christi.

Sanguis.

Cruor.

Animæ à verbo assũptio, & assumptæ adoratio.

Apollinaris.

Theod. ret. lib. 5. cap. 3.

Tripartit. lib. 9. ca. 3.

Nicephor. lib. 12. c. 4.

Corpus Domini adoratur & ab angelis.

Par. 3. quæstio. 25. articu. 1. & 2.

tamen propter eam quam habet, sapientiæ & gratiæ excellentiam, veneranda. Nihil autem ei per hoc quod verbo vnita est, dignitatis est subtractum: Natura ergo humana in Christo propria quadam veneratione, præter eam quæ diuinitati eius tribuitur, veneranda est, sic respondet, animam quidem, etiamsi non fuisset vnita Dei verbo, fuisse tamen futuram id, quod in homine principalissimum est: Sed qui ea anima vnita est personæ digniori, ei personæ præcipuè debetur honor, cui ea anima vnita est. Neque per hoc tamen diminuitur eius animæ dignitas, sed augetur: humana enim tota, nedum animæ, natura dignior est in Christo quàm in nobis, quia dignius est alicui in alio se digniori, quàm per se existere. Adora, ait breuiter non minus quàm doctè piéque Nazianzenus, illum qui pro te suspensus est. Venerare verbum. Atqui Christus non in carne modò passus, vt ait Petrus, vt eam colamus, sed & in anima, eâ vel ad mortem vsque tristatus, quidni eam quoque adoremus? Et vt de cultus ratione non dubitemus, Latriam alibi vocat, alibi indiuisibilem Filio cum Patre vt diuinitatem, sic honorem. Sic ibi suos alloquens, populemi, Christo cultum (latriam, quam vocem græcam prior reliquit interpres latinas) offerre censeas. Hîc ita, hoc omnibus de nobis affirma, nos Dei Filium, ex Patre primùm, ac deinde ex S.V. Maria genitum, coniungere, nec Filios duos nominare, sed vnum & eundem in diuinitate indiuisibili & honore adorare. Et ex eiusdem cultus genere colligit passim aduersus Ariomanitas Epiphanius, eum & vocari & esse Deum Dei Filium, nec gratiâ, vt alios, sed naturâ, vt vnicum, quòd & nondum incarnatus, incarnandus adhuc, & pòst etiam incarnatus adoratur ab omnibus creaturis, etiam Angelis. Et siquidem Filius solùm vocaretur, vt & reliqui Dei filij, Ergo nec ab aliis differt, & quomodo sicut Deus adoratur? Oportebat igitur etiam alios omnes, de quibus nomen adoptionis dicitur, velut eum adorari, quoniam Dei etiam filij appellantur. At veritas non sic habet, sed nouit semper vnum Dei vnigenitum filium, cui omnia cultum diuinum præstant, quem adorant, cui omne genu flectitur, &c. Et, si non est verus

In sanctum lauacrum.
1. Pet. 4.
Matt. 26.
Mar. 14.
Ioan. 12.
Latria.
Oratione ad episc. Egypti appulsum.
Epist. 2. ad Eudonium.
Filius vn⁹, non duo.
Hæres. 69.
Arcomanitæ filius D. natura, nõ gratia. Christ⁹ ante & post incarnationẽ adoratus.
Filij D. adoptiui.

Deus, nec adorandus est. Et si creatus est, non est Deus. *Phil.2.* Et si non est adorandus, quomodo igitur Deus prædicatur? Et, quomodo creauit Deus Deum in adorationem proponens: quomodo creauit sibi Filium, & adorari præcepit, cùm toties dicat, creaturam ne adores? Stultum enim est, stultum inquam, creaturam deificare, hoc est, primum Dei præceptum reprobare, Deum tuum adorabis, eique soli cultum præstabis, soli seruies. Sancta ergo Dei Ecclesia, nõ creaturam adorat, sed Filium genitum, Patrem in Filio, Filium in Patre cum Spiritu. Et, horrendus ac terribilis angelis Filius Patris, citra ambiguitatem ab his qui vitam cupiunt, creditur & adoratur. Et, si nondum regnat, quomodo reperitur semper adorari ab angelis & archangelis, & ante aduentum in carne, & in aduentu in carne? vt de ipso scriptura dicit, Cum induxerit primogenitum in orbem terrarum, adorent ipsum omnes angeli Dei, & flectet se ipsi omne genu, &c. Et dictum illud magni cantici à Mose conscripti, Adorent ipsum omnes filij Dei, confortent eum omnes angeli, tantò pòst impleri inuenimus, cùm visus est ab angelis confortari, non vt ei robur darent aut adderent angeli, qui angelorum confortatione non indigeret, sed ipsum confortent, hoc est, confitendo propriam ipsius fortitudinem ipsi attribuant. Sic aliàs sæpe debiles, Deum benediximus, & confortauimus, nostra alioqui neque benedictione, neque confortatione indigentem, dicentes, Tua est potentia, tuum robur, tuus honor, tua benedictio, gloria, fortitudo, non hæc quidem ei omnia dantes, sed dantis potius potentiam confitentes, & fortitudinem attribuentes. Sic angelus admiratione super Domini sui erga homines benignitatis excellentia, quòd cùm Deus esset, cum patre in cœlo adoraretur ab angelis, vltro non modò carnem induisset, sed ad crucis vsque mortem se pro sua creatura demisisset, quo ea per ipsum, contra mortem trophæum erigeret, & hostem mortis, dominum triumpharet & aboleret. Hæc inquam, angelus admiratus, Dominum proprium in tali studio & admirabili actione consistentem glorificans ac benedicens, dicebat, Tua est adoratio, potentia, fortitudo, &c. Sic illud

Deut.6.

Pſal.96.
Hebr.1.
Phil.2.
Deut.31.
Luc.22.
Angelus Christum Deum adorat. homine confortat.
1.Par.29.

Mosaicum superius implens, Laudent, adorent, confortent eum omnes angeli Dei. Hæc ille, Locus certè luculentus, sed cuius sensum Epiphanius & spiritum magis secutus sit, quàm vel Hebræorum, vel septuaginta literam. Idem in Aëriun ex Sanctorum inter sacra memoriis separat Dominum ab hominum (parorum videlicet) ordine, per honorem, inquiens, quem ei exhibemus, & vt adorationem ei præstemus, id considerantes, quòd Dominus non est vlli hominum adęquatus, etiamsi millies & vltrà in iustitia quicunque homo degat. quo enim modo id possibile? Ille enim etiam Deus, hic homo tantùm, &c. Et aduersus Anomoers, Adoras Filium Dei, aut non adoras? Adoro, inquis, Deum adoras, an nō? Deum, inquis, adoro. Qualis ergo Deus, qui apud te creatus dicitur, & adoratur? siquidem enim vnum creauit adorandus Deus, & hunc adorari voluit, reliqua verò omnia creator non vult adorari, imò accusat adorantes creaturam, quique creaturam præter creatorem colunt. Quî ergo præcipit ne adorentur? num personarum acceptor? Absit. Sed in hoc quod vnus adoratur, ostendit prorsus alium esse eum qui adoratur, præter creaturam, & aliam creaturam, quæ non adoratur præter adorandum Dominum, Filium Dei ex Patre natum, qui ideo quod ex ipso genitus est ei similis, ea propter & adorandus ab omnibus est. Nec ita pòst, eodem, hoc est! adorationis argumento colligit Filium vt Patri non dissimilem, aut dissimili adæquatum, alioqui & alia dissimilia & inferiora adoranda, nec iam amplius vnus cum eo, hoc est, vna Trinitas, Deitas, adoratio, ita non simile vnum verbum omnibus verbis, nec vnum Filium omnibus sic allegoricè vocatis æqualem, non enim est cum omnibus, sed per quem omnes: omnem autem creaturam non adorādum, vt quæ dissimilis Patri sit, qui adoratur in Filio: & Filio qui in Patre adoratur cum sancto spiritu. Et aliquantò antè, Quis ex Christianis salutarem Dei prædicationem edoctis, hac relicta, per fabulosum tuum errorem persuasus, relinquat Deum semper existentem & Sanctum eius Spiritum, vt à te audiat de genito (facto) Deo, quò & inter stultos censeatur, vt qui didicerit adorare creatu-

Hæres 75. Christus cultu à cæteris hominib. separatus.

Hæres. 76. Christus ex cultu, Deus patri æqualis, non creatura.

Rom. 1.

Filius patri similis, non dissimilis, nec adæquatus.

Trinitas vna, Deitas, adoratio.

Filij allegoricè dicti.

Aetij fabulæ & errores.

Rom. 1.

ram præter creatorem? Aliquantò item pòst, Addis & legi naturæ & fidei pietati, vt meliores (scilicet) fiamus ex donato Deo, vt ex ingenito genitum intelligamus dignitate adæquatum, quo qui apud te adoratur dissimilis, æqualis ei, qui secundum te prædicatur dissimiliter, inueniatur. Siquidem ergo Patrem adorauisti, nomine nudo & per Ironiam simulationemque honorem obtulisti, Si & Filium, Patri eum tamen agnoscens dissimilem, confusionem es in adoratione operatus, dissimilem nempe dissimili æqualiter veneratus. Sin verò præ incredulitatis tuæ præsumptione negabis te adorare Filium, redarguêris ab omnibus, eum non agnoscens, qui debitè ab omnibus adoratur, vt quem adorent omnes angeli Dei, & adorauit Maria glorioſè in carne ſuſcitatum, & omnes eius discipuli. Non enim facti nomen habet aut creati, genitum ex Patre sciunt, & adorant existentem ex eo qui est, & sanctum ex ipso spiritum. Paulò pòst, Tribus his nihil aliud simile secundum naturam, neque adorationem, vt potè de nihilo creata, & non adorando. Horum nihil, inquam, Patri adæquatur aut coadoratur. Non dixit, Qui non honorat angelos velut Patrem. Neque tantùm, Qui non honorat etiam Filium, sed, Filium sicut Patrem, Similiter & Spiritum, & cæt. Et adhuc pòst, Diuiso adorando ab his qui adorant, adoranda est Trinitas, adeóque sola adoratur, In qua Patri vt cooperantur, ita & coadorantur Filius & Spiritusſanctus. Cùm ergo constans ac certus nos doceas de his qui creaturæ diuinum cultum præstiterunt, quòd stulti facti sunt, quomodo non idem inconstans & incertus inuenieris, simul Deum (Filium) pro creatura accipere, & hunc tamen adorare, cùm fidei naturæ reiiciat adorationem à creato, & creatum ab adorando? Alioqui talis fides (creaturam vt creatorem adorans) idololatria potius erit quàm diuinus cultus. Creaturarum enim diuersitas, earum licet aliæ aliis præcellant, non distinguit honoris æqualitatem. Nam cùm in eis seruum sit creaturæ nomen, non liberum, si vna in parte quod seruum est, adoratur, nihil differt adoratio ab alia parte, etiamsi inferior sit,

Patrẽ nomine tenus adorat, qui filiũ dissimiliter, nec æqualiter adorat.

Psal. 96.
Hebr. 1.
Mat. 28.
Luc. 24.

Trss personæ coadorãdæ.

Ioan. 5.

Trinitas sola adorãda.

Filius & spiritusanctus Patri coadorãtur.

Rom 1.

Creatum & adorandum pugnant.

Creaturæ nomen seruum, non liberum.

Hactenus Epiphanius de Christo quidem adorando, sed quà filio Dei Deo, itáque patri coadorando, quia coëssentiali, &c. Nihílne verò super eodem quà homine hominis filio, colendo, & corporis eius cultu? Sic igitur de hoc noster hic alibi, Ait contentiosus aliquis & ambitiosus, Ecquid dicis corpus ex Maria? nimirū assumptum. Maria verò quid? creata an increata? creata etiam dicimus, genita ex viro & muliere. Corpus igitur ex Maria quid? Adoras saluatorem incorporatum, an non adoras? Quomodo verò non adorabo? Si enim non adorauero, non habeo vitam. Creaturam igitur adoras, corpus vtique. Næ ingens eorum væsania, qui talia dicunt. Et rex enim purpuram indutus ab omnibus adoratur. Num ergo purpura an rex adoratur? Clarum est quòd rex: coadoratur autem cum eo etiam & purpura quam gestat, quam vbi exuit, & in locum reposuit, non amplius ea vestis adoratur. Sedet item in templo sæpe rex in proprio throno, & in eo regem adorant adorantes, vbi verò surrexit, nemo neque templum neque thronum adorat. Nemo autem adeò insanit, vt regem in alrerutro adorare volens, ei dicat, Egredere de templo tuo, vt te adorem. Sic sanè nemo dixerit vnigenito, dimitte corpus, vt te adorem: sed adorat cum corpore vnigenitum, increatum cum sancto, quod veniens accepit, templo. Nemo item dicit, Surge ex throno, vt te adorem citra thronum, sed adorat regem cum throno. Itaque & Christus adoratur cum corpore sepulto, quod & resurrexit. Et aliquanto pòst, Crucifixus ergo, crucifixus est Dominus, & adoramus crucifixum, sepultum, suscitatum, assumptum ad cœlos. O altitudo diuitiarum & sapientiæ Dei! &c. Videsne hoc simile Latinis esse hîc cum Græcis commune, vt iam non tam Scholasticum sit, quàm catholicum. Epiphanio aliquantò anterior Cæsariensis Eusebius, eundem hunc Christi cultum demonstrat ex Iacob ad Iudam prophetia, Quòd laudandas esset à fratribus suis, manus in tergum inimicorum iniecturus, adorandus à filiis matris suæ. Quæ suum in Christo finem consecuta sunt, quo tempore dum miras virtutes & prodigiosa miracula ederet, admirationi erat, & laudabatur à suis discipulis & Apostolis

In ancorato

B. V. Maria genita ex viro, & muliere.

Purpura.

Thronus regius.

Templū Dei corpus Domini.

Crucifixum adoramus.

Rom 11.

Simile catholicum.

Demōstrat. Euang. lib. 8. *cap.* 1.

Gene. 49.

Iudas à fratribus adoratus, Christus à discipulis.

Apostolis, quos etiam fratres vocare non grauabatur. Hunc inquam, fratres illi miraculorum gratiâ tanquam mirabilem virum duntaxat ab initio laudabant, vnum aliquem de prophetis, vt verisimile est, suspicati. At eiusdem actiones omnem fidem superantes, intuiti, ante crucem & post, & in ipsa cruce, de morte huius seculi domina, de malignis, spiritibus huius mundi principibus, & omnibus inimicis suis victoriam, tum verò Deum illum esse credentes, adorauerunt, & completum est illud, Adorabunt te filij Patris tui, omnes videlicet qui in cœlo sunt Angeli, spiritus inseruientes, ac diuinæ potestates, necnon in terra degentes Apostoli, & post eos quicunque per ipsum vni & soli vero Patri Deo se addixerunt, qui vbi Deum verbum Christum esse didicere, tum se illum vt Deum adorare confessi sunt. Hoc vtique soli conuenit Christo, cui repositum fuit vt adoraretur à fratribus, & expectaretur à gentibus, vt mox in Ambrosio sequitur. Idem in non absimili Ioseph somnio, sui à sole, luna, & stellis vndecim (quot idem fratres habebat) aliquando adorandi prognostico, secutus Augustinus, Ecclesia, inquit, est sol, luna, stellæ, cui dictum est, Speciosa vt luna, electa vt sol. Ab hac adoratur Ioseph noster in hoc mundo, velut in Ægypto, ex humillimo sublimatus. Nam Iosephum illum mater certè adorare nõ potuit, antè defuncta quàm Iacob veniisset ad filium, vt prophetici somnij veritas adimplenda Christo Domino seruaretur. Secutus & in hoc inquam, sensu catechistem suum Augustinus Ambrosium hîc ita percontantem, Quis ille est, quem parentes & fratres adorauerunt super terram, nisi Christus Iesus, quando eum Maria & Ioseph cum discipulis adorauerunt, Deum verum in illo esse corpore confidentes, de quo solo dictum est, laudate eum sol & luna, laudate eum omnes stellæ & lumẽ? De vtriusque item in Christo naturæ coniunctione sic Chrysostomus, Theophylactus item eius collector, ac penè simius, ad id, Pater dedit omne iudicium Filio, Ne audientes autorem Patrem esse Filij, intelligamus quasi sic eius sit, vt & creaturarum, autor, ideoque honoris introducamus imminutionem, In nullo, ait, minor est Pa-

Matt. 28. *Ioan. 21.* *Hebr. 2.* *Psal. 21.* *Psal. 96.* *Hebr. 1.* *Luc. 24.* *Gene. 37.* *Epistol. 80.* *Ioseph à stellis, Christus ab Ecclesia adoratus.* *Cant. 6.* *Lib. de Ioseph. cap. 2. & 3.* *Psal. 148.* *Ioan. 5.* *Pater autor Filij.*

tre. Nam qui potestatem habet iudicandi, hoc est, honorandi & puniendi sicut vult, eadem potest quę potest Pater: ideóque eodem quo Patrem, modo, eum oportet honorare, quod sequitur, Vt omnes honorent Filium, non simpliciter, sed sicut honorat Patrem. Ita Ariani, quia vt creaturam, putant honorandum Filium, decet autem honorari eum sicut Patrem, & Patrem quoque veluti creaturam honorare omnino redarguuntur, vel omnino Filium non honorant, & cũ Iudæis ordinantur. Quo enim modo Patrem honorant, qui non honorant Filium? Subdit enim, Qui non honorat Filium, non simpliciter, sed, qui non ita, sicut dixi, nec Patrem honorat. Quia si quis dicat, Creatura quidem Filius est, sed omnium excellentissima, & opinetur falsum illum & vanum honorẽ, inhonorat omnino & Patrem qui misit Filium, &c. De eodem item quà homine, sed homine Deo, ad id, Data est mihi omnis potestas in cęlo & in terra, Meritò, quasi dicerat, Ego prius condemnata natura, Deus autem secundum vnionem ad Dei Filium existens, accepi potestatem super omnia, vt & ab angelis in cœlo adorer, & super terram ab omnibus finibus glorificer, humana enim natura prius seruiens, nunc in Christo omnibus imperat, nunc vnita Dei verbo personaliter in cœlo sedet, & ab angelis adoratur. Et in contentione discipulorum de primatu, Cùm ego, quem omnis rationalis etiam angelica adorat creatura, in medio vestri sim & ministrẽ, quo vos modo digni, qui de vobis magna sentiatis, & primas ad vos partes rapiatis? Ad id, Ferebatur in cœlum, Eò præcursor omnium ascendit, vt consedeat in cœlis Patri. Et nunc adoratur natura nostra in cœlo ab omni angelica virtute. Ad id, Et habitauit in nobis, Confundantur Armenij, qui vnam colunt naturam, Nam quia prædixerat, Verbum caro factum est, ne quis suspicetur Christum vnã naturam esse factum, ostendit duas eius naturas, nostrã scilicet, & verbi: vt alterius naturæ est tabernaculum, & alterius is qui in eo habitat, ita verbum in nobis, hoc est, in natura nostra habitans. Ad id, Pater, glorifica me, hoc est, humanam meam naturam, quæ nunc in ignominia est, & crucifigẽda, & subuehe in eam gloriã, quam habebam apud

Ariani Iudæi sunt.

Matt. 28.

Humana natura ab hominib. in Christo condemnata ab angelis adoratur.

Humana natura prius serua, nunc imperat.

Personaliter Luc. 22.

Luc. 24.

Ioan. 1.

Armenij.

Tabernaculum.

Ioan. 17.

te Ego verbum & Filius tuus, priusquam mundus esset. Collocauit enim humanam naturam in throno Regio, & nunc adoratur ab omni creatura. Ad id, Consedere fecit nos in Christo, vt, &c. perinde atque in eo à procumbentibus angelis adoramur, non quia hunc nobis honorem quò ad nostram personam deferant, sed natura nostra Deo verbo vnita, ab eis adorata, inde & ad nos ea gloria transmeat, sic & nos consedebimus. Ad id, configuratum corpori claritatis suæ, Corpus, ait, nostrum cõforme ipsi factum per afflictionum communicationem, conforme quoque efficietur eiusdem glorię, ei inquam, quod ab angelis adoratur ad Patris dextram considens, hoc nostrum conforme fiet. Et paulò antè, ad id, Vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium, terrestrium, infernorum, hoc est, mũdus vniuersus, & angeli, & dæmones, & homines submissis eum genibus venerabundi adorẽt. Quid igitur, obiicienti alibi, Cùm impium sit creaturam adorare, nam aut creatum Deum nominabis, aut non dices corpus Domini creatum? Vide ergo quòd & tu creaturam adoras. Respondet, quod eo prior Athanasius, ei æqualis Epiphanius, eo posterior Damascenus, Insipiẽs, Nemo dicit regi, Exue purpuram quam indutus es, vel à throno tuo surge, vt nudum te adorem: sed regem adorat purpura vestitum, & throno insidientem. Complacitum enim Deo verbo fuit, vt creatam carnem nostram sibi absque macula adunaret, & ea, quatenus Deo verbo adest, cum Deo verbo adoraretur, Quod significans Dauid, Adorate, ait, scabellum pedũ eius, quoniam sanctus est. Alibi autem terra scabellum pedum eius dicitur: Terram ergo nos iubes adorare Dauid, quam Moses adorari vetat? Videte sacramentum, Quoniam adunaturus erat sibi carnem nostram: caro autem nostra ex Adam, ex terra est, iuxta quod dicit, Adorate. Nos terram non adoramus, sed Deum verbum, qui sibi carnem ex Adæ terra formatam absque peccato vniuit.

Eph. 2.
Adoramus in Christo ab angelis.
Phil. 3.
Phil. 2.
Serm. de Trinitate.
Purpura.
Thronus.
Psal. 98.
Esa. 66.
Scabellum pedum D.

Ephesinæ I. *Synodi* III. *vniuersalis, eorumque qui ab ea steterunt, Patrum, testimonia.*

CAP. IIII.

SEd hanc quæstionem veterum nemo melius aut sæpius ventilauit Cyrillo Alexandrino, Ephesinæ quippe Synodi tertiæ vniuersalis præside. In qua duæ in vna Christi persona naturæ sartę tectæ (quod aiunt) ab omni cùm aliâ, tum Nestorij hæresi synceræ sunt & integræ conseruatæ. Ad id ergo Christi, Nos adoramus quod scimus, Adorantibus, inquit, seipsum connumerat, qui cum Patre & spiritu sancto tam ab angelis quàm nobis adoratur. Serui enim formâ sumptâ, ministerium etiam seruo suscepit conueniens, nec amisit ne vt Deus ac Dominus adorabilis sit, factus homo. Conuenit autem maximè hominibus adorationem tanquam Deo debitam offerre. Adorat igitur etiam Christus, postquam factus est homo, vt homo: adoratur autem semper, quia verus secundum naturam Deus. Nam si vllo modo adorare Filius Patrem, vt Deus, dicitur, non effugiet quin vt adorator, ita & seruus & creatura dicatur. Lex enim adorationem seruituti coniunxit, dicens, D.D.T. adorabis, eique soli seruies, cùm ianua quasi quædam & via ad seruitutem sit adoratio, adeóque seruitutis initiũ & professio. Coniunxit & procidentiam, Venite, ait, adoremus, & procidamus ante eum, hac enim re nihil magis, si quis rectè rerum conditiones intelligat, quàm seruitutis signi ficari habitum. Et concludit, multis antè contrà errantium obiectionibus resolutis, hîc præ prolixitate omissis. Si contendere adhuc audent, ostendant in omni scriptura, vbi verbo & Filio Dei carne nudo, adoratio attribuatur? Nam vt homo iure adorat, sic antequam homo fieret, nunquam in sacris literis id ab eo factum esse ostenditur. Sed quod qua ratione Dei verbum est, non adorat, factus autem homo propter nos, id propter carnem suscepit, non aliunde melius quàm ex eius verbis cognoscemus, Vos, ait, adoratis, nos adoramus: vbi cùm plurali numero vtatur, & seruis seipsum annumeret, perspicuum est, hæc vt à seruitutis homine dici. Quid enim prohibuit (siquidem aliter Patris adorator prædicari vellet) singulari numero dicere, Ego adoro, vt cæteris non connumeratis sibi hoc tribueret? Cùm verò NOS dicat,

Ioan. 4.
Lib. 2. ca. 9.
Christus Deus adoratur, homo adorat.

Adoratio seruituti coniuncta.
Deut. 6.
Psal. 94.
Procidentia adorantiũ.

Adorat. 2.
Adoramus.

Nos iudæi.

propter incarnationem, quia homo propter nos factus, adorantibus Iudæis se propter regionem connumerat. Et ex eodem loco in Thesauro, Ad Samaritanam quasi Iudæus, nos adoramus, vt homo loquitur, non enim ex adorantibus, verbum est, sed cum Patre & Spiritusancto simul adoratur. Nemo autem ignorat, nulli prorsus naturæ, præterquam Dei, adorationē à scriptura contribui, D.D.T.adorabis, &c. Si soli ergo Deo adoratio à creaturis debetur, hominibus enim illud scribitur, Angeli verò iubentur Filium adorare. Deus ergo est Filius qui adoratur, vt connaturalis, non alius Deus, vt vnus Deus in Trinitate, non plures adorentur. Vt ergo Filius, quamuis verè adorabilis, tamē vt homo, adorat. Et in eodem opere, eadem ad verbum penè quæ Epiphanius, vt ex eo mutuò sumpsisse videatur: Creatura se nulla patitur apud scripturam adorari. De Filio autem longè aliter scribitur, quòd eum adorarent non angeli modò semper, sed & gentes, vbi eum nossent, his enim accommodatur illud, In te adorabunt, tu es enim Deus, & nesciuimus. Si ergo quia Filium cognouerunt, & adorant, Deum cognouerunt, & adorant, non est certè creatura Filius: aliter non Deo vero, sed creaturæ adhuc seruirent: sed & discipulos dominū. se ac magistrum deumque vocantes (adorantesque) non repellit, vt angeli (hominésque) alios se adorantes repellebant. Et in eodem adhuc tractatu, longè aliud creatum ab increato est, Nam vt hoc iubemur adorare, sic ab illius adoratione à scriptura vetamur. Soli enim naturâ Deo debetur adoratio. Filium autem iubemur adorare. Longè igitur aliud est quàm creatura, non aliud à Deo, sed verus Deus & increatus. Hæc ille de Christo, vt quâ Dei verbo & Filio, vno cum Patre & Spiritu, vero Deo, sic eis coadorādo. Nihilne autem super eodem quà homine, colendo? Multùm per omnem modum, & rectè ac catholicè. Cùm enim non rectè Nestorius Christum in duos Filios, alterum Dei, alterum hominis, diuideret, de Christi cultu sic dicebat, Propter assumētem veneror assumptum, & propter inuisibilem, adoro visibilem: qui susceptus est cum eo qui suscepit, quod vocatur Deus. Ad eum cum Synodo Alexandrina scribens Cyrillus, Caue-

Lib. 2. c. 1.

Adoratio solius Dei.
Deut. 6.
Psal. 96.

Lib. 5. ca. 1.
Iudic. 13.
Act. 10.
Apo. 19. 22.
Psal. 96.

Esa. 45.

Ioā. 13. 20.

Lib. 6. c. 2.
Adoratio soli naturâ Deo debita.

Nestorius diuidebat Christū in duos Filios.
Alexandrina Synodus.

mus, ait, de Christo sic dicere, Qui enim hæc dicit, diuidit in duos Christos eum qui vnus est, hominem seorsim in parte, & in parte Deum similiter constituens. Euidenter inquam, diuidit vnitatem, qua non alter cum altero coadoratur, aut quod nuncupatur Deo cum eo quod suscepit, sed vnus intelligitur Christus Iesus Filius Dei vnigenitus, vna seruitute cum propria carne adorandus. Si quis ergo audet dicere assumptum hominem coadorari cum Deo verbo oportere, & connuncupari Deum, tanquam alterum cum altero: adiectio enim vnius syllabæ hoc cogit intelligi: & non magis vna reuerentia veneratur Emanuelem, vnamque ei glorificationem dependit, iuxta quod verbum caro factum est, Anathema sit. Blasphemabat contrà Nestorius, Si quis serui formam pro seipso, hoc est, secundum propriæ naturæ rationem, colendam esse dixerit, & non omnium dominam, & non potius per societatem, quâ beata, & ex se naturaliter Domini vnigeniti naturæ coniuncta est, veneratur, Anathema sit, Hæc illi Antagonistæ. Verùm locus hic adeo lubricus est, vt Cyrillo catholico non modò certamẽ fuerit cum hæretico Nestorio, sed cum Theodoreto quoq; Cyrẽsi, scriptore alioqui Orthodoxo, sed qui hîc suspicione non caruerit, cuiusque pedes penè hîc moti sint. Sic ergo superiorem Anathematismũ reprehendebat, Vnam glorificationẽ Christo offerimus, eundem hunc Deum simul & hominẽ confitentes, hoc nos docente vnitatis ratione. Naturarum verò proprietates dicere non refutamus: nec enim Deus verbũ conuersionẽ susceptit in carnẽ, nec rursus homo, perdidit quod fuit, in naturã Dei trãsmutatus. Vtriusq; igitur naturæ propria dicentes, Dominũ adoramus Christũ. Hanc reprehensionẽ Cyrillus sic interpretabatur, Credimus in vnũ Filium D.N.I.C. hoc est, incarnatũ & inhumanatũ ex Deo Patre verbum, vnumq; existentẽ, & Deũ verè adorare didicimus, & nobiscũ supernę virtutes, sicut scriptũ est, cùm introducit primogenitũ in orbẽ terrarum, dicit, Adorent eũ angeli, factus autem est primogenitus, qui est vnigenitus, cùm & homo secundũ nos apparuit, tunc enim frater appellatus est diligentiam eũ. Siquis ergo coadorari dicit, vt hominẽ seorsim alterum, prętęr eũ existentẽ ex Deo verbo, & non secundum

Alter.
Coadorari.
Co & coa.
Ioan. 1.
Emanuel.
Locũ lubricus.
Theodoret⁹ hîc suspect⁹
Anathem. 8
Inhumanitus.
Hebr. 1.
Psal. 96.
Primogenitus vnigenitus.
Frater.
coadorari.

vnitatē verā coadunans in vnum Christū & Filiū,& Dominū vna adoratione glorificat,Anathemati iustè subdatur. Et opponebat, Nos meliora & veriora sapere soliti, secundū sacras literas& sanctos patres,nō hominē assum ptū à Deo Verbo dicimus,eique copulatū secundū habitū extrinsecus adinuentum,sed potius Deū hominem factū esse decernimus. Itáque à pietate dogmatū eos excessisse,qui prę sumūt dicere assumptū hominem,& affirmāt oportere sicut alterū alteri coadorari Filio Dei. Si enim est idē Deus simul & homo,adoratur potius tanquā vnus adoratione vna,& nō coadoratur & coappellatur Deus, vt nō homo simpliciter cōmunis,& secundum nos Emanuel esse credatur diuina gloria participatus per gratiam: cōfitemur autē magis in carne propter nos, seu verè hominē factū,nō naturę transita,permutatione,cōuersione sed vnitatis dispēsatione. Nec tātùm Thodor. sed & Orientaliū in Epheso Synodus, qui cū Ioāne Antiocheno senserūt,eidē Cyrilli anathemati sic obiectabat, Tādem impietas sui oblita,assumptū hominē fuisse professa coadorari eū Deo Verbo,quasi alterū alteri prohibet,asserēs adoratione vna Emanuelē debere adorari. Quid nobis nomen Hebræū proponit,& nō rationem publicat? Si Emanuel secundū te significat assumptū hominem à Deo Verbo, manſit autem Verbum in sua proprietate, vtique alter & alter est: altera est enim natura Dei Verbi, altera assumpti hominis, nō alter tamē & alter Filius, aut alter & alter Iesus Christus,aut alter est & alter Dominus,sed vnus Filius Dominus Iesus Christus iure adoratur, quasi omnium opifex secundū diuinam naturā,quasi omnium reparator per susceptī hominis proprietatem. Iure idem ergo & coadoratur & adoratur : coadoratur enim quasi sumptus homo,adoratur verò adorarione vna, quasi idē ipse vnitus Deo Verbo. Sic illi pro omnia neq; Nestorio neque Cyrillo cōueniebant. Nā Nestorius duos Christos seu filios euidēter assignabat: Antiocheni verò vnū Christū& Filium & Dominū eundē se adorare profitentes,ex Patre secūdum Deitatē,eundēque ipsum secundū humanitatē ex sancta Virgine: indiuisum quidē à Deo hominē nō tamē iuxta recti dogmatis significationē recipientes,

Deus homo factus, non homo à Deo assumptus. Altu. Coadorari. Coappellari Emanuel. Ephesina synodus altera particulis. Antiocheni pseudo catholici. Coadorari. Alter. Emanuel. Alter. Christus. D. F. vnus non alter & alter. Coadorari. Cyrill. Epistola 2. ad Successum. Nestorius duos Christos & Filios assignabat.

Nestorij nouitas.

sed iuxta Nestorij nouitatem secundum alium modum fraudulenter accipientes, secundũ honoris scilicet æqualitatem, secnndum eandem voluntatem & autoritatẽ, indiuisus (aiebant) à Verbo est homo iste, in quo Verbum Deus inhabitat. Sic quippe non simpliciter loquẽtes, sed cum aliqua veluti ratione, imò versutia, Christum denique vocatũ specialiter Dei Verbum asserẽtes, quod item coniunctionem cũ Christo continuam habere confirmabãt, duos ita Christos manifestè pronunciantes, & hominem Deo coadorãdum nescio qua ratione se colere profitentes. Hæc illi adeò cautè, vt vix eos internoscas. Nam vbi Christum alterum & alterũ esse aiunt, de altera & altera natura se sentire exponunt, alterũ interim & alterũ eum esse negantes, sed vnũ eundem Dei Patris & Matris Virginis Filiũ, persona vtique. Vnde & Cyrillo sic obiicie bãt Orietales, Coadorare quasi de personis aut Filiis duo bus non dicimus, quasi aliter fiat adoratio Deo Verbo, & aliter carni, sed vnam potius adorationem, &c. vt in Filio offerimus. Et quod coadoratur, Nam quamuis cũ Patre suo semper cõsidet, & ex ipso, & in ipso secũdum naturã existat, iterum audit dicentẽ & cum carne, sede à dextris meis, &c. Ita & adorari dicimus ipsum & à nobis & à sanctis Angelis. Proinde eruditè valde prouidit his, qui cum carne vnũ & eundem Filiũ adorare volũt, eò quod aliud quiddam sit σὺν & μετά. Quod & ipse posuit, dicẽs ipsum cũ carne adorandum, & coadorãdam negans cum carne diuinitatem. Quis hos non diceret consentire? Sequitur ergo Cyrilli defensio, primũ ex D. Athanasii præcessoris sui de nostri omnium Saluatore Christo cõfessione, Cõfitemur eum esse Dei Filium & Deum secundum spiritum, Filium hominis secundum carnem, non duas *naturas*, vnum Filium, vnam quæ adoretur, alteram quæ non adoretur, sed vnam Dei Verbi *naturam* incarnatam, & adorandam cum carne sua vna adoratione, non autem duos filios: alium quidem Filium Dei verum & adorandum, alium verò ex Maria hominem, non adorandum, videlicet secundum gratiam Filiam Dei factum, sicut & homines: Hoc loco vbi habet versio Latina (non duas naturas, sed vnam naturam) legerem (non duas personas

Christi qui busdã duo.

Christus alteros alteres alter naturâ non personâ.

Concilior. tomo 1. pag. 579.

Coaderare. Coadorari.

Psal. 109.

σὺν μετά.

Lib. de incarnatione.

Christus Filius vnus non duo.

sed vnam personam). Christus enim est duæ naturæ in vna persona, vel vna persona in duabus naturis: Sed docuit me Damasceni dialectica, quòd & quidam sanctorũ patrum dicebant naturas hypostases. Quam etiam æquiuocationẽ adnotauit Rusticus Diaconus loco pòst allegando, vt natura etiam in Trinitate aliter intelligatur, quę singillatim idem est vnicuique personæ, aliter quæ nullius est singillatim, sed tribus cõmunis. Sed distinctius loqui coacta est posteritas, vt diceret aut in Trinitate vnã naturam, tres personas: in Christo contrà vnam personam duas aut etiã tres naturas. Et iterum, si quis vel non adorandam Domini nostri carnem, vel non adorandam vt Domini & Dei carnem dicit, hunc anathematizat sancta & Catholica Dei Ecclesia. Nestorius contrà impudenter sic, Confitebor (inquit) in homine Deũ. Colo autem diuina connexione Deo Verbo coadorandum hominem: connexionem ita simpliciter hominis cũ Deo esse factam diceus, quomodò qui adhæret Deo, vnus spiritus est, secundum habitudinem. At verò aliud est, vnum dicere Filium cum vnita sibi carne, Dei Patris Verbum: aliud dicere, in homine vt in prophetis erat, vel in nobis propter spiritum sanctum. Mihi ergo videtur citra periculum & culpam dici, Incarnatum Dei Verbum, vt pote vnũ existentem Filium non absque sua carne, cum ea potius adorandum, sicut hominis anima cum suo corpore honoratur, vna autem appellatione, quod ex vtrisque cõstat, significatur animal. Cùm autẽ de Christo locuturus, vnum in duo diuiseris hominem propriè ac seorsim intelligendum declarans, eumque coadorandum, & coappellandum Deum, quasi is alius sit ab illo ex Deo Patre secundũ naturam genito, quis tam prospicuum contra eũ crimen ferat, aut silentio prætereat? Dicendum potius erat, Colo Verbum Dei hominem factũ, quod appellatur Deus, & in humanitate adoratur, qui naturâ Deus, & ex Deo Patre apparuit. Talia, dicunt aduersarii, captus est, scribens, quòd sedeat Filius cum Patre cum propria carna: deinde quomodo intelligis docẽtem quòd cum Deo Verbo hominem coadorare oporteat? Idem enim dicere σὺν & μέτα. De harum vocum, quibus latina CVM

Naturæ & personæ vocabula confundæ. Cap. 25.

Natura vocabulum æquinorum.

Nestorianà hominis cũ Deo connexio.

1. Cor. 6.

Hominis anima cum corpore honoratur.

Nestorius Christum diuidit.

Coadorare.

Coapellare.

Christus nõ alius & alius.

σὺν μέτα.

CVM.

Latina obscura & gratia desunt.

respondet, virtute & rerum natura sic prosequitur Cyrillus. Cùm ab vna persona & natura seu subsistentia vna, examinat sermo ea ex quibus est, hoc est, naturaliter constat, affert σὺν, hoc est, μετὰ, ita seruans per significatum quòd vnum sint secundum compositionem, & non inter duo distinctè discernens. Distinctis autem antè in duo subsistentiis, ad hoc quod oporteat seorsim alteram

Legat & intelligat, qui potest.

Anima cũ corpore honor, vnius hominis. Act. 3.

intelligi & propriè, tunc per σὺν, vel μετὰ, eorum, & etiam plurium, non vnius secundum compositionem factã manifestationem dicimus, Exempli gratia. Siquidé dicerem vel cohonorari hominis animã cum suo corpore, qui honor fieret à quopiam erga vnũ hominem, qui ex vtrisque est, vel animam cum corpore suo esse vnum animal, non propterea in duos homines vnũ diuideré, sed potius nõ ignorare videre ex quibus homo sit atque constat. Cùm

Coappellari

Christum vnum in duo diuidentes.

autẽ dico, Petrus & Ioannes coappellantur homines, vel simul in tẽplum ascendunt, non iã σὺν, μετὰ, CVM. vnũ quendam significat. Non enim Ioannes cum Petro compositus est, nec ad vnius hominis cõstitutionem vterque aliquid faciũt. Veritati ergo illudũt imperiti, diuidẽtes in duos Christos vnũ. Et siquidem putãt, quòd dicentes Filium cum proprio corpore Patri considère, duos filios cõcedamus, inquirant an non dicamus vnum Filium vnicâ

Filius vnus non duo.

Patri coassidet.

Coadorari.

Coappellari

confidentiâ honoratum esse, & non duabus: ita vt vna & propria tributa sit corpori, alia verò iterũ & propria Verbo: id non ostenderint. Quî enim vel vnde? Nam vnũ & eundem Filiũ, vnum propria carne esse Deũ simul & hominem, vnâ confidentiâ apud Patrem honestari affirmamus. Cæterùm dicere hominẽ adorari cũ Deo, & coappellari Deũ, omnino est confiteri duos adorandos. Qui sermo valde falsus est, & à rectis verisque cogitationibus omnino alienus. Anathematismus igitur factus est contra eos, qui modis omnibus Emanuelem diuidunt in hominẽ propriè, & Deum Verbum propriè. Nobis autẽ vnum & eundem Theologorũ sermo & scriptura inadulterata prædicat. Et vbi tractat Christum sic secundum aliud & aliud dici, vt non tamen in duos diuidatur, Adorauit (ait) ipse nobiscũ, vt & ipse dicit, adest etiam adorãdus. Adorat, quia naturam assumpserit, quæ adorare de-

Emmanuelem diuidũt in Deũ & hominis.

De incarnatione vnigeniti cap. 26.

Christus aliud & aliud non Duo.

beat: adoratur porrò idem, quasi maior adorante natura, quia Deus. Adoratione verò non diuidẽdum in hominẽ seorsim & Deum, nec tanquam Deo coniunctum æqualitate dignata diuisis substantiis, cũ ipso adorari hominẽ dicimus, sed vnum hominem factum & incarnatum Dei Verbũ, sic vt credamus corpus ei adunatum, animã iuxtà habuisse rationabilem. Non enim Deus duos primogenitos præcepit oportere tam à nobis quàm sanctis Angelis adorari, sed vnũ in orbẽ terrarum introductum, tunc vtique cùm homo factus est. Introductionis enim modus, est dispensationis iuxta carnem mysterium, vt qui naturâ suâ longissimè ab orbe distaret, in diuinitatis scilicet eminentia super ea quæ condidit Deus, & ita alius præter elementa ipsorũ creator. Vnus tamen & tunc cùm in multis fuit fratribus, ideóque primogenitus dictus, adorandus. Vnum Filium adorauit cæcus natus, mirabiliter sanatus. Cui interrogato, Tu credis in Filium Dei? & interrogãti, Quis est Domine, vt in eum credam? Christus se ei cum corpore demonstrans. Et vidisti, ait, eum, & qui loquitur tecũ, ipse est, sine numero vtens, non promisit Deum & hominem seorsum intelligi. Imò & si quis hominem nominauerit Emanuelẽ, non communem hominem significauit, sed Dei Verbum naturæ nostræ adunatum. Sic vnum hominem adorauere discipuli, mirè inter aquas eũ intuiti ambulantem, & dicentes, Verè Dei Filius est. At si hominem cum Deo coadorari dicimus, diuisionem spatiosissimã inducemus, σὺν enim semper, quòd latinè est CVM, si in significatione vnitatis; quę est per cõpositionẽ, ponatur, duo omnino cogit intelligi. Vt enim nemo sibi dicitur cõuiuere, cõcœnare, coambulare, coadorare, quia duarũ personarũ significationem inducit præpositio verbo præposita: ita si quis coadorari hominẽ cũ Deo dixerit, duos planè Filios dicit, & quidẽ diuiũctos. Nã vnitatis ratio si in sola dignitatis siue autoritatis æqualitate dicitur, non esse vera cõuincitur (nec sufficit) &c. Et hæc fuit de vna vnius Christi adoratione resolutio Ephesinæ I. Vniuersalis III. in qua primas Cyrillus obtinuit.

Ioan. 4. *Christus adorat, & adoratur.*

Primogenitus vnus nõ duo.

Hebr. 1. *Introductio incarnatio.*

Rom. 8.

Ioan. 9. *Cœcus Christum adorauit.*

Emanuel.

Matt. 14.

Coadorare.

σὺν.

CVM.

Eo & con.

Filios duos qui dicant.

Vnitatis ratio.

Chalcedonensis Synod. IIII. generalis, & qui ab ea steterunt, patrum, testimonia. CAP. V.

QVam secuta Chalcedonensis eque Vniuersalis IIII. pro duabus iisdémque inconfusis in vna Christi persona naturis, idem definiuit. Cuius de fide definitionam defendit inter alios Rusticus quidam Diaconus, nihil certè minus quàm rusticus, subobscurus licet, interprete præsertim incerto. Is ex tam multis antè Cyrilli citatis, pauculis post cum docet has voculas c o. CON. CVM. SIMVL. duo semper aut amplius, siue plura numero significare. De naturis ergo dictas, duarũ in Christo differentiam piè significare: de personis vel subsistentiis, impiè: duas enim mox significare personas, & Filios & dominos Christos. Id cõstat ex vno eodémque Cyrilli testimonio. Confitemur Christum vnum & Dominum, non tanquam hominem Verbo coadorãtes, vt non incisionis subintroducatur phantasia, ob id quod dicitur c o. sed vnum & eundem adorantes, quoniam non est alienũ à Verbo corpus eius, cum quo & ipsi considet Patri, non tanquam duobus rursus considẽtibus filiis, sed vt vno, propter vnitionem cum carne. Non quasi Cyrillus idem c o. modò abiuraret ex propria persona, modò Synodicè approbaret, vt in eo Rustici dialogo caullatur hæreticus: sed vti respondet Orthodoxus, quoties sermo sit de naturis, dicitur cum humanitate diuinitas: & è conuerso, quando de persona, non licet dicere, Coadoratur Filio Dei Filius hominis, non enim coadorantur in sancta Trinitate nisi personæ: diuinitas verò vt miracula per carnem operata est, sic per carnem adoratur. Et crucem quidẽ omnes adoramus, & per ipsam eum cuius est crux, non tamen crucem Christi coadorare dicimur. Nec verò per hoc vna est crucis & Christi natura. Similiter adorantes altare, coadorare altari Trinitatem non dicimur, sed potius per altare (adorare) Nec tamen rursus sicut Patrem per Filium, ita Verbum per carnem (hominem) Absit: Non enim duæ personæ sunt Christi (vt duæ naturæ) Cum carne verò, id est, per carnem, cum qua considet Patri, etiam coadoratur. Et paulò antè, Si quis enim non adorat, aut adorandum non credit eum qui crucifixus est, Anathema sit. Non enim purus est ho-

Extat in Antidoto cõtradiuersas hæreses, post Hæreseologia inscripto.

CO CON. CVM. SIMVL.

Epist. 2 ad Nestoriũ.

Coadorare.

F. cum corpore Patri coaßidet.

Natura.

Persona.

Coadorantur in Trinitate personæ.

Crucẽ omnes adoramus.

Altare adoratur.

Christus cũ carne Patri coaßidet.

Crucifixus adorandus.

mo, sed Deus simul & homo: Nec verò coadorandus vt alter alteri, sed sicut vnus, quia & vnus est, adorãdus est. Et aliquantò pòst, Tres in Trinitate secũdum quod personæ sunt, non secundum quod naturæ, Absit, adoramus & colimus, & sic quaternitatem propter assumptam naturam carnis, non adoramus, ne dualitatem quidem. Id enim quod assumptum est, factum est per dispensationẽ propriam assumentis, non commune trium, non quasi quartum aliquid sit, consempiternum, absque initio, increatum, per se, & ex sua substantia est, sed per vnitionẽ id est, quod esse glorificatur. Tria verò illa coæterna, cõsubstantialia, absque inchoatione, & proinde increata, quartum si quis illud humanum dicat, non tamen quartum erit id neque ad adorandum, neque ad colendum. Aliud est enim, quod tanquam alterum quiddam, quippe creatura, his quæ increata sunt, secundum quantitatem (numerum) additamentum facit, eò quòd non hoc idem sit, sed alterum quiddam, aliúdve, tanquam consubstantiale & consempiternum, coadorari quid illud, & pariter coli. Insuper nec adoratio, nec cultura offertur quasi sub numero. Nec enim tres Trinitatis sunt culturæ aut adorationes, quare nec quatuor, nec duæ, vel si vnius aut etiã trium proprium esset illud alterum. Nec enim tabernaculum in deserto, arca, templum, altaria Deo ab antiquis coadorabantur aut concolebantur, neque Dei & horum vna facta est natura. Nec adiectus est numerus adorabili & colendæ Trinitati, eò quòd Trinitas quidem coadoretur, hæ verò creaturæ non coadorentur Trinitatî, sed per eas Trinitas adoretur. Quid enim, dic mihi, nónne scriptum est, Adorate scabellum pedum eius? hoc verò est terra. Adoratur enim corpus quod de terrâ est, non vt per aut propter semetipsum adoretur vt Deus, sed vt per corpus & carnem, siue humanitatem, Deus (Pater) Verbo, qui inhumanatus est, coadoretur. Et certè per fimbriam vestimentorum operatus est in sanguinisflua. Nemo tamen dicit vnam esse vestimenti & Verbi naturam, & voce ab ore proprio missa, cùm multos alios saluos fecit, tum quatriduanum suscitauit. Per quod igitur operatur, tum per hoc & in hoc adoratur & colitur, complacet

Christus vt vnus adorandus, non vt alter alteri coadorandus.

Trinitas adoratur, nõ quaternitas, aut dualitas.

Coadorari.

Trinitatis adoratio vna, non plures.

Tabernaculum.

Arca.

Templum.

Altaria.

Sic antè Athanasius. cap. 3. pag. 96.

Psal. 98.

Esa 66.

Scabellum pedum Domini.

Inhumanatus.

Coadorare.

Matt. 9.

Fimbria.

Ioan. 11.

Crux adoratur. colentibus se. Subdito pòst crucis Dominicæ, ferri & lãceæ vbique in Ecclesia cultu, de quo infrà in Petrũ Martyrem, Hæc, ait, omnia vniuersi adoramus, & nullus vnquam Christianorum dixit, quòd quaternionẽ, quinionem, senionémve colamus. Quæ enim segregantur, & Deo appropriatur, per quæ colitur is & adoratur, ea sunt velut organa infirmitatem nostram ad Deo propinquãdam coadiuuantia, & ad id vt sint, quantitatis quidẽ (seu numeri) proprietatem non amittunt (habent enim illa propriam quæque naturam) Ad colendum verò, adorandum, venerandum, non iam connumerantur creata creatori: aliud enim est per hoc coli illud, aliud secundũ naturam, & sempiternè, & maximè propriè colendum aliquid illud esse. Ergóne non modis omnibus quicquid confitendũ est, id & in sancta Trinitate adorandum, colendum, venerandũ? non per omnia, nec modis omnibus similiter, quia nec naturarũ dualitatem in Trinitate confitemur, aut colimus: vna enim carnis natura vnius personæ Dei Verbi, non totius Trinitatis. In Trinitate verò ea connumerantur, quæ vel similiter vel æqualiter trium sunt personarum. Quòd si nos sic dualitatem colimus, & vos ergo compositam colitis Trinitatem, aut compositã simul & simplicem. Nam simplices dicitis Patris & Spirituſsancti naturas siue personas, Christi verò compositam. Vnus verò Deus in Trinitate, & vnus colitur Christus, tres personæ, vnus Deus est, duæ vnius Christi naturæ sunt. Quatuor autem naturæ dum nec Deus sint, nec Christus, vnde poterunt coli, dũ vel in tribus, vel in duabus nil nisi aut vnum, aut vnus colatur? Sed vt ne sermones amplius prolongentur, agnoscimus vnam solam, & non tres sanctæ Trinitatis esse naturas, sed tres tantùm personas seu subsistentias, &c. Hæc Rusticus, quisquis is est, de diuino cultu. In quo hæc sunt obseruãda. I. Adorationem propriè personæ esse, non naturæ. II. Proinde quæ tres sunt in Trinitate personę, vt coæquales sunt, sic esse coadorãdas. III. Contrà cum sit vna in Christo persona, adorandum dici, non coadorandũ vel homini Deum, vel Deo hominem, quasi non idẽ Deus sit & homo. sed cum carne, anima, corpore adorandum Dei Ver-

Lancea adoratur.

Lib. 5. ca. 8.

Passionis Domini insignia, organa infirmitatem nostram adiuuantia.

Naturarũ dualitas in Christo, nõ in Trinitate.

Naturæ & personæ vocabula rursus hìc confunduntur.

I. Adoratio personæ, non naturæ propriæ.

II. Personæ coadorãdæ.

III. Christi vna persona Deus homo, adoratur, non coadoratur.

bum, id est, incarnatum, animatũ, corporatum, & vt inusitatius vertit hic interpres, inhumanatum, id est, Deum illum coæteruum Dei æterni Filiũ, propter homines hominem, hominis filium in tempore factum. Sic tãtò pòst & breuiter, vt cætera, & rectè Aquinas, In Trinitate tres sunt qui honorantur, vna est honoris causa. In incarnationis autẽ mysterio è cõuerso habet, vna vtique persona, multiplex honoris causa. Alio itaque modo vnus Trinitatis, vnus Christi honor. IIII. Tantam de voculis, imò syllabis in Ecclesia & quidẽ veteri litem ex sensu & sententia, non verò ex pauculis literis æstimatã & diiudicatam. V. Adorationem crucis, reliquorúmq; passionis Dominicæ memoraculorũ, vbique gentium Christi fidelium tanto consensu, & tam nullis contradicentibus receptam, vt talium cultus cõtradictores hodiernos non possit non pudere. Sic ergo Rusticus Chalcedonensis Synodi defensor. At eiusdẽ per vicarios præses, & ab ea absens licet, ter sanctus acclamatus Leo I. ad eandẽ Christi Dei hominis cultũ Christi fideles sic adhortabatur, Quẽ Magi infantẽ venerati sunt in cunabulis, nos omnipotentẽ adoremus in cęlis. Et, Licet tota redẽptoris humilitas in gloriã paternę maiestatis euecta sit, vt in nomine IESV omne genu flectatur, &c. indesinẽter tamẽ illũ salutiferæ Virginis partũ adoramus, & illã Verbi & carnis indissolubilẽ copulã non minus suspicimus in pręsepe iacẽtem, quàm in throno paternæ altitudinis considentem.

Inhumanatus.

Part. 3. quæstio. 25. art. 1. ad 1.

IIII. Syllabarũ contentio.

V. Passionis Domini memoracula vbique adorata.

Serm. 2. Epiphan. Magi.

Matt. 2.

Serm. 9. in Natiuitate Domini.

Phil. 2.

Constantinopolitanæ II. Synodi V. generalis, & aliatum anteriora, tũ posteriora quorundã testimonia.

CAPVT VI.

PORrò multis negotij multùm huic Synodo facessentibus finem imposuit (siquis modò finis contentiosis imponi potest) aliquãtò pòst Cõstantinopolit. II. Synodi generalis V. canon IX. hic, Si quis adorari in duabus naturis (totidẽ scilicet adorationibus) dicit Christum, ex quo duæ adoratiões ĩtroducũtur, semotim Deo (vel Dei) Verbo, & semotim homini: aut ad perẽptionẽ carnis, aut

Latina rursus hic obscura, & desunt Græca.

in confusionem Deitatis & humanitatis in vnam naturã siue essentiam conuenientium dicit, portentosè introducens, sic adorat Christum, sed non vna adoratione Deum Verbum incarnatum cum eius carne adorat, iuxta quod, aut sicut sanctæ Dei Ecclesiæ ab initio traditum est, talis anathema sit. Ante quam Synodum in Gennadij catalogo Ioannes quidam ei coæuus, Antiochenæ parochiæ ex Grammatico presbyter, scripsit aduersum eos qui in vna tantùm substantia adorandum asserunt Christum: nec acquiescunt duas in Christo cõfitendas naturas: docens secũdum relationem scripturarum vnam in illo Dei & hominis esse personam, non vnam carnis & Verbi naturam. Sic superior V. Synodi editio Latina, Nam Græca non extat inter canones Græcos hodie vulgatos, operâ, vt quidam ferunt, Iustiniani principis tum in cõtrariam hæresim lapsi, suppressa. Cum superioribus autem, hoc est, cum duabus in vna Christi persona naturis nõ vnis, sed vnitis, non pugnat, eorum quæ de Christo ἀνθρωποπρεπῶς, id est, humanæ naturæ congruenter dicũtur, quędam dici κατὰ τὴν ἐπίνοιαν διαίρεσιν, id est, secundum aut iuxta separationem quæ per cogitationem fit: Quæ facultas mentis est, ea quæ reipsa coniuncta, & reuera inseparabilia sunt, animi cogitatu dissoluens atque separans. Quo dicendi modo & charactere Christus super esu corporis sui disputãs, de vtroque, carne & spiritu suo locutus, & spiritum à carne discriminans, intelligi potest dixisse, Caro nihil quicquam prodest, si cogitatione videlicet, eam à Verbo seiungas aut separes, quod Capernaitis tunc accidit, purum hominem Christum esse existimantibus, vt non solùm in eo quod oculis apparebat (corpore) intuentes, sed spiritum quoque, hoc est, naturam inuisibilem credentes, discerent quæ loqueretur, Spiritus esse, hoc est, diuinitatis, non carnis, puræ scilicet, aut cogitatu seiũctæ. Quod enim alioqui hominis, eius corpus, sic scilicet consideratum, sufficisset ad cibum, vt vniuersi mundi alimonia fieret? Sic enim nuda puráq; creatura, aut etiã cogitatione à diuinitate secreta caro, adeò non viuificaret, ac proinde nec colẽda esset, vt nihil prodesset: sed spiritui, hoc est, diuinitati carnem inhabitanti, imma-

Christus in vtraque natura, & vnà persona adorandus.

Iustinianus suppressit canones.

Georg. Cassander de duab. christi naturis.

Damascen. lib. 4. c. 19. ἐπίνοια.

Ioan. 6. Caro vt nõ prosit.

Capernaitæ.

Athanas. in illud, Quicunque dixerit.

Spiritus vt viuificet.

immanenti, permeanti, omnem viuificandi vim ac efficaciam tribuendam, quam tamen vim per carnem exereret atque exhiberet. Sic vt viuificaret & Spiritus per carnem, cui viuificandi vim tribuat: & caro per Spiritum, à quo ea viuificam vim hauriens, quæ à Spiritu in carnem manabat, deriuatur, quòd caro in se Spiritum habitãtem immanentémque, ac per se permeantem, quod Græcè significãtius dicitur, διὰ αὐτῆς περιχωροῦσαν, habet. In Christo enim diuinitas, & vt Paulus ait, omnis diuinitatis plenitudo corporaliter, hoc est, perfectissimè inhabitat. Quę verba idem valent ac si dicas, Cùm Deus esset, proprium quoddam corpus cepit, quo homo factus propter nos, vteretur vt organo. Hoc inquam, organũ admirabili quadam œconomia ad salutem nostram operandam, & ad vitam conferendam spiritualis Verbi natura sibi asciuit, & inseparabili coniunxit vnione. Beati, aiebat, Christus, oculi, quia vident: & aures, quia audiunt. Verè tamen à Poëta dictum,

Col. 2.

Corporaliter.

Corpus Domini Dei organum.

Matt. 13. Luc. 10.

Epicharm.

Mens videt, atque audit, sunt cæca & cætera surda.

Intellige, si mẽtem ab oculis & auribus summoueas. Ita carnem, Christus inquiebat, non omnino imperitè viuificam esse negatis, sed siquidem sola intelligitur: sic enim viuificare non potest, sed viuificante indiget: viuificam tamen effectam credetis, nisi & Spiritum sanctum nõ posse viuificare contendatis, cũ viuificãte enim Verbo coniuncta, tota est effecta viuifica, nec iunctum Dei verbum ad inferiorem corruptibilis suæ naturæ detraxit dignitatem, sed ad melioris ipsa virtutem subleuata est. Carnis igitur natura, licet vt caro est, viuificare nequeat, viuificat tamen, quia totam Verbi susceptit operationẽ, vt caro aliorum quidem omnium quicquã verè non prosit, Christi autem, quia in ea Vnigenitus Dei Filius inhabitat, sola viuificare valeat. Spiritum verò seipsum appellat, quia Deus spiritus est. Quin & spiritum hîc ipsum carnem vocauit, non quia naturam carnis amiserit, & in spiritũ mutata sit, sed quia summè cum eo coniuncta totum viuificandi vim hausit. Nam si qui Domino adhæret, vnus cũ eo spiritus est, quomodo caro sua vnà cum eo nõ ita appellabitur? Putatis me dixisse terrestre corpus hoc sui na-

Cyrill. in Ioan. 6. ca. lib. 4. cap. 23. 24.

Ioan. 4. 2. Cor. 3.

Spiritus Domini caro.

1. Cor. 6.

turâ viuificum esse, Ego verò de Spiritu locutus sum: non enim natura carnis spiritus est, sed hic illam viuificâ reddit, vt quæ per se viuificare non possit. Quid enim maius Deitatis haberet natura? nec sola in Christo esse intelligitur, sed habet Filium Dei sibi vnitum, qui consubstantialiter vita est. Quando ergo viuificam carnem Dominus appellat, non ita illi vt sibi, proprióve spiritui viuificandi vim attribuit, Nam propter ac per seipsum spiritus viuificat, ad hanc autem ipsius virtutem per coniunctionem caro conscendit. Hactenus Cyrillus. Vbi præter alia, videant aduersarij voces quas adeò putant inconciliabiles, Carnem Domini, non modò spiritualem, sed spiritum quoque ab ipso Domino appellari. Ea ergo caro erat per seipsam mortalis. ζωποιὸς autem, id est, viuificâs, per & propter vnionem ad Verbum secundum hypostasin. Cõmunicat enim diuina natura carni agenti, & quòd actio carnis erat omnino salutaris, non humanæ actionis (virtutis) erat, sed diuinæ. Caro autẽ diuinitate Verbi inoperante, propter hoc, vt instrumẽto, corpore diuinas perficiebat actiones. Sic in huiusmodi locutionibus non absurdum erit, per synecdochen, carnis nomine totum Christũ intelligi, sed quatenus in Christi persona inhabitans diuinitas, carnis energias & actiones salutares & viuificas reddebat. Sic enim seipse interpretari videtur, cùm enim dixisset, Ego sum panis viuus, subiecit, Panis quem ego dabo, caro mea est: Cùm item, Qui edit carnẽ meam, habet vitam æternam, subiungit, Qui ederit me, viuet propter me. Hîc autem Christi carnẽ seu Christum edere, est cum eo & eius passionis & mortis fructũ percipere, qui ideo carni tribuitur, quòd ad eũ nobis exhibendum, organum carnis à Verbo adhibitum sit susceptum, sicut scriptum est, De peccato damnauit peccatũ per carnem. Et, Peccata nostra tulit in corpore suo, &c. Christus ergo homo Christíq; caro adoratur, illa quidẽ, non quatenus caro aut creatura est, sed quatenus Dei Domini q; caro, diuinitati arctissima & indiuidua vnione iũcta, copulata, & ex ea & Verbo vna hypostasis cõstituta. Creaturam igitur adorari colíque non debere cõcedimus, sed quæ creatura tantùm sit, & quatenus est creatura: homi-

Zuinglius vbi supra initio huius libri, & infrà, lib. 5. cap. 6.

Corpus Domini instrumentum.

Synecdoche.

Caro totus Christus.

Ioan. 6.

Carnẽ Domini spiritualiter edere.

Rom. 8.

1. Pet. 2.

Cyrillus in defensione Anathematismi 8.

nem autem Christum adorandum colendúmque certo certius, cùm is homo naturæ diuinæ expers non sit, cuius gratiâ totus ipse adoratur Deus homo. Nec enim adoratio & cultus vt creaturæ & homini puro, sed vt Deo atque Creatori tribuitur. Ne quis hinc absurdum colligere velit, vt sic dicat Christum hominem adorari debere, esse autem Christum, quâ hominem, creaturam: adorandam ergo creaturam. Christus enim homo cultum quidem & adorationem etiam requirit, nedũ admittit, sed non quà creatura est, sed quà verè & naturâ Deus. Quanquã possent huiusmodi complexiones admitti, si propriæ rationis notatio, quam vulgò Appellationem vocant, remoueatur, id est, subiecti, in quo est forma, non ipsius formę ratio habeatur, vt dicamus creaturam adorari, id est, Christum, cui quatenus homini, creaturæ notio conuenit, at non quà creatura est, sine ratione & conceptu creaturæ. Ita lignum vrit, id est, carbo, qui lignum est, at non vt lignum, & mortale imaginem Dei recipit, homo nimirum mortalis, non tamen ratione mortalitatis siue mortalis corporis & caduci, sed quà ratione & intelligentia præditus. Ita Christus homo, non quà creatura, sed quà diuinitate præditus est, adoratur. Idem de carne dicendũ, eam non quà creaturam (nec enim pura est creatura) sed quà diuinitati vnitam, & ab ea inhabitatam, totámque complexam, occupatam, & assumptam, viuificam esse, imò vitam ipsam, & ita adorabilem, &c. Idem de anima sentiendum, & sanguine, rebus quidem peræquè creatitiis, sed & creaturis peræquè non puris, vtpotè ab increato Verbo in vnitatem personæ susceptis, & diuinitati sic indiuulsè vnitis, ac proinde adorandis, vt earum à Verbo & Deitate subtilis hæc & imaginaria siue cogitatitia diremptio, nihil possit vel earundem siue in cœlis, siue in his sacris adorationi obesse Catholicæ, vel sacramentariæ, aut alioqui schismaticæ horum sine adoratione sumptioni, & communioni fauere (si quà modò inter schismaticos, omnium verò maximè res hic tam procul à signis absentantes, esse potest sumptio, aut communio) Christi autem carnem, corpus, animam, sanguinem, res esse creatas & creatitias, vt passim

Appellatio.

Carbo.

Homo Dei imago.

Anima.

Sanguis.

Creaturæ vox, an Christo, eiúsque naturis conueniat.

Thom. par. 3. quæst. 16. artic. 10.

habet Athanasij, tanti alioqui Verbi increati defensoris, Latina versio, adeóque Christum, quatenus hominem, creaturam esse, quod hîc diximus, ne quis obiter offen-
Ad Eph.2. datur, pro innumeris patrum orthodoxorum testimo-niis, sit hîc satis vnius Hieronymi vel clarissimo clarius, Multi, ait ad id, ipsius factura sumus, timore ne Christũ
Psal.21. creaturam dicere compellantur, totum Christi mysteriũ
Ioan.8. negant. Nos liberè proclamamus non esse periculũ, eum
Gal.3. dicere creaturam, quem vermem, & hominem, & crucifixum, & maledictionem, totâ spei nostræ fiduciâ profitemur. Ecquid hîc trepidaremus, aut nõ clamaremus quà
Rom.1. talem, hoc est, quà hominem, esse creaturam, cùm Pau-
Gal. 4. lus apertè scribat hunc Dei Filium factum esse ex semi-
Caro homo. ne Dauid secundum carnem, factum ex muliere, factum
Ioan.1. sub lege, &c? At de huius creaturæ, carnis inquam, hoc est, totius humanæ naturæ (hunc enim totum hoc loco, Verbum caro factum est, aliísque de incarnatione locis
De Trinitate lib.8. sacris, caro significat) per vnionem personalem à Verbo increato inseparabilitate in his etiam mysteriis. Sic no-
Naturaliter. ster vnus omnium Catholicorum ore Hilarius, Si (pro quia) verè Verbum caro factum est, & nos verè Verbum carnem *cibo Dominico* sumimus, quomodò non naturaliter, hoc est, per naturæ veritatem, nedum pro voluntatis concordiam, manere in nobis existimandus est, qui & naturam carnis nostræ iam *inseparabilem* sibi homo natus assumpsit, & naturam carnis suæ ad naturam æternitatis sub *sacramento* nobis communicandæ carnis admiscuit? Et citatis de corporis & sanguinis Dominici in hoc mysterio veritate ex Ioanne locis, more illi cum omnibus penè patribus communi, Hæc (ait) idcirco à nobis
Ariani. commemorata sunt, quia voluntatis tantùm inter Patrẽ & Filium vnitatem hæretici mentientes, vnitatis nostræ ad Deum vtebantur exemplo, tanquam nobis ad Filiũ, & per Filium ad Patrem obsequio tantùm ac voluntate religionis vnitis, nulla per *sacramentum* carnis & sangui-
Carnaliter. nis naturalis cõmunionis proprietas indulgeretur, cùm
Corporaliter. & per honorem nobis datum Dei Filij, & permanentem in nobis *carnaliter* Filium, & in eo nobis *corporaliter & inseparabiliter* vnitis, mysterium veræ ac naturalis vnita-

tis sit prædicandum. Super eadem carnis in his sacris à Verbo indiuulsione, Nicolaus Episcopus Methonensis (vt hîc quoque Græcos audiamus) Rebus, ait, naturę cõsuetis (pane ac vino) hoc (arrabonem æternæ vitæ) fieri volens, iis suam diuinitatem coniunxit, dicens, hoc est corpus meum, Hic est sanguis meus, Hoc facite, &c. Propterea ei credentes, ita offerimus panem perfectum, vinum, siue corpus Christi, quod perfectũ etiam post passionem permansit & integrum, & à diuina vita inseparabile, planè quale primus ipse noster ac magnus pontifex & sacrificus, & victima, suis discipulis tradidit: iique denuò, qui ab initio suis oculis Verbum intuiti sunt, eique ministrarunt, Catholicæ Ecclesiæ ab extremis ad extremos vsque terrarum limites tradiderunt. Libera Domine, per misericordiam tuam ab hac impostura & dementia eos qui non rectè confitentur quem consecramus panem & vinum, corpus perfectum, & sanguinem pretiosum esse Christi tui. Hæc illi. Audis, Catholice, quàm hîc Christi carnem semper & vbique & agnouit, & participauit, & adorauit Ecclesia, quod qualéve in his sacris corpus, nempe nec sine anima, quia vinum: nec sine sanguine, quia perfectum, denique nec sine diuinitate, quoniam ab ea inseparabile, vt non minus imperitè quàm impiè ad vitandam eius hîc adorationem confugiant eius abominatores ad puram, & proinde minus adorandam Christi humanitatem, hoc est, ad id quod nusquam est, ac ne esse quidem secundum prædictam inseparabilitatem vnquam potest.

Anno 1230.

Matt. 26.
Marc. 14.
Luc. 22.
1. Cor. 11.

1. Ioan. 1.

Concomitantia.

CLAV. ESPENCEI
DE EVCHARISTIÆ CVLTV,
LIBER QVARTVS.

De priſcis huius cultus aduerſariis Gentilia.

CAPVT I.

SVperiores libri teſtibus Euchariſtiæ adorationis, & Catholicis eiuſdem ſeruierũt adoratoribus: tertius hic Catholici cultus huius aduerſariis deſtinatus eſt, iiſdem nimirum, qui & Catholicæ fidei aduerſati ſunt, Paganis vtpote, Iudæis, hæreticis, ſchiſmaticis, & omne genus infidelibus, vt ſciant hodierni nouatores magis quàm reformatores, quos patres habeant, & quos ſequantur autores, dum Euchariſtiæ adorationem traducunt, vt idololatricam. Vt à Gentilibus ordiar. Et ſi conſtat ortodoxos patres dedita opera noluiſſe quibuſuis, ſiue pro concione, ſiue ſcriptis publicè editis, cùm alia fidei noſtrę myſteria, tum hoc ſanctum precioſúmque præſentiæ & communionis Chriſti in Euchariſtia margaritum exponere, ac velut canibus & porcis proiicere. Apparet tamen Gentiles id omni ex parte latere non potuiſſe, ſed ſit vt, quod ait ille, nec intelligendo non intellexerint. Hinc illa nimirũ de Infanticidio, & cænis Thyeſtæis in primos Chriſti fideles Gentilium ſuſpicio atque calumnia, mentientium noſtrates iugulati infantis ſanguine panem, quem Euchariſtiam vocarent, intingere, & ſic veſci. Hoc enim

Matt.7.

ex tribus criminibus rumore publico impositis alterum erat. De quibus Athenagoras Athenienſis Philoſophus chriſtianus. Si hæc aiebat, vera ſunt, nulli parcite generi, vnà cum coniugibus & liberis nos occidite, & radicibus extirpate: ſiquidem mortalium quiſquam ad inſtar feratum viuit. Et ad vxorem Tertullianus. Quis ad conuiuium dominicum illud, quod infamant, ſine ſua ſuſpicione dimittet? Et eodem ſpectans ad ſcapulam. Chriſtianam ſectam crudelem (propter hoc ſcilicet infanticidium) tanto tempore nemo probauit. Paſſim vero in Apologia, inter falſò de noſtris iactata. Quot quiſque iam infanticidia deguſtaſſet. O quanta eius præſidis gloria, ſi quem inueniſſet, qui centum iam infantes comediſſet. Et, infanticida ſum, cur non extorquent? Et, dicimur ſceleratiſſimi, de ſacramento infanticidij, & pabulo crudæ, dicimur tamen ſemper, nec vos, quod tandiu dicimur, eruere curatis. Et, veni, demerge ferrum in infantem, nullius inimicum, nullius reum, excipe rudem ſanguinem, eo panem tuum ſatia, veſcere libenter. Nec ita poſt ſubiicit ironica quidem more quidem ſuo, ſed adeò tetra, vt nihil ea ſit opus repetere. Sic item criminabatur nos Cæcilius. De initiandis tirunculis fabula tam deteſtanda quam nota eſt, infans farre contectus, vt decipiat incautos, apponitur ei qui ſacris imbuatur, à tirunculo farris ſuperficie quaſi ad innoxios ictus prouocato, cęcis occultiſque vulneribus occiditur: huius (proh nephas) ſitienter ſanguinem lambunt, certatim membra diſpertiunt, hac federantur hoſtia, hac conſcienria ſceleris ad mutuum ſilentium pignorantur, hæc ſacra ſacrilegiis omnibus tetriora. Cui reſpondens Octauius. Illum, ait, iam velim conuenire, qui initiari nos credit de cæde infantis & ſanguine, Putas poſſe fieri, vt tam molle, tam paruulum corpus fata vulnerum capiat: vt quiſquam illum rudem ſanguinem nouelli & vix dum hominis cædat, fundat, exhauriat? Nemo hoc poteſt credere, niſi qui poſſit audere, &c. Et rectè hac retorquet in gentilium humanas hoſtias, & cruenta ſpectacula. Eiuſdem infamiæ falſitatem legere eſt in hiſtoria Eccleſiaſtica. Et in epiſtola præſertim Martixum Gallorũ Viennæ & Lugduni ad Aſianos.

In Apolog.

Lib. 2.

Cap. 2. 4. & 7. 9.

Arnobius lib. 8. cõtra Gentes, vel. Minut. i Octauius.

Euſeb. lib. 4. ca. 8. lib. 5. c. 1. 3. vet: ris editionis.

Niceph. li. 4. cap. 17. De Sanctis item Blandina seu Blandilla. Bibliade & Attalo martyribus. Quorum vox inter tormenta erat, multum Christianos abesse vt infantes vorarent, cùm & à carniũ plerique esu abstinerent, à sanguinis adhuc gustu omnes. Homicidium autem nec videre fas illis esset, hominis quamuis merito damnati, vt est apud eosdem, & vbi supra, Athenagoram, Minutium, Tertullianum de spectaculis, Theophilum contra Antolycum. Lactantius de vero cultu. Quæ tragica suspicio sub tempus Traiani cepta, ad Constantini vsque tempora perduravit, augentibus eam non nostris, sed qui à nobis exierant, nec Christianis, sed Christianos esse se mentientibus hæreticis omnium bipedum & quadrupedum crudelissimis pariter & impurissimis. Inter quos Gnostici ita falsò appellati, iidem Borboriani. Phryges item siue Cataphryges, aut Phrygastæ, & Montanistæ, Quintilliani quoque, Pepusiani, & Priscilliani, & si qui alij, hominum monstra magis quàm homines, abominandas suas synaxes humanarum carnium esu polluebant, infantibus ad hæc detestanda sacrificia, qualiter primum genitis, tum etiam cuiusmodi ritu apparatis, sumptis & consumptis, turpe esset & dicere, quo vtinam Pauli dicto veteres hæreticorum catalogismi fuissent contenti, etiamsi protestantur interim ac præfantur non ausos totum proloqui, vt mirum sit nunc non deesse tamen qui his plus audeant, & auribus ac oculis laicorum, puerorum etiam ac mulierc ularum, hæc plusquam ethnica, Cyclopica, Sotadica, & diabolica effutiant atque prostituant. Ad gentiles igitur, vt hæreticis dilatis non omissis redeamus. Abierit licet cum tempore tam crassa falsaque eorum de maioribus nostris hac in re suspicio, nihilo certe minus suspicax, in his remansit animus de Christi in his mysteriis præsentia, & proinde adoratione, Christianis persuasa atque vsitata. Quid enim aliud sibi volebat sic aliquammultò post Maximus Madaurensium Idololatrarum. Grammaticus ad D. Augustinum scribens? Illud quæso, vir sapientissimè, vt remoto ac explosо facundiæ robore, qua cunctis clarus es, omissis etiam quibus pugnare solebas, Chrysippeis argumen-

Lib. 6. c. 20

Irenæus passim Epiph. contra hæreses. 26. 48. 49. Philastrius. Aug. Theodoret. Damasc. in cathalogis.

Eph. 5.

Epist. 43. August. quã tus rhetor & dialecticus.

tis, postposita paululum dialectica, quæ nervorum suorum luctamine nihil certi cuiquam relinquere nititur, ipsa re approbes, quis sit iste Deus, quem vobis Christiani, quasi proprium vendicatis, & in locis abditis præsentem vos videre componitis. Nos etenim deos nostros luce palam ante oculos atque aures omnium mortalium piis precibus adoramus, & per suaues hostias propitios nobis efficimus, & à cunctis hæc cerni & probari contendimus. Quid ad ea noster Augustinus? nihil certe quidem dilucide, Nam quod ad finem epistolæ respondet, à Christianis catholicis nullum coli mortuorum, nihil denique vt numen adorari, à Deo factum & conditum, sed vnum ipsum Deum, qui fecit & condidit omnia, responsum est ad sacrilegum. Maximi conuitium, imprudenter indignantis mortuos vt putabat. homines, vt Martyres, ad eorum sepulchra, pro diis relictis, à nostratibus coli. Sed si Augustinus Deum. Christum haud dubiè, Christianis suis in his sacris, in locis abditis, quod in eo oppido constituta Christianorum Ecclesia clam gentilibus sua sacra perageret, adesse, præsentemque esse, colique, quod obiectum erat ab aduersario, non sentiebat, nec credebat, cur non & negabat? Certè qui tacet consentire videtur, vt iuris habet regula, & item altera, is qui tacet non fatetur, sed nec vtique negare videtur. Nam igitur obiectum à Maximo Impio pius negat Augustinus, sed non vult hoc idololatræ pro tempore manifestare mysterium, de quo & multò antè Plinius, eadem de causa, hoc est, celantibus eum eius mysterij altitudinem, quos apprehendebat, Christianis, non altius eos de Eucharistia sentire putauit, quam quod ad capiendum cibum, promiscuum tamen & innoxium conuenirent, & carmen Christo quasi Deo secum dicerent, & cætera.

Epist. 44.

In VI eo titulo. ca. 43. & 44.

Lib. X. ep. ad Traian.

Iudaica.

CAPVT II.

DE Iudaica cultus huius impugnatione nihil in Ecclesia veteri legisse memini. Verùm ante annos plus minus 250. Nicolaus Lyranus, qui floruit circiter annum Domini 1320. inter alia Iudæos à Christi fide auertentia, tertio loco recenset, eorum quę credenda nobis proponuntur, difficultatem & altitudinem, quæ nullo modo capere possunt: vt diuina Trinitas, Filij incarnatio, & Eucharistiæ sacramentum. In quorum vti duobus reputant nos tres deos adorare, ita in postremo pro pessimis habent idololatris. Quod experti norunt, qui frequenter de huiusmodi cum illis contulerunt. Et Iudæo cuidam Euangelij iuxta Matthæum impugnatori sic respondet, Quod arguitur vltrà de adoratione Eucharistiæ, quasi ibi sit Idololatria, Dicendum quòd non est verum, Non enim adoratur panis, quia ibi non est: non adorantur visibiles panis species, tanquam Deus, sed ipse Christus sub iis speciebus existens inuisibiliter. Sub iis enim speciebus Christi esse corpus vi cõsecrationis, animam autem & diuinitatem ex comitantia reali ac inseparabili, & per consequens totum Christum verum Deum, non tantùm hominẽ, Latria haud dubiè adorandum, & sic ibi non est idololatria. Similiter habetur quodammodò, vbi dicitur Dominus apparuisse Moysi in flãma ignis de medio rubi, vbi nec dubiũ, quin Moyses adorauerit Dominum ei dicentem, Solue calciamenta, terra sancta est. Neque verò vel ignem vel flammam adorauit tanquam Deum, vt quod sciret impossibile, nedũ falsum, esse, sed adorauit Deum inuisibilem sub similitudine visibili apparentem. Et idem dicendũ de diuinis apparitionibus ad alios patres olim factis. Hic verè cultus prædictus fuit in psalmo, Deus iudiciũ regi da, & iustitiã tuam filio regis. Quem psalmum antiqui Hebræorũ doctores de rege Messia seu Christo exponunt. In processu cuius vbi dicitur, Erit firmamentũ in terra in summis mõtium, habet Hebraica litera, Erit placẽta tritici in terra in capite mõtium. Hieronymi iuxta Hebraicum translatio, Erit memoriale nomen triticum in terra in capite montium. Chaldaica, Erit oblatio frumẽti in terra. Vt ex his tribus

Tritem.

Exod. 3.

Psal. 71.

Eleuatio Sacramenti

versionibus Lyrano videatur corrupta nostra litera per scriptores ponentes, firmamentũ, pro frumentũ, ex similitudine dictionũ. Patet ergo de rege Messia prædictum, fore frumentũ seu oblationẽ in terra in summis, siue capite montium. Quod in Eucharistiæ sacramento impletum est, in quo Christus sub specie panis triticei continetur, & super capita sacerdotum, qui propter status altitudinem montes nominantur, eleuatur, vt à populo adoretur qui grano frumenti se comparat. Ex quibus patet, quòd Eucharistiam adorare, sanctum sit ac venerabile, non verò derisibile. Ad eundẽ psalmi versum Burgensis addit, eò loci vbi dicitur, frumentum, supponi dictionem, picat, quæ non significat abundantiã, sed placentem potius seu placentulam frumenti. Et sic vera translatio secundum hebraicam veritatem, hoc loco talis est, Erit placenta, seu placentula frumenti. Quod propriè applicatur Eucharistiæ sacramẽto, in quo sub specie placentulæ frumenti, verũ Christi corpus continetur. Et cũ hoc concordat Chaldaica, in qua, vbi dicimus in summis montium, dicitur, in capitibus sacerdotũ. Sed & sua lingua, hoc est, hebræa, & ex hebræorũ rabinis, si quis fontes modò, quã riuulos nostros mauult, tractat Petrus Galatinus, in opere quod inscripsit de arcanis catholicæ veritatis. R. Berachias in nomine R. Issac dixit, Sicut fuit redẽptor primus Moses, ita erit & vltimus, Messias: nam vt illẽ fecit descẽdere Manna, ita hic erit placenta frumenti in terra, vt clarius R. Akilas, siue R. Ioseph cæcus, chaldæus interpres, quẽ hebræi nunc habent in manibus, Erit substantificus panis in terra in capite montiũ, vt clarissimè, & ad rẽ nostram appositissimè. R. Ionathan ben vziel, Et erit sacrificiũ panis in terra in capite montiũ Ecclesię. Et exponit, Videat qui habet oculos, quòd cùm ait hoc de messia, de quo totus hic psalmus loquitur, vult dicere quòd placẽta panis fiet sacrificiũ in capitibus sacerdotũ, qui sunt in Ecclesia, Hæc ibi. Quæ satis esse reor cõtra Iudæos, Iudęorumq; fautores. Quid enim rectius in præmissa Ionathæ Targũ versione designatur, quàm Ecclesię sacerdotes? In quibus hęc scriptura tũc certè impletur ac verificatur, cũ Chtisti corpus super capita sua eleuãt. Neq; verò mirãdũ

Corrupta non est, sed est versio iuxta LXX.

Ioan. 12.

Lib. 10. c. 4

Exod. 16.

de antiquis Iudæorũ ſapientibus, qui quomodo dictum eſt, verſum hunc exponẽtes, Meſſiam placentam frumenti, vel fruſtum panis futurum fuiſſe dixerunt. Quid enim melius dicere potuiſſent, quibus nondum rei veritas plenè reuelata fuerat? Laudauit & huius textus lectores, & in hunc ſenſum intellectores R. D. Roffenſis, de ſacerdotij defenſione contra Lutherũ. Rabbi Iohai, qui Chriſtum diu antè ceſſit, qui & hinc probauit ſacrificium panis nunquam Meſſiæ tempore defecturum, & alios hebræorum magiſtros R. Kimhi & R. Selomo Hinc etiam Meſſiæ ſacrificium in placenta frumenti futuram affirmantes, conſonante illis trãſlatione Chaldaica, Erit Corban, id eſt, ſacrificium frumenti in terra in capite montium Eccleſiæ. Quibus verbis ſatis apertè ſignificetur is ſacrificandi modus, quem hodie ſacerdotes in vſu habent, leuantes Euchariſtiam ſupra capita ſua. Nam Eccleſiæ montes nihil aptius exprimunt, quam Eccleſiarum presbyteros. Eadẽ renarrat autor operis, cui titulus, Fortalitium fidei, non diſſimulans ex Lyrano ſumpto. Sed addit, Vbi legimus alibi, in oraculo nempe contra Heli, eiuſque poſteros edito, ſic, Futurum, vt quiſquis remanſerit in domo tua, veniat vt oretur pro eo, & offerat nũmum argenteum, & tortam panis, dicatque, dimitte me obſecro, ad vnam partem ſacerdotalem, vt comedam bucellam, vbi inquam, ita textus noſter habet, literam hebraicam, ſicut habuit à quodam perito conuerſo de Iudaiſmo, reuelante illi hoc ſecretum, ſic habere, ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, ſicut cor meum, & voluntatem meam faciet. Et venient ad adorãdum me in domo mea, in calice argenti, & in placentula panis, & dicent, Conſũge me nunc vni horum ſacerdotum ad comedendum placentulam panis. Nam vbi nos habemus, nummum argenteum, hebræi habent, agorath que Seph, quod ſonat in calice argentei, & torta panis, quæ clarè patet impleta in aduentu Chriſti, eiúſque ſacerdotum. Repetit ſuperiora de pſalmi verſiculo, eadem & ex eiſdem, flagellum in Iudæos, autore Fino Hadriano, nihil admodum addens, Et cultum non alium quàm Latriæ huic ſacramento cõnenientem ac debitum, propter Chriſti minirum in eo

Congreſſu. 2. par. 45. & 46.

Lib. 3. conſideratione 4. Argento 24. et 14.

1. Reg. 2.

Lib. 8. cõtra oppoſition. Iudæor. ca. 4. 20. 25.

contenti diuinitatem inseparabiliter vnitam, probat autoritate prophetæ dicẽtis Cognoscetur Dominus,& conoscẽt eũ in die illa,& colent eũ in hostiis & muneribus, vota ei vouebunt,& soluent, &c. Hæc illi cõtra Iudæos in Christianorum causa,ex Iudæis non modò conuersis, sed etiam Christianismo tum anterioribus, tum posterioribus. Vt ad hunc ergo Iudæum,aut etiam Iudæos reuertar,siquidem illis displicet nostra Eucharistiæ ad cultum eleuatio,meminisse possunt,prout atque debent,eiusmodi ritus, quæ in populo suo veteri Dominus Deus instituerat,symbola,Termuati & Teruphah, id est,sacrorum donorum eleuationis & ventilationis in quatuor partes mundi.Vt adnotat idem Lyra,ad id Mosaicum de victima pacifica, Tenebit sacerdos manibus adipem hostiæ, Supponebant, ait, sacerdotes manus suas manibus offerentium, & sic superpositum eleuabatur cœlum versus, pòst retrahebatur terram versus, pòst ad quatuor partes orbis, ad denotandum quòd offerebatur Cœli, terræ, & orbis Domino.Postremò sacerdos id de manu offerentis accipiens,cremabat super altare. Et ad id, Adipes bouis,&c,posuerunt super pectorá. Ad hoc,inquit, vt cum pectoribus eleuarentur coram altari modo prædicto, & post talem eleuationem,quæ cremanda erant, posita super altare cremarentur.Vbi sequitur, Aaron eleuans coram Domino, sicut præceperat Moyses.Et alibi passem, Tulitque pectusculum eleuans coram Domino,Armum, pectus,& adipes,qui cremantur in altari, eleuauerũt coram Domino.Eleuabit fasciculum coram Domino,vt acceptabilis sit pro vobis:Cùm eleuauerit eos (hircum pro peccato, duosque agnos anniculos hostias pacificorum) sacerdos cum panibus primitiarum coram Domino. Tollet sacerdos de manu eius (mulieris) sacrificium zelotypiæ,& eleuabit illud coram Domino, imponétque super altare.Et de Nazaræorum sacrificiis, susceptra rursum abeis eleuabit in conspectu Domini, & sanctificata sacerdotis erunt.Et de Leuitis,Purificati sunt, & lauerunt vestimenta sua:eleuauitque eos Aaron in conspectu Domini,& orauit pro eis Et de ritu consecrãdi sacerdotes, offerendique pro eis,Pones omnia super manes Aaron,&

Esa.19.

Eleuatio & ventilatio sacrificiorũ veterum.

Leuit.7.

9.

8.

10.

23.

Numer.5.

6.

8.

Exod.29.

filiorũ eius, sanctificabisque eos eleuãs coram Domino.
Sumes quoque pectusculũ de ariete, quo initiatus est Aaron, sanctificabisque illud eleuatum corã Domino. Quo loci vbi legimus, Sanctificabis, in hebræo habetur Vẽtilabis. Quæ vẽtilatio, vt ait Ra. Sal. fiebat hoc modo, Moyses supponebat manus suas manibus Aarõ & filiorũ eius tenentiũ prędicta eleuãs primò sursum, pòst deorsum retrahens, dein deducẽs versus Orientẽ & Occidentem, ad Aquilonẽ, & Meridiẽ, ad designandũ ea offerri Domino qui cœlo, terrę, & quatuor orbis partib⁹ dominatur. Quæ diductio etiã seu vẽtilatio, in modũ crucis fieri solita, figurabat Messiã futurã, & in cruce pro mundi salute offerendũ. Est & alia tũ literalis, tũ mystica ratio eleuationis Thrumah sursum & deorsum, quasi dicas, exaltationis, & Thenuphah, vẽtilationis, seu antrorsum, retrorsum, dextrorsum & sinistrorsum agitationis. Sed nihil ad rẽ Elatio ergo in altũ corporis venerãdi, nobis & Græcis Christianis cõmunis, vt autor est Germanus Cõstantinopolitanus Archiepiscopus in Rerũ Ecclesiasticarũ Thorria, re præsentat crucis elationẽ, & mortẽ Christi in ea, sed & ip sam resurrectionẽ. Quòd itẽ subleuet sacerdos diuinum panem, & signũ crucis ter faciat in aëre cũ venerabili & viuifico pane, id innuit, Vna quidẽ crux quæ sursum designatur, sanctificatũ supernũ atherẽ monstrat: aërẽ media infima, quæ supra & propè discũ terrã: in qua viuificũ illud Christi corpus sepultum est. Quòd autẽ subleuet diuinũ panem solũ, id est quia ipse Rex est, Dominus, & caput, alia autẽ venerauda dona, mẽbra sunt Christi, & corpus Christi (mysticũ scilicet, id est, eorũ sunt, qui veneran di corporis Christi Dei mẽbra sunt, aut etiã ea repræsentãt) Ille enim solus est, in quo figuratur & mõstratur diuina & viuifica passio eius, qui est immolatus pro mũdi vita, quandoquidem solus diuinus panis mactatur, & vt agnus immolatur: alia verò diuina dona lancea non dissecantur, Lancea in crucis modum adhibita, sed vt membra & partes corporis particulatim diuiduntur & mactantur. Igitur panis ille diuinus sanctificatione participans, cõmunicat & aliis precios is donis: similiter & calici sanctificationem & gratiam. Post eleuationem statim partitio

Lyr.

Fagius.

Eleuatio quid designat.

Crucis signacula.

Non excludit sanguinem, aut alteram speciem, sed alia populi dona.

Lancea in sacris Græcor.

diuini corporis fit,&c. Hæc ille ad verbũ paulò licet obscurius,nõ obscurè mysticorum donorum eleuationẽ ad cultum,& à laicis donis differentiã innuens. Hæc enim sicut non vt illa celebrantur,ita nec eleuabantur,quando illa post cõsecrationem eleuare erat cõsecrata ante sumptionẽ adoranda proponere, vt quã in eo Missæ articulo eleuationẽ nos appellamus,Græci in Liturgiis suis vocẽt ὕψωσιν. In Chrysostomiana sub finem sacerdos eleuans sanctũ panem,dicit,sancta sanctis:Chorus.Vnus sanctus vnus Dominus Iesus Christus in gloria Dei Patris. Sacerdos autẽ eleuat panem,dicẽs,super cœlos Deus, & super omnẽ terram gloria eius.Et sacerdos ostendit calicẽ populo,dicens,Cum timore Dei,fide, ac dilectione accedite:Chorus,Benedictus qui venit in nomine Domini. Sacerdos,Benedictus Deus noster,nunc & semper,& in secula seculorum,Amen. Et in ipsa D.Iacobi Missa, sacerdos post consecrationẽ attollens siue eleuans donum,apud se dicit, sancte Domine sanctifica nos, &c. Quin & in Missa,qua Æthiopes communiter vtuntur,quæ etiam Canon vniuersalis appellatur, ex lingua Chaldæa siue Æthiopica in latinã nuper cõuersa, sacerdos eleuans sacramẽtũ,dicit alta voce ter,Domine Iesuchriste miserere nostri.Quæ populi verba reiterant. Addit,Oremus, Qui estis pœnitẽtes,humiliate capita vestra,surgite ad adorãdũ,hoc est corpus sanctũ,honoratũ, & vitale Domini & seruatoris Iesu Christi,quod datũ est in remissionem peccatorũ, & ad vitam æternã consequendã verè sumẽtibus ipsum,Amẽ. Hic est sanguis Domini & seruatoris nostri Iesu Christi,sanctus,honoratus,ac viuificãs,qui datus est in remissionẽ peccatorũ,& ad vitam æternã cõsequendã verè sumẽtibus ipsum.Amen.Verè hoc est corpus,& hic est sanguis Emanuel Dei nostri,amẽ.Credo,credo,credo ex nũc & vsq; in seculũ,amẽ.Hoc est corpus,& hic est sãguis Domini & seruatorisnostri Iesuchristi, quod & quẽ assũpsit ex Domina nostra, sancta & immaculata virgine Maria, & vniuit cũ diuinitate , sine mixtione aut copula naturali , sine separatione aut permutatione diuinitatis. Credo,credo,credo quòd diuinitas nõ sit separata ab humanitate,nẹ hora quidẽ,neq; periclũ oculi. Hęc eius sũt

Hypsosis.

Canon vniuersalis.

Verè.

qui dignus est honore, gloria, & reuerentia. Hîc sacerdos sumit corpus & sanguinem, & posteà communicat ex eadem hostia ministris sacrificij, & dum ministratur populo sacramentum, psallunt docti aliqua carmina in honorem sacramenti, &c. Habes Æthiopum Christi fidelium primùm quidem de corporis & sanguinis Dominici in hoc sacramento præsentia fidem (vt de qua non contenti sint semel dicere, Credo, nisi eam se credere toties repetant) deinde adorationem. Tertiò adorationis causam nempe Deitatem ab humanitate, ab hoc Domini corpore & sanguine inseparatam. Postremò cleri plebisque cõmunionem. Quòd autem hæc adoraturi surgant, nihil hîc refert, stantes enim vt iacentes, & erecti vt prostrati, supini vt proni adorare possumus, pro locorum nimirũ & temporum ratione, fuit ideis cum reliquo Christianissimo cõmune in Ecclesia veteri, toto pẽtecostes tempore. Nam ne hæc quidẽ eleuatio, vt adoratio, vniuersalis est, cùm in ordine. Liturgiæ celebrandæ in regno Prestæ Ioannis, sacerdos neque, vt loquuntur, librum sacrũ, neque calicem subleuet, vt obseruat in Liturgicis Cassander ex opere Lusitanico, & posteà Italico Franciſci Aluares. Armeniorum contrà sacerdos præparationem ostendit populo, cõsecrat & silenter inclinatus orat, & detecto calice ac hostia, inquit, vt sanctificaretur ille panis, verum corpus Christi saluatoris Domini nostri, idque ter dicit. Et super calicem, sanguis verus est Domini nostri Iesu Christi, vt foret omnibus accedentibus non in iudicium, sed in saluationem & remissionem peccatorum, Respondet Chorus, Amen. Et post aliquot preces, memorias & inuocationes, Totus populus cum clero aperto capite orat, Pater noster. Sacerdos fracta hostia communicando dicit, fide manduco sanctum, viuificans, saluificans corpus tuum Domine, &c. Fide bibo sanctũ sanguinem tuum Domine, &c. Et conuersus ad plebem cum sacramento, dicit. Cum timore ac tremore accedite. Datur autem panis benedictus nõ cõmunicantibus, ne hunc forte cultum sacris populo ostensis aperto capite orandi, & sic adorandi, ad solos communicantes restringas. Hanc autem sacrorum eleuationem penè vtique solitam rece-

Adorationis causa inseparabilis ab humanitate diuinitas.

Adorantiũ gestus alius alij.

Corpus verum.

Sanguis verus.

Panis benedictus.

ptamque Hildebertus Cenomanẽsis Episcopus ante annos plus minus quingentos, metro non ineleganti, quod Lutetiæ impressum, De Concordia veteris ac noui sacrificij, Antuerpiæ bis, De mysterio seu officio Missæ inscribitur, sic extulit.

Hoc sanè totum verbis confertur in illis,
Quæ subdit sacrifex non sua, sed Domini.
Quippe recensurus quæ protulit ipse vel egit,
Cùm cœnans idem cœna beata fuit,
Præmittit dicens, Qui pridiè quàm pateretur,
Accepit panem, quem benedixit idem.
Panis in hoc verbo, sed adhuc communis, ab ara
Sumitur, ac sumptum tollit vtráque manu.
Presbyter hanc idem, cùm peruenit ad benedixit,
Imprimit elato mystica signa crucis,
Nec prius in mensa dimittit, quàm tua Christe. *Vel, mensam.*
Verba repræsentans, explicet ista super,
Hinc leuat & calicem, signátque, nec antè reponit,
Quàm super auctoris verba retractet, ita
Si qua fides patribus, quos vita beata perennat,
Esca fit hîc animæ, quæ modò carnis erat. *Hoc, quod.*
His verbis vtrúnque nouas acquirere vires,
Maioréque suis scripta probata docent.
Sub cruce, sub verbo natura nouatur, & aram
Panis honorificat carne, cruore calix.
Presbyter idcirco cùm verba venitur ad illa,
In quibus altari gratia tanta datur,
Tollit vtrúnque, notans quòd sit communibus escis
Altius, & quiddam maius vtrúnque gerat. *Altior, vterque.*
Quæque parens animæ carnis formata parauit,
Omnia sacratis inferiora cibis.

Ex quibus versiculis constat signa bis ab altari subleuari.

Rationale diuinor offi ctor, lib.4. cap.4.par. 41 52 46 22 47 8

ac semel quidē vt sacrētur, ac iterum vt sacrata circunstā-
tibus ostententur, vt populus consecrationem nō præue-
niens, sed factam esse inde cognoscēs, & Christum super
altare venisse siue adesse, reuerenter in terram prostratus
& geniculatus, corde illū & ore, ac toto etiā adoret cor-
pore, vt hac, inquam, astantes eleuatione sacra videntes
mysteria, petant quod ad salutem proficit, commonefiāt
non aliud esse sacrificium dignius, imò esse super omnes
hanc hostias, Christum verū esse panem per prophetas in
scripturis exaltatū, cùm venturum prophetabant. Sed vt
hîc alij alia ratiocinentur, hæc Eucharistiæ vtraque facer
dotum manu ob maiorem tum reuerētiam, tum securita-
tem, super capita exaltatio, omniū Christi mysteriorum
maximè videtur eius in crucē exaltationē, & sic nostrum
omnium ad eum ipsum attractionem designare, vt nos
cùm hoc toto sacro, tum illo præcipuè sacri huius articu-
lo, mortis Domini, iuxta eius præceptum, memores, ob
oculos tū spiritus, tū etiam, quoad eius fieri potest, corpo-
ris, Christū in crucem tunc exaltatum, & omnia ad se tra-
hentē, proponamus, & nunc in hoc altaris sacrificio præ-
sentem, &, vt cùm ex aliis patribus, tum ex Chrysostomo
antè audiuimus, nobis in his mysteriis apparentē, seque
velut ingerentē atque ostēdentē, adoremus. Irrident iidē
Iudæi, & Iudaizātes Christiani (si modò Christiani) Ca-
tholicos, sub vtriusque speciei eleuationē ad cultus com-
monefactionē, squillam pulsare, sic enim liber, vbi paulò
antè, autori πρόκειρον, vulgo Rationale diuinorum officio
rum inscriptus, vocat campanulariū ea sacri hora pulsari
alicubi suetum, cuius vocabuli in hoc certè sensu ratione
me latere agnosco, & cur ex siue radice, siue bulbo, siue
fructu, ac etiā pisce fecerit hoc, vt ego quoque sic loquar,
tintinabulare, aut vnicum etiā tintinabulum, siue cāpa-
nulam pulsari quoque solitam, ea de causa, cùm hoc vi-
uificū viaticum defertur ad infirmos. Meminerint iidem
suos olim Leuitas sacrificij tempore tubis argenteis clan-
gere solitos, quarū sonitu populus præmonitus, foret ad
adorandum Dominum paratior. Quarū multus frequēs-
que fuit eis vsus inter sacra coram arca fœderis Domini,
passim in Paralipomenis obuius, ex Dauidis instituto, iux

Ioan.3.8. 12. *Luc.22.* *1.Cor.11.* *Squillæ in sacris pulsus lib.4. cap.51.par.* 53. *Tuba argēteæ in lege. Leuit.23.* *Num.29.* *1.Par.13.* 15.16. *2.Par.5.7.* 15.20.23. 29 *1.Esd.3* *Psal.80.* 97.150.

ta quod succeſſor eius,piúſq; rex Ezechrias iuſſit vt offerrentur holocauſta, & tum inceperint laudes cauere,clangere tubis,& diuerſis organis concrepare.Omni autē turba adorāte,cantores & tubicines erant in officio, donec holocauſtū compleretur:cumque finita eſſet oblatio, incarnatus eſt Rex,& omnes qui erāt cū eo,& adorauerūt. Tantumnè igitur pōparum ſolemniū coram figura, nec tātillum quidem talium coram veritate?De vſu enim loquor hîc,non de luxu aut abuſu. Abſit verò luxus, ſed & ſordes abſint,de quibus adhuc poſteà. *Eccleſi. 50. Ioel.2.*

Vt ergo in arca quondā reducenda,populū Iſraël,iubilo,buccinæſonitu,tubarū clangore, nablis, cymbalis,citharis,& id genus muſicis organis concrepantem, ipſum quoque Dauid indutū ſtola byſſina & Ephod lineo percutientē in organis armigatis,ſaltantem,& totis ante Dominum viribus ſubſilientem virū etiam ſuū,Michol filia ſaulis deſpexit,quàm glorioſus,inquiens,fuit hodie Rex Iſraël,diſcooperiēs ſe ante ancillas ſeruorū ſuorū,quaſi ſi nudetur vnus de ſcurris. Vtque Iudas Scarioth proditor piā ſanctæ mulieris in Chriſtum deuotionem,& precioſi vnguenti ſuper Domini pedes & caput effuſionem haud æquis oculis aſpexit,perditionē eſſe ratus,& melius id væ nire,& pauperibus impēdi falſò cauſatus:Horum,inquā, Michol atque Iudę inſtar ac exēplo,moderni Nouatoret magis quàm reformatores,faces radiātes,nolas tinniētes, ſacerdotū comptum,tēplorum ornatum,vaſa atque ſigna argētea,aurea,gēmea,thymiamata,hymnos,tabellas,genuflexiones,adorationes,& id genus ceremonias honorificas,ac celebres apparatus,taliáque nō quidem abſolutè ſimpliciterque,ſatis pręſertim in fide robuſtis neceſſaria, ſed per Eccleſiā,vt infirmæ plebeculæ animos frigentes, torpētes aut tepentes,rudemque tarditatē ad amplıorem deuotionis alacritatē hæc ceu incētiua erigāt accēdant,& excitēt,ordinata,vt immodicū faſtū luxūque ſuperfluum cauillātur & calūniantur,nos vt nō laudamus,aut etiā defēdēdū excuſandūq; ſuſcepimus ſi quid eius celebritas occaſione perperā agitur,vel vtilius prętermittitur(nihil enī tam bonū,piū,aut ſanctū,vt eo nemo poſſit abuti)ita nō dubitamus Chriſti in Euchariſtia præſentiā plus multò, *1. Reg.6. 1. Par.13. Michol Dauidem irridans. Matt. 26. Marc. 14. Ioan.12. Iudæ Mariam incuſſans. Ex Ioan. Roſſen. contra Oecolampad. lib.1.ca.20 22. Et lib. 3.cap 5.*

deuotionis aut ſolennitatum exigere, quàm ei poſſit vniuerſum hominũ genus erigere, eáſque ſimul omnes, quibus hîc vtimur, tãtæ Domini dignationi lõgè eſſe impares. Quid enim tũ Dauid? Ante Dominũ (Dei arcã) vilis, ait, humiliſque fiã plus quàm factus ſum, in oculis quidẽ meis, ſed cũ ancillis glorioſior apparebo. Quid Chriſtus ipſe non ignorabat complures tũ eſſe pauperes ac mendicos, Mariæ tamen affectũ tantùm abeſt vt prohibuerit, vt Iudæ, condiſcipulorũ que huius exemplo murmurãtium pro ea, mordacitatem, indignationemque increparet: nos in illa inſtituens, nullo nõ ſe honore proſequi, & in illis, pauperes in anguſtia ſubleuare, non relinquere. Audiant, exclamat hoc loco græcus quidam pater, audiant, inquã, cuius partis ſint, & cõfundantur, qui pauperũ curã Chriſti cultui præferunt, quique eorũ prætextu ex ſacrilegiis eleemoſynã faciũt, ſacrũ Chriſti corpus & ſanguinẽ precioſum diſcis & poculis precioſioribus ablatis, in vilioribus reponẽtes, Audiui enim ego dicẽtes aurifabros, ſiquidẽ ego vas diſſectũ dem pauperibus, ego viuã, neque cõdemnabor. Non eſt idẽ pauperum miſereri, & Chriſtum ipſum honorare. Chriſti autem corpus propriè quod in diſco, & ſanguis qui in poculo. Conſilio quidẽ ſi quis indignerit, conſule pauperibus dari, at Domino ipſi offerẽtem indignum eſt auerſari, alacritatẽ eius frangere, deuotionẽ abducere, ne dicam cauillari aut calũniari. Hæc ille ante annos plus minus 800. Iſti ergo moderni Micholitæ, Eccleſiæ matris ſuæ, vt illa viri quondã ſui, irriſores & ſubſannatores, quaſi ſterilitate percuſſi (non enim natus fuit ei filius vſque in diẽ mortis ſuæ, ait Dia Regũ hiſtoria) vltrà non proficiẽt, profecerint minus licet, ſed in peius: inſipientia enim illorum manifeſta erit omnibus, ſicut & Micholis fuit inſania. Iſti Iſchariotæ, non minus vtique quàm ille fures, proditores, ſacrilegi aliquando tãdem rumpentur, crepabunt inuidia, nimirum non reſtitutis tantùm alienis, ſed & ſuis, prout merentur, amiſſis.

Theophyl.
Matt. 26.
Marc. 14.
Corpus D. in diſco. ſanguis in poculo.
Micholitæ.
2. Tim. 3.
Iſcariotæ.

philoſophica, præſertim Aueroica.

CAP. III.

ET ſuperior ergo Iudæus huius adorationis ergò Chriſtianos faciebat idololatras. Nec cõtẽtus addebat, horribile non poſſe non eſſe, quòd Chriſtiani corpus Chriſti comederent. Horũ vtrũque Ieſum inquã atque cultum calũmniabatur Auerroës, vt ad philoſophes veniam, neque minus quàm Iudæi, vtroque ſe ritu à Chriſtianiſmo auerti ac impediri cauſabatur. Eſſe alioqui cur illi præ omnibus ſectis placeret Chriſtiana, ſed quoniam, aiebat, Chriſtiani Deum ſuum quem adorant, etiam deuorãt, moriatur anima mea cum animabus philoſophorũ. Huius loci me primus admonuit D. Ioannes Benedictus Dominicamus, magnum ſui noſtrique ordinis, dum viueret, ornamẽtum, idem mihi ſyncerus amicus & præceptor. Sed Iudæo adhuc & Iudæis prius reſpondẽdum: Verum quidem eſſet horribile eſſe Chriſti corpus comedere, ſiquidem acciperetur in propria ſpecie: ſed ipſum idẽ ſub ſpeciebus panis accipere, ſuaue eſt & venerabile. Earum enim, panis, inquã, ſpecierum in comeſtione fractio, eſt attritio & laceratio, non autem Chriſti corporis, quod imaginantur Iudæi. Quibuſdem ſpeciebus conſumptis, vt ibi deſinat Chriſti eſſe corpus, ſacramẽti tamen remanet effectus, animæ nimirũ, vel totius magis hominis ſpirituãlis refectio, augmentum gratiæ, &c. Suauis igitur hæc atque veneranda ſic intellecta corporis Domini cõmeſtio. De cuius etiam cibi bonitate atque ſuauitate dicit Rabbi Moyſes Hadaraſſen, exponẽs illud propheræ, Et inclinaui ad eum vt veſceretur: vbi Hebraica litera talis eſt, Et inclinabo ad eum eſcam. Hanc exponẽs hic doctor, in perſona Dei loquẽs inclinabo, ait, ad eũ populũ nempè Iſraël, eſcã bonam & ſuauem, cui non eſt alia ſimilis, de qua dicitur in Pſalmo antè ab Hebræis de Meſſia expoſito, Erit frumentum in terra, &c. Hãc igitur eſcã & ex Iudæis patet ſumere non eſſe horribile, ſed deuotũ & delectabile bene vtique ad illã diſpoſitis. Hæc Lyra cõtra Iudæis. Veniamus ad philoſophos Euchariſtici cultus & eſus peræquè irriſores. Sapiẽtũ itaque ſeculi hui⁹ vnus, in mirabilibus huius ſacramẽti permotus, cõfuſus, & deiectus, lege modò naturæ contentus, & ad naturales ſolùm

Lyran.

Oſe. 11.

Pſal. 71.

Dionyſ. Carthuſia.

De Euchariſtia ſerm. 2. Operam mirorũ to. 1.

Cl. ſanctus in Bezam. 1567. ex 12 Metaph. in ſect.

causas respiciēs, nec spiritū Christi habēs, sceleratus, maledictus, & impius Auerroës, hac cōtumelia religionem Christianā affecit, ita inquiens, Mundum peragrani, multas, adeoq; omnes regiones circuiui, varias sectas inueni, sed Christiana deteriorē, aut etiā tam fatuam, quàm secta est Christianorū, non reperi, quia Deū suum, qué colunt, dentibus deuorāt. Hoc testimoniū, quòd nihil huius impii apud me extet, nec extare quidē velim, ab aliis mutuò sumpsi, penes quos sit eius fides. Et Dionysius quidē Rickesius, immoratur Auerroicis pluribus absurdis, sed nūc non erit hic locus. Quod ad rē attinet, respondet inter ea quæ de hoc, vt & alus legis nouæ sacramētis, tradit & tenet Ecclesia, hoc etiā prædictum, fore vt in terra, hoc est, militāte Ecclesia, quę peregrinatur in terra, memoriale triticū esset in summis mōtium, id est, capitibus sacerdotum idque ex versionibus apud Hebræos authēticis. Quòd, vt alia de Christianismo in prophetis prędnūciata, in eodem per actū iam ac peragi agnoscamus, sacramentū hoc præ aliis habere, vt nō multiplici rātū effectu spirituali, gratia & virtute, sed verè quoq; per essentiā substātialiter Christū contineat, in hoc enim exhiberi nobis eū in cibū, cibū autem oportere realiter cibato coniungi, rectè itaque sentire Ecclesiā Christū hīc realiter cōtineri, proindeque totū & integrū, carne quidē & sanguine directè ac vi cōuersionis, anima autē ac Deitate per concomitantiā, susci pi & adorari. Esse porrò triplicé gradū honorantium hoc sacramentū: Primū, vt cum ex ita loquar, corporaliorem, eorū nempe qui iuxta modulū suum per exteriora in superiore articulo memorata sunt, ad interiorē honorificē tiā se prouocant: Alterū sublimiorem, eorū qui obsequia medio se modo habentia, præconia & sacrificia offerunt redēptori, eū pro viribus intra se laudantes, &c. Tertium, cœli formiorē, cultorū Dei, ministrorū Christi, qui cōtēplationis gratiā sortiti, & in speculationis arce constituti, ascenderūt ad cor altum, &c. Mētitur verò impius Auerroës, & nō minus impiè mentiūtur quotquotcum eo nos ἀνθρωποφαγίας, aut etiam ἀνθρωπελατρίας, totam Ecclesiā imò, vt ait Cyrillus, cœlum ac terram suggillant. Nam probatissimi quique patres planè contraria harū vtrique

Psal. 71.

Substantialiter.

Realiter.

Serm. 1. Honorantium Eucharistiam gradus tres.

Antropophagia.

Antropolatria.

Anathematismo 11.

blaſphemiæ docuerunt, vt ab hoc ordiar, *Sanctum*, ait, ac viuificum, incruentúmque in Eccleſiis celebramus ſacrificium, non hominis alicuius nobis ſimilis, & communis corpus conſimiliter & precioſum ſanguinem, eſſe, quod proponitur, credentes, ſed magis tanquam propriũ viuificantis Verbi corpus & ſanguinẽ accipimus. Communis enim caro viuificare non poteſt, nec quicquam prodeſt. *Ioan. 6.* Quia autem facta eſt Verbi propria, ob eam cauſam intelligitur, & eſt viuifica, vt Seruator ipſe teſtatur, Sicut miſit me viuẽs Pater, & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, etiã ille viuet propter me. Et, Si quis non fatetur Domini carnem viuificatricẽ eſſe, & propriã Verbi, quod ex Deo eſt, ſed tanquã alterius cuiuſpiã ab eo, qui ei quidem coniunctus ſit ſecundum dignitatem, hoc eſt, ſolam diuinã inhabitationem ſortitus ſit, anathema ſit. Et in oppoſitione contra Theodoreti reprehenſionẽ, ſic ait inter alia multa, Quãuis Chriſti corpus noſtris ſit corporibus, hoc eſt, conſubſtantiale, natum enim eſt ex muliere, proprium tamẽ filij Dei eſt, quia autem vita ſecundum naturam Verbum eſt, quod ex Patre eſt, viuificatricem declarauit carnem ſuã. Et hac ratione facta nobis eſt benedictio (ſic ſolet pater hic vocare ſacramentũ hoc) viuificatrix. Et corpus aſſumptũ è muliere vbiq; ſuũ vocat, Caro, inquiens, mea &c. propter ſummã vtiq; vnitatem, & hanc myſterij habeat rationem, quod dictionem hanc *propriam* poſuimus, dicentes, Si quis non fatetur Domini carnem viuificatricem, & propriam ipſius quod ex Deo eſt, Verbi, imò non magis viuificatricem eſſe, quia facta eſt Verbi, omnia vtique viuificare potentis, propria, Anathema ſit.

Ad Euoptium.

Gal. 4.

Benedictio.

Neſtoriana, & Eutychiana. Cap. IIII.

NEſtorius verò, Audite, aiebat, attendentes verba, *Qui manducat carnẽ meã, &c.* Memores eſtote quòd de carne ſermo eſt, quod non à me carnis nomen adiectũ eſt, ne videar ſiniſtre interpretari, Non ait, Qui mãducat & bibit meam diuinitatem. Et, Qui manducat me,

Neſtorij de Euchariſtia ſoror.

Quid mãducaturus? diuinitatémne an carnẽ? Sic absurdè negligentérq; nugatur hic hæreticus, Non Deum Verbũ missum esse dicens, incarnatum, & hominem factum, sed seorsim ac particulariter hominẽ, quod manifestum iam cauillum est, Nam vnionis modũ destruit, vt cõmune inueniatur Christi corpus, non iam Verbi omnia viuificare volentis, propriũ. Et paulò pòst, Num tu hominis comestionem, ἀνθρωποφαγίαν, nostrum hoc sacramentũ pronuncias, & irreligiosè ad crassas cogitationes vrges corũ, qui crediderunt, mentẽ, & attentas humanis cogitationibus tractare, quę sola, pura, & inexquisita fide accipiũtur? Et quoniã minimè editur diuinitatis natura, propter hoc commune dixerit quis sanctũ Christi corpus? Scire autẽ operæprecium est quòd proprium est corpus eius Verbi quod omnia viuificat. Quoniam autẽ corpus est vitæ, viuificum est, Nam per hoc mortalibus nostris corporibus largitur vitam, & mortis euacuat imperiũ. Hactenus Cyrillus, cuius fragmentum ad partem primã extat in canonibus Ecclesiasticis, sub titulo Ephesini, tale, Necessariè & hoc adiicimus, Incruentã celebramus in Ecclesiis sacrificij seruitutẽ, & sanctificamur participes corporis & precioſi sanguinis Christi, non vt cõmunem carnẽ percipientes, nec viri sanctificati & verbo coniũcti secundũ dignitatis vnitatem, sed verè viuificãtem, & ipsius Verbi propriam factã. Habes rationẽ carnis Dominicæ in hoc sacramento, siue vt habet Rubrica, in altari tum accipiẽdæ, tum etiam adorandæ, nempè quia per Verbum Dei Deũ assumptæ & propriæ illius factę, ac proinde, vt Verbum, viuificæ, idque credendum tantùm non etiã exquirendum. Non verò quod Candidus, qui parũ cãdidè nos anthropophagos non minus quàm Auerroës, hîc facit, quasi Christũ fide tantùm, nec nisi spiritualiter manducari in Cœna Cyrilius asserat, vt quo patrũ nemo sæpius aut apertius, neget in ea nos Christi spirituali tãtùm, quę est per fidẽ & charitatẽ, habitudine coniungi, sed & corporali quoq; atq; naturali participatione, Locis per nos cum aliorum patrũ in hanc rem testimoniis, alibi citatis. Negat autem diuinitatẽ hîc manducari, sed ex Nestorij haud dubiè sensu, carnem seorsim à diuinitate hîc sumi

Anthropophagia.

De consecr. dist. 2. cap. necessarie. Guitmundus lib. 3.

Ioã. Cãdid. de cœn. Domini. anno 1560.

In Ioã. lib. 10. cap. 13. & lib. 11. cap. 16. 26.

Apolog. lib. 7. cap. 5.

errãtis,& sic non minus anthropolatras (quia carnẽ eam nemo prius hîc manducet quàm adoret) quàm Anthropophagos Catholicos faciẽtis, vt alibi ait de Nestorianis, quòd cœlum ac terrã anthropolatriæ, hoc est, hominis cultus suggillãt. Et alibi, Nónne dicere liceat quod propheticarum prædicationũ exitus ἀνθρωπολάτρως crimen nobis induxerunt? vt adoremus hominẽ habentẽ Deum inhabitantem? &c. Cui hæresi Eutychiana cõtraria licet, nihilo de Eucharistia peruersè minus sensit, vt cuius fructus fuerint totius populi Christiani, sacerdotũ imprimis Domini, & Monasteriorũ euersio, omne per Eutychianorum crudelissimã insanissimámq; sæuitiã, in Ecclesia, præsertim Alexandrina, cœlestium sacramentorũ lumen extinctum, intercepta est sacrificij oblatio, & parricidalibus impiorum manibus omnia se subtraxere mysteria.

Anthropolatræ.
Anthropophagi.
In expositione Symboli Nicen.
De incarnatione Vnigeniti.
cap. 23.
Leo 1. epist.
75. 1. q. 1.
can. Manifestum.

Capernaitica. Cap. V.

AD has autẽ anthropophagiæ cogitationes nimisquã absurdas adigebat Nestorianismus, eas prius multò induxerat prima in discipulis Christi velut ad duritiã sermonis eius facta hæresis, Carnẽ quippe Christi manducandũ carnaliter sic intellexerũt, sicut in cadauere vẽditur, aut in macello dilaniatur, Sic illũ putarunt erogaturũ corpus suum, particulas quasdã de illo præcisurum, membra sua concisurũ, & sic per partes discerptũ sese illis daturũ. Quibus respõdit, non eò se modo illud eis donaturũ, sacramentum iis se cõmendare, quod spiritualiter intellectũ illos viuificaret. Quod etsi necesse esset visibiliter celebrari, oporteret tamen inuisibiliter intelligi, sic vt quod in sacramento visibiliter sumeretur, in ipsa veritate spiritualiter manducaretur & biberetur. Inuitat Dominus seruos suos, vt cibũ eis seipsum pręparet. Quis audeat manducare Dominũ suum? Ait tamen, Qui manducat me, viuit propter me Quando mãducatur, vita manducatur. Ne timeamus manducare panẽ hunc, ne finiamus eũ, & postea quod manducemus, non inueniamus. Non occiditur vt mãducetur, sed mortuos viuificat.

Augustin. 10ã. 6. trac. 27. in Psal. 54. & 98. de verb. Apostol. ser. 2. Beda. 1. Corinth. 10. de cons. dist. 2. cap. Prima quidem. Can. Inuitat. Can. Qui manducãt. Can. Qui manducat me. Can. Virũ.

Cùm manducatur, reficit, non deficit: viuit manducatus, qui resurrexit occisus. Neque quando manducamus, partes de illo facimus. Et quidem in sacramento sic fit. Norunt fideles quomodò manducent Christi carnẽ, vnusquisque partem suã, vnde & ipsa gratia partes vocantur. Per partes manducatur (sacramenti vtiq;, vt paulò antè) sed manet integer, totus in cœlo, totus in corde tuo. Totus erat apud Patrem, quãdo veniebat in Virginẽ: implevit hanc, nec recessit ab illo: Veniebat in carnẽ, vt homines eum manducarent: manebat integer apud Patrem, vt Angelos pasceret: Factus homo, vti panem Angelorum manducaret homo, &c. Ergo quia Christũ dentibus vorari fas non est, nec magis eius gratia morsibus cõsumitur, voluit is panẽ hunc & vinum in mysterio verè carnẽ suam & sanguinem suũ consecratione Spiritussancti potentialiter creari, &c. vt quia nos iam similitudinẽ mortis eius in baptismo accepimus, similitudinẽ quoq; carnis & sanguinis sumamus, ita vt & veritas non desit in sacramento, & ridiculum nihil fiat Paganis, quasi cruorem bibamus occisi hominis. Si enim discipuli patienter ferre nequiuerunt quod dixit Dominus, Qui manducat carnẽ meam, &c. sed dixerunt, Durus est hic sermo: quo ergo hęc modo ferrent increduli? &c. Hisce Augustinianis cõsonant quę sequũtur, Ambrosiana, Deinde, vbi non tulerunt sermonẽ eius, sed audientes quòd carnem suã manducare, & sanguinẽ suum bibendũ daret, recedebant, Ne igitur plures hoc dicerent, veluti quidã esset horror cruoris, sed maneret gratia redẽptionis, ideo in similitudinem quidem accipis sacramentum, sed veræ naturæ gratiam virtutémq; cõsequeris. Et quia idem Dominus cõsors est diuinitatis & corpotis, tu quia panem accipis, diuinę eius substantiæ in illo alimento participas, Vt enim verus est Dei filius D N. Iesus ex substantia Patris, non vti homines per gratiã, ita vera, quã accipimus, caro. Fortè dicas, Quomodò vera? Carnis & sanguinis similitudinẽ video, non speciem aut veritatem. Sicut mortis similitudinem sumpsisti, ita precioſi etiam sanguinis similitudinẽ bibis, vt nullus horror cruoris sit, & precium tamen operetur redẽptionis. Didicisti ergo, quia quod accipis, Corpus est

Christus totus in cœlo, & corde nostro.

Rom. 6.

Similitudo carnis & sanguinis.

De sacramentis li. 6. cap. 1. can. Fortè dicas.

Horror vt hîc vitatus.

Ibidem & li. 4. cap. 4. can. Panis est.

Christi. Hęc illi Latinorum patrum facilè primi, simul & corporis sanguiníſq; Dominici veritatem hîc accipi, edi bibíq; profitentes, & Euchariſtiam, hoc eſt ſacra ſigna, & myſtica ſymbola ſiue ſpecies, quas vocãt, ſacramentales, vtriuſque ſimilitudinem nominantes. Quorũ poſteriore non eſt cur offendamur, Si enim Euchariſtia ſacramentũ eſt, vt certè eſt, vtique ſignum eſt & ſymbolum & figura, & exemplar, & imago & ſimilitudo. Quorũ contrà ſi nihil eſt, ne ſacramentum quidem eſt, Quia diffinitur ſacramentum, ſacrum ſignum, ſignum ergo hoc, ſacramentum eſt, & ſimilitudo, ſed res quas ſignat, verè & continens & exhibens. Vt alibi probatum eſt contra nimis hac in re timidos, & ab his vocabulis toties alioqui apud patres obuiis, æquo plus abhorrentes. Manducatur ergo Chriſtus hîc à fidelibus, ſed minimè laceratur, vt Latina cauit Eccleſia poſt Thomam Aquinatem, ſcriptorem quidem recentiorem, ſed in veteribus maximè verſatum.

Sacramentum ſacrum ſignum.

Opuſcul. 57. lect. 3.

Berengariana. Cap. VI.

ET quod obiter ſecus habere videtur Berengarij palinodia, quaſi ſenſualiter non ſolũ ſacramentum, ſed verum quoque Domini corpus in veritate manibus ſacerdotũ tractetur, frãgatur, & fideliũ manibus atteratur. Non procul ab eo tẽpore Lombardus diſtinguit hæc poſtrema verba, & exponit in veritate corpus Domini tractari manibus ſacerdotũ, frangi autem aut atteri verè quidẽ, ſed in ſacramẽto tantùm. Et audet eo loco gloſſa, cuius tandemcunq; ſit, lectorem monere, niſi ſanè verba eadem intelligat, in maiorem lapſurum hæreſim, quàm recantans habuerit. Referenda ergo ea ad ſpecies, quibus attrectatis, fractis, & attritis, totũ Chriſti corpus & integrum, imò totus ipſe Chriſtus ſumatur & mãducetur. Et noſtri, quaſi litera hæc craſſior eſſet atq; crudior, quæque in deteriorem partem capi poſſet, factum eo putãt, vt qui nimis in alterum latus exorbitauiſſet, hunc in contrariũ vergere permitteretur, & paulò fortaſſe quàm fuiſſet

Can. Ego Berẽgarius.

Lib. 4. diſt. 12. E.

D. Roffeñ. lib. 3. cap. 12. H.

æquius, nisi sanè exponatur. Ad quam tamen fidei formulam, primo licet aspectu horridam, lector eo minus, vt sic loquar, horripilauerit, quo in veteribus fuerit exercitatior, in Chrysostomo presertim de sanctis his & diuinis mysteriis sic passim concionante, Qua re non oportet puriorem esse hoc sacrificio fruentem ac participantem? quo solis radio non splendidiorem manum, quæ carnem hanc tractet ac diuidat, os quod igne spiritali repletur, linguam quæ hoc admirabili & nimium tremendo sanguine cruentatur ac rubescit? Quam habebimus veniam, aut quæ nobis venia dabitur, vel potius quam pœnam non subibimus, quæ non supplicia exoluemus, qua Dominicam degustare carnem digni habiti sumus, diaboli sponte linguam, & diabolica loquentem efficimus? Et quoties prædicat Dominum se hîc non videri tantùm permittere, sed & tangi, nec tangi modò, sed & manducari, & dentes carni suæ infigi? O quot modò dicunt, Vellem formam eius, figuram, speciem, vestes, calciamenta videre. En ipsum vides, tangis, manducas. Tu quidem illius vestimenta videre cupis, is verò seipsum ita tibi tradit, vt non eum tantùm videas, sed vt tangas & comedas, & intra teipsum habeas. Tangamus ergo nos non iam fimbriam vestis ipsius, imò verò totum ipsum. Ipsum enim si volumus, corpus eius, non iam vestimentum propositum est, non vt tangamus solùm, sed vt comedamus atque saturemur. Quod, ait, ita scilicet vniri, palpari, teneri, manducari, valde ac ardenter amantium, & maximum dilectionis signum est. Quos enim amamus, nonnunquam etiam morsu petimus, Vt Iob seruos suos, vt nimium eorum in se amorem ac desiderium in se ostenderet, de se solitos dictitare inquiebat, Quis det nobis de carnibus vt saturemur? &c. Sic Dominus carnem nobis suam dedit, vt ea saturemur, &c. Sunt hæc, aiunt hodierni Berengariani, populariter dicta. Sint sanè popularia, an continuò minus aut vera, aut catholica? Audiamus ergo eundem sacerdotes sic inter cætera populo seriò commendantem, Dum conspicis Dominum immolatum, sacerdotem sacrificio incumbentem, ac preces fundentem, tum verò turbam circunfusam precioso illo

Homil. 83. *in Mat. Ad Antioc.* 52. 60.

Homil. 51. & 83. *in Mat.* 45. *n Ioan.* 24. *in* 1. *Cor.* 60. 61. *ad Ant.*

Iob. 31.

Lib. 3. *de sacerdotio.*

ſanguine intingi ac rubefieri, etiamnè inter mortales verſari, & in terra conſiſtere cenſes? an non potius è veſtigio in cœlos transferêris? an non omnem carnis cogitationem abiiciens, nudo animo, mente pura, quæ in cœlo ſunt circunſpicis? O miraculum! ô Dei benignitatē! Qui cum Patre ſurſum ſedet, in illo ipſo temporis articulo omnium manibus pertractatur, ac ſe ipſe tradit volentibus ipſum excipere ac complecti. Fit autem id nullis præſtigiis, ſed apertis & circunſpicientibus omnium circunſiſtentium oculis. Et aliquam multò pòſt in eodem opere, Cum ſacerdos ſpiritum ſanctum inuocauerit, ſacrificiumque illud horrendum, ac reuerentia pleniſſimum, perfecerit, communi omnium Domino manibus aſſiduè pertractato, quoto eum, quæſo, in ordine collocabimus? quales manus illas adminiſtrantes eſſe oportet? qualem linguam, quæ verba illa effundat? qua non puriorem re ac ſanctiorem eſſe animam conueniat, quæ tantum tamque dignum ſpiritum receperit? Et ſub finem liturgiæ, Sacerdos diuiſurus panem, dicit, Diuiditur agnus Dei, qui tollit peccata mundi. Et accipiens ex pane particulam, mittit in calicem, dicens, &c. Et potitus particula diuini corporis, dicit. Conuiuij tui myſtici hodie Fili Dei, communionem aſſumpſi, &c. Et ad Innocentium I. Rom. Pontificem, conqueritur in ſeditione illa contra ſe excitata, ſanctiſſimum Chriſti ſanguinem, ſicut in in tali tumultu contingit, militibus ſanctuaria ingreſſis, in eorum veſtes effuſum fuiſſe. Quid quod illud Pauli, Panis quem frangimus, enarrans, fractionis vocabulum & emphaſim ſic obſeruat? Hoc in Euchariſtia videre licet, in cruce autem minimè, ſed omnino contrà. Os enim eius, inquit, non conteretur, ſeu non comminuetis ex eo. Sed quod in cruce paſſus non eſt, hoc iam in oblatione patitur ac ſuſtinet, cum propter nos frangitur, ſeu frangi permittit, vt omnes ſatiet, fractus vt nos ſibi coniungat. Vt hoc quoque loco Græci os illud aureum ſequentes ſuo more. Vter igitur craſſius, quod aiunt, & pinguius hîc loquitur, Berengariuſuè Romanorum pontificum iuſſu ſacramentariam hæreſim recantans, an Chryſoſtomus toties ſic concionans? Nec enim hic reformi-

Chriſtus ſimul in cœlo & in altari.

Præſtigiorū in ſacris nihil.

Lib. 6.

Epiſt. 1.

1. Cor. 10.

Homi. 24.

Ioan. 19.

Exod. 12.

Num. 9.

Sic ibi Theophyl. & ad hebr. 5. ſeipſum Chriſtus pro nobis ſanct. fi. frangit, diſtribuit.

Rom. 1.

dat & sapientibus scribere, & insipientibus prædicare Dominum, Dominique carnem ad sanguinem omnibus hîc sensibus & obiici & percipi, videri nimirum, tangi, palpari, tractari, edi, bibi, frangi, dentibus denique peti & morsibus. Ergonè vel creophagus seu sarcophagus, vel anthropophagus, vel anthropolatra continuò Chrysostomus? Nihil horum. Prioribus duobus conuiciis totidem pro eo verbis respondeat licet. Cùm sacramenta duobus conficiantur ac constent, rebus scilicet ac signis, in Eucharistiæ esu.

Augu. can. Hoc est. Thom. in Prosa.

Nulla rei fit scissura,
Tantum signi fit fractura.

Tertium crimen alibi sic eluit, Impius, qui creaturam adorat. Quid igitur? nonne corpus Domini creatum? Vide ergo quod & tu creaturam adoras. Insipiens! nemo regi dicit, Exue quam indutus es purpuram, vel, Surge à throno tuo, vt te nudum adorem: sed regem adorat in throno sedentem, & purpura vestitum. Deo enim verbo complacitum fuit, vt creatam carnem nostram sibi absque labe adunaret, & adoraretur cum Deo verbo, quatenus deitati adest. Idque probat iisdem quibus suprà, Ambrosius & Augustinus, locis propheticis, Adorate scabellum pedum eius, &, Terra autem scabellum pedum meorum. Videte, ait, sacramentum, Quoniam adunaturus sibi erat absque macula carnem nostram, ea verò ex Adæ terra est, eam adorantes nos, terram (seu creaturam) non adoramus, sed Deum verbum, qui carnem ex Adæ terra formatam sibi absque peccato vniuit. Hæc ille. Anthropolatræ igitur hîc non sumus, quia caro quam pater hic, hîc adorandum sic sæpe vrget, vt patrum nemo sæpius, sic est filij hominis, vt sit & Filij Dei: sic hominis, vt & Dei: Quod Berengario Petri, vt re, ita nomine Venerabilis, responsum, responsum item sit hodiernis Berengarianis, cogitantibus fortassis, ac sic nos subsannantibus, vnius corporis finitam satis modicam quantitatem, morsibus mundi totius per tot secula non posse sufficere. Sic enim ferunt illum Andeganis de hoc sacramento cum quibusdam agentem, dixisse, Si Christi corpus tãtæ fuis-

Serm. de Trinitate. Caro Christi Dei thronus & purpura. Psal 98. Esa 66. Lib. 1. epi. 2. cap. siue error. 3. Sanna blasphemia.

set magnitudinis, quantæ turris hæc, quæ in conspectu nostro immensa mole attollitur, à tot totius orbis populis comestum, ante multa iam annorum spatia defeciſſet, *Andegauæ turris.*

Quantùm peruersus,
Tantùm peruersa locutus.

Ecquid eis respondeas, qui nihil vel aut Deum posse nisi quod possunt: nihil scire, nisi quod sciunt: nihil agere, nisi quod agunt? Responsum, inquam, sit ad tam absurdas cogitationes, tam mordaces & dentatas sannas, vt suprà, Christi nimirum carnem neque dentibus vocari, neque magis quàm gratiam, morsibus consumi, quia eius vtraque sit, qui etiam Deus est verus, & non homo, merus, & iuxta superioris rhythmi Ecclesiastici consequentiam, Signi tantùm fracturam fieri, *Aug. cap. Prima & 1 can. vtrum.*

Qua nec status, nec statura,
Signati minuitur.

Et istorũ certè paterculus (hunc licet abunãt nothi isti) Lutherus alicubi agnoscit Romanos Episcopos cũ Synodis suis cũ Berẽgario egisse, sic vt optet sic semper egisse. Sic enim resoluit in confessione maiore. Quod pani fit, idipsum verè & propriè corpori Christi tribui, propter sacramentalem coniunctionem. Errare ergo Schuermeros æquè, ac glossam in iure canonico, cùm Nicolaũ papã reprehendunt, quod Bereagarium cregit ad confessionem qua dicit se atterere dentibus verum Christi corpus. Atque vtinam papæ omnes tam Christianè egissent, ac pontifex ille cum Berengario in confessione ista egit. Est enim vera hæc sententia, quod quisquis panem comedit, is comedit id quod verum Christi corpus est. non tãtummodo panem, vt Viclephus docet, &c. Nec ita nuper eorum fraterculus Ioannes Matthæus talium cornicum sic oculos ausus est configere, vt scriberet omnium Cœnæ actionum externarum & visibilium, qualis est oralis, sine quæ ore fit, acceptio, manducatio, bibitio, fractio, partitio, attritio, distributio, in humum denique casus, & siqua alia, obiectum proprium esse Christi carnem & sanguinem, in proprio quidẽ subiecto sine materia atq; substantia non quidẽ per sese simpliciter & absolutè cõside- *Citat P. tr. Martyr in Tractatione de Eucharistia. Tiguri 1552* *Viclef. Heidelvergæ. 1566.*

ratis,sed in alio & aliunde accersito(velut)subiecto,nempe sacramẽto,sine sacris huius sacramẽti signis & symbolis. Quo sensu fatetur ea verè dici, in terram interim cadere, manu tangi atque capi, os ingredi, partes fieri, alteri, frangi,manducari,bibi,corporis nostri alere substãtiam, & si quid aliud eiusmodi à patribus scripto relictum, vt nihil iam ab hoc differre videamur, nisi quòd quæ signa ille & symbola, nos species sacramentales vocamus. Lutheranis certè Berengarius est hæreticus, vt suo posteà loco videbitur. Ex quo ne hoc quoque conuitiũ natum putemus, D. Cyprianus tantò antè sic concionabatur,

Sermo.de Cœna.

Orta aliquando de nouitate huius verbi quæstione, ad doctrinam mysterij huius obstupuerant auditores, cùm diceret Dominus, Nisi manducaueritis carnem filij hominis,&c. Quod quidam quia non credebant,nec poterant intelligere, abierunt retro: quia horrendum eis & nefarium videbatur vesci carne humana, existimantes hoc eo modo dici, vt carnem eius vel elixam, vel assam, sectamque membratim edere docerẽtur, cùm illius personæ caro si in frustra partiretur,non omni humano generi posset sufficere: qua semel consumpta, videretur,interiisse religio, cui nequaquam vlterius victima superesset. Sed in cogitationibus huiusmodi caro & sanguis non prodest quicquam: quia sicut magister exposuit, verba hæc spiritus & vita sunt: nec carnalis sensus ad intellectum tantę profunditatis penetrat,nisi fides accedat. Et paulò pòst, hoc sacramẽtum Christus aliquando corpus,aliquando carnem & sanguinem, aliquando panem appellat. Et multis interpositis, qui vsque hodie hoc veracissimum & sanctissimum corpus suum creat, & sanctificat,& benedicit,& piè sumentibus diuidit,Hæc ille. Audis obiter ipsissima verba canonis,ne Missę canonem adeo nuperum putes.Et in eodem sermone,Sanguinem, ait, sugimus,& intra ipsa redemptoris nostri vulnera figimus linguam, quò interius exteriusque rubricati, à sapientibus huius seculi iudicamur amentes,qui religionis huius abhorrentes mandatum vsque hodie extra abeunt, & à secretis diuinis omnium inter se mysteriorum summã continentibus diffugiunt,&recedunt.Et paulò pòst,

Corpus veracissimum. Canon. Missæ.

Vniuersa

Vniuersa ad has epulas inuitatur Ecclesia, æqua omnibus portio datur, integer erogatur, distributus non demembratur, incorporatur, non iniuriatur: recipitur, non includitur: cum infirmis habitans non infirmatur, fides pura, mens syncera hunc habitatorem delectat, nec immensi & omnipotentis magnitudinem pauper domus nostræ angustia vel offendit, vel arctat. Hæc ille contra insipiens sapientium huius seculi de nobis in huius sacramẽti vsu iudicium. Adhuc autem & antiquior & perquè nota est gentiũ fabula & calumnia & homicæniis, nodum homicidiis quod nos Eucharistiæ, illæ infanticidij sacramentum sarcasmo perquam hostili nominarent. Sed siquidem omnes hi intelligere non poterant diuinam & increatam Dei sapientiam, nondum licet corporatam, de se tamen prædicentem, Qui edunt me, adhuc esurient: & qui bibunt me, adhuc siue amplius sitient, corporatam autem atque incarnatam ad sui nos esum inuitantem, præstabat cum Petro nondum sermonis illius secretum intelligente, bona tamen esse verba, quæ non intelligebat, piè credere, vt de principe Apostolo concionatur Augustinus, & huius exemplo nos hortatur, vt si durus est sermo, non intellectus, durus sit impio, tibi, ait, pietate molliatur, quia quandoque soluetur. Quando verò? cùm credideris, intelliges, neque nisi credideris, intelliges. Et Petrus enim prius credidit, pòst cognouit. Et nos, exclamans, credimus, & cognouimus quòd tu es Christus ille Dei filius. Habent, qui vt dura & obscura cœnæ verba traducunt, & post duritiam, quam putant, scandalisati vt illi quondam à capite retro abierunt atque desciuerunt, sic à corpore pedem referunt, & schismate facto non amplius in Ecclesia versantur, quique fratres quondam suos huius sacramenti occasione tot suprà cõuitiis aspergunt, habent, inquam, illi quos hic imitantur, Capernaitas nimirum, Iudæos, paganos, Auerroas & Berengarios. Qualis non ita nuper quidam stolidiores nos Ægyptiis iocabatur, homo scilicet facetus, quòd id quo vescimur, Deum esse nostrum dicamus. Et verò Auerroista, quisquis es, Christum Deum nostrum credimus, edimus, adoramus, &

Suprà ca. 1.

Eccl. 24.

Ioan. 6.

In psal. 54.

Esa. 7.

Beza in Cl. sanctium anno 1567.

verba hæc expoſita mellita nobis ſunt, oleumque fiunt, & oſſa vſque nos penetrant, ineffabilem ſuæ in ſacramento præſentiæ modum illi committentes, & prout conuenit deuotioni fidelium, venerantes.

Thom. opuſculo 57. lect. 5.

Apoſtatica. Cap. VII.

HActenus contra carnalem Iudæorum & gentilium, aut etiam Iudaiſantium, erroneum, vt Cyprianus vocat, hominum de Chriſtianorum Euchariſtia ſuſpicionem. At nihilo meliores Iudæis & paganis Apoſtatæ, nihilo melius ſenſerunt de Chriſtiano huius ſacramenti tum vſu, tum cultu: idque ex eo conſtat, quòd ſacram eius indigniſſimè ac irreuerenter ſupellectilem contrectarunt, cui ſuus alioqui honor cum rerum diuinarum, ſacrorumque ſignorum honore ſemper, vt antè obſeruauimus, & coniunctus fuit & ſeruatus. Archiapoſtata ergo Iulianus, vt ei vir non minus ſanctus quàm liber, Nazianzenus, inter multe contra Eccleſiam publicè priuatimque tentata, ſacrorum tum denariorum pecuniarumque ſuppilationem, nō magis ex impietate, quàm ex auaritia inſatiabili, tum vaſorum direptionem, quæ à profanis manibus indignè & cōtumelioſè tractata conſpurcabantur, exprobrat, hic inquam, Auguſtus nihil minus quàm Auguſtus, quæ magnus veroq; Auguſtus Conſtantinus eccleſiis vaſa ſacra atq; precioſa donauerat, ablata partim in fiſcum Imperatoris intulit, partim in idolorum delubris repoſuit, miniſtris ad hæc eo nihilo melioribus abuſus, cognomine illi annuculo, Felice, ac Elpidio quæſtoribus. Horū primus vaſis ſacris terræ illiſis pro ſedili vſus, in ſacram etiam menſam lotium miſerat, & minxerat. Euzeio epiſcopo id prohibere conanti alapa inflicta, maledicto quoque illo inſuper ingeſto, Chriſtianorū res à diuina prouidentia non curari, ſiue Chriſtianorum nè ſtabula diuinę curationis eſſe? Sed mox difficili & incognito morbo correptus, ad dies XL. ita diſtentus iacuit, vt nec loqueretur, nec ſentiret, Valetudine autem paululùm recepta, vxore pręclarę fidei fœ-

Oratione I.

Theod. li. 3. cap. 12. 13. Sozome. li. 5. cap. 8. Niceph. li. 10. ca. 5. 7. 9

Sacrilegorū vltio horrenda.

mina eum ad pœnitentiam exhortante, suorum ipse malorum contra se testis, & morbi causam agnoscens, Imperatorẽ, vt ecclesias, quibus ademerat, restitueret, rogauit, nec impetrauit. Morbo igitur vrgente, ventre omnis generis vlceribus conuulso, viscerib̃ putredine corrosis, excrementis per os blasphemiæ quondã instrumentum, tum obscœnam corporis partem factum, non per naturalia egestis, pudendis etiam putrefactis, & vermibus ad viuam vsque carnem prorepentibus & corrodẽtibus, eos profundius latitãtes auibus pinguibus & peregrinis, quas prius diis sacrificassent, super membra corrupta applicatis, in apertum quibusdam ceu illecebris euocãtibus, breuiter, medicis omnia expertis, remediis nihil proficientibus, violenta morte miser euectus vitam finiuit. At infœlix Felix vasis tanti precij conspectis, arridens, vrbanè scilicet iocatus est, vel potius insultauit. En, aiens, qualibus vasis ministratur Mariæ filio, siue, Mariæ filius re diuina peragenda colitur. Eamq; nec ob aliam causam, vena interiore rupta, sanguinem per os blasphemum vt per fistulam emittens, horrendum omnibus cernentibus factus spectaculum, non totum diem durauit, & circa crepusculum vnà cum sanguine animam vomuit. Tertius verò Elpidius, vt & superiores, blasphemus, tardiùs quidem, pœnas tamen tandem impietatis luit, inter tyrannidem affectantes deprehensus, bonis omnibus exutus, sacer atque detestandus ab omnibus iudicatus, post carceris ęrumnas vitam turpiter finiit. Prętер quos alius quidã in ecclesiam cum aliis prædonum more, ablatis donariis aliisque preciosis, eam diripientibus, & sacrorũ vasorum custodem contumelia afficiẽtibus, ingressus, super alias indignitates veste subducta sacrificij aram cùm impudenter cõminxisset, membris per quæ peccauerit, putredine ad interiora vsq; viscera cõsumptis, infinita vi vermiũ inde prognata, miserum in modum, sic vt dicere pudeat, extinctus est. Omnes à tormentis tam grauibus ad longè deteriora migrantes. Horum etiam meminit D. Chrysosto. Regis, inquiens, auunculus, qui profano tactu cõsecrata Deo vasa temerauerat, vermibus exesus interiit. Regalis etiã ęrarij præpositus, ob aliã, quã ecclesię intulerat, iniuriã, medius

Homi. 4. de laudibus Pauli.

Lib. contra Gentiles.

diruptus est. Et alibi, Qui cum eo erant, patruus ausus impuris manibus sacra vasa contingere, nec hoc scelere contentus, contumelia vltrà progressus, iis inuersis, & humi super pauimentum extensis, ita super ea desedebat, subitò illegitimæ huius sessionis eas dedit pœnas, vt morbum diuinitus illatum constaret, vt suprà. Alius porrò regij ærarij præfectus, antequam aulæ regiæ limen transcenderet, de repente medius crepuit, & ipse id genus impietatis cuiusdam pœnas, luens, &c. Audis ori quoque illi aureo, vt suprà Theologo, scelus habitum fuisse, homini non sacro sacra vasa vel tangere.

Theodoret⁹ Thesaurarius martyr

Quorum tum custodem historia Theodoritum vocat, qui comprehensus, quasi ea vbinam essent iudicare posset, grauiter est flagellatus, & gladio tandem enecatus, cùm in tota tortura masculo animo præditus respondisset, & in confessione Christiani dogmatis præclarè se gessisset. O verè thesaurarium! Alibi sub hos Imp. meminit, altaria subuersa, clausas Ecclesiæ, sacerdotes fugatos.

Serm. in iuuentum Maximum martyres.

Ex Apostatæ igitur exitio, qui suprà Nazianzenus inter alia catholicis obuentura bona gratulabatur. apostatas non iam amplius in sacras ædes nostras flagitiosos oculos iniecturos, aut sinistre aspecturos, neque purissima purissimi ac incruenti sacrificij altaria ab eodem nomen habentia, scelesto detestandoque sanguine fœdaturos, nec impiis contra altaribus loca non adeunda dedecoraturos, nec ecclesiarum donaria sacrilega manu direpturos, aut profanaturos, impietatem auaritia cumulantes. At reformatores hodierni sacra & profana deprædantes, sacerdotales etiam aras non vt apostata, bruto, sed humano, & quidem sacerdotali cruore inquinarunt.

Manichaica, Cap. VIII.

EX Eucharistiæ ergo cultu idololatras Iudæi Christicolas, pagani alij hominis, quidam etiam Dei voratores faciebant, & ceu tales amentes nos iudicabant. At infidelium pessimi hæretici, & hæreticorum pessimi Manichæi, eadem de causa Christi fideles sui tem-

poris, idololatras non quoſuis, ſed longè peſſimos, perǽquè nimirum falſò exiſtimauerunt, nam quæ peior idolomania, quàm ſi cui ſuus venter Deus, vt ait, Paulus, fuerit? Qui autem Comum ſeu Bacchum colunt & Cerenem, non longe abſunt vt phallum ſeu mutinum, & Venerem, hoc eſt, ventrem, & quæ ſub ventre ſunt, ſeu ſubuentranea, vt eſt apud Platonem, Philonem, Nazianzenum, Hieronymum, & alios, colant. Hæc enim dæmonia, non iam numina, adeo coniurata & conſpirata inter ſe ſunt, quod ait Tertullianus, vt prioribus quiſquis æſtuat, in poſteriora facile deſpumet. Atqui Chriſtianos panem hunc ſanctum vitæ æternæ, & calicem ſalutis perpetuæ ſumentes colentes & veſcentes, & pagani & paganis deteriores Manichæi eoſdem ſuſpicati iam tum ſunt Bacchum & Cererem colere ſolitos. Sic enim eorum coryphæus infauſtus ille fauſtus de ſuis & catholicis, Et nobis circa vniuerſa, & vobis ſimiliter erga panem & calicem par religio eſt. Cui Auguſtinus catholicorum, vt ſic loquar, catholiciſſimus ita reſpondit, Cur hic arbitretur parem nobis eſſe religionem circa panem & calicem, neſcio, cùm Manichæis vinum guſtare non religio, ſed ſacrilegium ſit. Noſter autem panis & calix, non quilibet quaſi propter Chriſtum in ſpicis ligatum & ſarmentis, vt illi deſipiunt, ſed certa conſecratione myſticus fit nobis, non naſcitur. Proinde quod non ita fit, quamuis ſit panis & calix, alimentum eſt refectionis, non ſacramentum religionis, niſi quod benedicimus gratiaſque Domino agimus in omni eius mune re, non ſolùm ſpiritali, ſed etiam corporali. Vobis autem per fabulam veſtram Chriſtus in eſcis omnibus ligatus apponitur, &c. Quo ergo modo comparas panem & calicem, & parem religionem dicis, errorem longè à veritate diſcretum? peius deſipiens quàm nonnulli, qui nos propter panem & calicem, Cererem ac liberum colere exiſtimant: à quibus paganorum diis longè abſumus, quamuis panis & calicis ſacramentum, quod ita laudaſtis, vt in eo pares nobis eſſe volueritis, noſtro ritu amplectamur. Hæc beatus ille pater. Sicut ergo, quod ex ſuperioribus patet, tam vniuerſalis Chriſti fidelibus fuit Eu-

Phil.3.

De ſpectaculis.

Lib.20. cap.13.

Sacramẽtũ panis & calicis.

chariſtiæ cultus, vt nec infideles lateret, Iudæos & gentes, ita Manichæi vel ſuo id ſacramentum modo adorabant, parem catholicis eius apud ſe religionem iactantes, vel non adorantes, & ſic mentiẽtes, & ſibi de paritate religionis plus ſumentes, plus tamen ac peius deſipiebant, quàm vel pagani, vel ſiqui alij huius inter ſacra cultus ergo. Chriſticolas tum exiſtimabant Bacchicolas, vt ſic loquar, & Cererícolas, neutri tale quid ſuſpicaturi, niſi catholici quam in conſecrato pane carnem, quem in ſacro calice Chriſti ſanguinem ſumerent, etiam coluiſſent, & veneratione ſingulariter debita, peculiarique honore cibos hos diuinos à profanis ita diſcernentes, proſecuti fuiſſent. Quæ ſunt Auguſtini de hoc cultu verba ſuperius allegata. Sed non adoraſſe, vel potius nihil, & ita falſò adorauiſſe Manichæi videntur ex ſequentibus vbi paulò antè, ita, iam verò quòd etiam inde vos paganis vultis eſſe meliores, quòd illi aris, delabris, ſimulacris, victimis, incenſo Deum colendum putant, vos autem nihil horum facitis, quis nõ irrideat: quaſi verò non ſatius ſit vel lapidi, qui quoquomodò eſt, aram cõſtituere, & victimam offerre, quàm id quod omnino non eſt, in deliramẽto phantaſmatis adorare? Pòſt, vbi probauit, aras, templa, & ſacrificia quæ illi iactabant apud ſe rationabilia, nihil minus eſſe quàm talia, vt qui de natura tam diuina quàm humana, corpore, nente, anima peſſimè ſentirent, ſic concludit, Neſcientes hi qui damnandum in ſacrificiis gentium, quid intelligendum in Hebræorũ, quid in Chriſtianorum tenendum vel obſeruandum, vanitatem ſuam offerunt diabolo, qui eos decepit, &c. Sic autẽ ibi diſtinguit inter hæc, primùm de ſacrificiorum ratione ita docens. Si vero Deo iſta vera non debentur, cur laudabiliter in vera religione prædicantur? Si autem debentur, vnde etiam diuini honores rectè appellantur, cætera quæ dicuntur ſacrificia, ad ſimilitudinem fiunt cuiuſdam veri ſacrificij. Hæc autem partim ſunt vel erant incitamenta falſorum & fallacium deorum, ſuperbè ſibi ab eis quos deceperant, exigentiũ, qualia in templis gentiliũ, vbi dæmonia, verũ ſacrificiũ quod vni vero debetur Deo, quo eius altare ſolus Chriſtus impleuit, in victimis

Cap. 15. 16. 17. 18.

Sacrificia honores diuini, gentiliũ, hebræorum Chriſtianorum.

pecorũ imitata, ſibi arroganter expoſcũt. Vnde dicit Apoſtolus, Quæ immolãt gentes, dæmoniis, non Deo immolant, nõ quod offerebatur culpãs, ſed quia illis offerebatur. 1. *Cor.* 10. At Hebræorũ ſacrificia venturi vnius veriſſimi ſacrificij, quod pro peccatis omniũ credentiũ offerri oporteret erant prædicamẽta, diuinitus antiquis patribus prẽcepta, qui in pecorũ victimis, quas Deo multis variiſque modis offerebãt, ſicut re tanta dignũ erat, Chriſtianorũ prophetiam celebrabãt futuræ victimæ, quam Chriſtus obtulit. Vnde iam Chriſtiani, peracti eiuſdẽ ſacrificij memoriam celebrant ſacroſancta. Et participatione corporis & ſanguinis Chriſti. Hæc Auguſtinus. Fuiſſe aliud Manicheorum genus quidam Referunt, ſi non tam tetrum fortaſſe aut obſcœnum, at impiè de diuinis myſteriis ſanctæ communionis precioſi corporis & ſanguinis Domini garriẽs. Dominũ ſcilicet verba ſua Apoſtolis dediſſe, eaq; iuſſiſſe accipere, edere, bibere. Panem verò & vinum adhibenda ij negabant, ridiculi homines, nedum impii, qui formam ſine materia fruſtra applicarent. Pauliciani à Paulis neſcio quibus ſectæ principibus appellati, ſub Cõſtante Cõſtantini F. Heraclii Nepote Imp. anno Domini 640. *Cedrenus.* *Pauliciani.*

Et ſic Manichei quidem de ſacrorũ vſu, cultu, totaque ſupellectile modò ſe cum Catholicis pariter ſentire, modò non eadẽ cum gentilibus in iis ſacris obſeruare iactitabãt, tacitè in gentilium altaribus, tẽplis, & ſacrificiis, quæ nulla ipſi haberent, niſi, vt ea vocabãt, rationalia, noſtratia hæc externa taxentes, totumque hunc cultum noſtrum iidem, vel eorum quidam, vt Cerealem & Bacchicum irridentes, cùm ipſi in ſacro ſanctis Euchariſtię myſteriis tam putrida, tam immunda miſcerent admitterẽt, comederent, & biberent vt ea malũ fuiſſe ſuppreſſa quàm impreſſa. Precor ergo & ſcriptores & prædicatores, vt ea apud iceneum, Epiphanium Philaſtrium Auguſtinum. Damaſcenum & Theodoretum ſoli legere contenti, in vulgum vel ſcripto, vel dicto ne efferant quæ enim ab ipſis fiebant, turpe eſt & dicere, & cætera. At ex Auguſtiniana, eademque Catholica contra hypocritas huiuſmodi de ſacrificiorum tum ratione, tum diſcrimine doctrina colligere eſt, Primũ, Cùm ſacrificiũ ſit *Vide ſuprà de infuntici dio.* *Cap.* 1. *Eph.* 5.

I. Dei cultus & honor, nil mirũ ſi Nouatores in cœnis ſuis
II. non adorant, vt in quibus ac ſacrificare ſe negent. Alterũ Euchariſtiam Chriſtianis eſſe, quod gentilibus & Iudæis
III. olim pecudum victimas, id eſt ſacrificium. Tertium, cõmune id eſſe iiſdem Nouatoribus cum Manichæis, quòd hi non alia ſacrificia agnoſcebant quàm orationes ſimplices & puras, homines impuri, & pluſquam duplices,
IIII. Quartum, Siue Manichæi, ſiue tum alij Chriſtianos Dominicum corpus & ſanguinẽ ſub elementis panis & vini ſumẽtes & adorãtes, Cererem & Bacchum adorare putauerint, id ſibi cum alterutris cõmune facere Nouatores, qui Catholicos eadem de cauſa ſuggillent idololatriæ.
V. Quintum, & hoc quoque vtriſque commune, nolle Deũ aris ſiue altaribus & delubris magis quàm ſacrificiis colere. Quò enim ſine iis illa? Euangelicè ſcilicet.

Vrbiciana. Cap. IX.

Altare. Ara. Apoc. 6.

SED nimirũ quàm Euangelicè Vrbicus tũ quidam, inurbanus potius ruſticus, vetera ſic tranſiiſſe dicebat, vt in Chriſto ara cederet altari, tanquam neſciens altaris quidem nomen magis legis & prophetarum literis frequentatum, & altare Deo prius in tabernaculo per Moyſem facto collocatum, aram tamen in Apoſtolicis literis inueniri, vbi martyres clamant ſub ara Dei. Dicebat item ceſſiſſe pani pecus, poculo ſanguinem, non Recordans & tũc in domini menſa panes propoſitiones poni ſolere, & nũc ſede Agni immaculati corpore partẽ ſumere, nec cogitãs etiam, nũc ſe accipere in poculo ſanguinem. Quanto, inquit Auguſtinus, melius & congruẽtius vetera tranſiſſe, & noua in Chriſto facta eſſe, ſic doceret vt cederet altare altari, panis pani, pecus pecori, ſanguis ſanguini. Videmus quippe in his omnibus carnalẽ vetuſtatẽ ſpiritali cedere nouitati. Stultus igitur Vrbicus, qui altaria in Euangelio maluit quàm, aras, prudentes ſcilicet in oculis ſuis reformatores hodierni, qui ſit neutrum recipiunt, vt vtraque non aliter quàm ſubruendo reforment.

Partes de Aqui corpore.

Sanguis in pocelo. Epiſt. 86.

Verùm adeo nihil aut parum refert in hæc vocabulo, vt vbi legunt θυσιαστήριον Græci, altare & interprete veteri versum, Erasmus, Caluinus, Beza, Tigurimus reliquerint, solus, quem viderim, Castalio arcam maluercite, quasi vocem, opinor, plus gentilitiam, magisque profanam, Ciceroni certè quàm altaris, vsitationem. Et ipse Augustinus qui hoc loco arcam legit, toties alibi Eucharistiam altaris oblationem vocat & sacrificiũ: aræ, quod equidé meminerim, nusquã. De altari locos in Apologia citauim⁹. Præter quos munero licet satis bono, mihi nunc occurrit optatus mileuitanus Episcopus, sic altaris cũ reliquis Ecclesiastici ministerij memor. Erat, inquiens, altare loco suo. In quo pacifici Episcopi retro temporis obtulerũt, Cyprianus, Lucianus & cæteri. Et exprobat illis altaria adeo malè tractata, in quibus, ait, & vere aliquando obtulistis, in quibus vota populi & membra portata sunt, quò Deus omnipotens inuocari, spiritussanctus postulatus descendere consueuerat. Vnde à multis pignus salutis æternæ, tutela fidei, spes resurrectionis acceptæ, in quibus fraternitatis munera non iussit saluator poni, nisi quę essent de pace condita: Depone, inquit, munus tuum, ante altare, & panis concorda cum fratre tuo, vt possit pro te sacerdos offerre. In quibus, inquam, ante nos per longa temporum spatia, sancte, vt arbitramini, obtulistis, vel vestris illic antiquis oblationibus parceretis. Ibi modò superbus inuentus es, vbi iam dudum humilia offerebas: Ibi libenter peccas, vbi pro multorum peccatis orare cõsueueras, hoc faciendo in numerum sacrilegorum sacerdotum libenter intrastis, sociati sceleribus prophanorum de quibus apud Dominum Helias querelam deponit, verbis vsus, quibus & vos inter alios ab eo accusari meruistis. Domine, altaria tua confregerunt, dum dicit tua, indicat quia res Dei est, vbi Deo aliquid à quocunque oblatum est, Vel altaribus igitur parceretis. Cur cum ipsis vota & desideria hominum euertistis? Illac ad aures Dei accedere populi solebat oratio, cur concidistis precibus viam? & ne ad Deum supplicatio de more solito ascensum haberet, impia manu quodam modo scalas subducere laborastis? Aræ autem vocabulo. Vno loco sic in eũ-

Lib. 7. cap. 9.

Lib. 1.

2. & 6. Altariũ vss.

Eucharistiæ Epitheta.

Matt. 5.

3. Reg. 19.

Lib. 3. Ara.

dem vsum vtitur? Paganum vocas eum, qui Deum Patrem per filium eius ante aram rogauerit, & cætera. Habes apud veterem scriptorem contra Vrbicanam differentiam, indifferentem solum vocabulorum vsum. Rerum item non in lege modò, sed & sub gratia, multiplicem. Reliqua de corporis & sanguinis Dominici in his præsentia, suo alibi loco in hoc tractatu non omissa. De horum item violatione, aliquantò pòst, inter Donatistica. Verùm nihil tam offendit Nouatores hodiernos in Optato, quàm tanta tamque frequens altarium apud eum celebritas & commendatio. Reprehendant ergò, vel potius latinè Christianéque loqui Tertullianum optato anteriorem doceant & aras & altaria in Ecclesia Dei celebrantem atque commendãtem, vt cuius illa sunt inter Pœnitentium tum ritus, Aris Dei adgeniculari. Et, solenniorẽ eius fore stationẽ, qui & ad Arã Dei steterit, accepto Domini corpore, &c. Et Spiritus ducit orationẽ ad Deũ. Si spiritu reus apud se sit, cõscientia erubescit, quo modo audebit orationẽ ducere ad altare? Doceãt & eius discipulũ, in quo Romanæ dictionis germanã puritatẽ, præfans tantopere cõmendat Erasmus, tantũ vtique oratorẽ & martyrẽ Cyprianum, cuius illa sunt, ex Episcoporũ concilio, cũ singuli diuino sacerdotio honorati, & cuncti inclericali ministerio cõstituti, nõ nisi altari & sacrificiis deseruire, & precibus atq; orationibus vacare debeãt ad altare Dei non meretur nominari in sacerdotũ prece, qui ab altari sacerdotes, & ministros suos auocare voluit, ne quis eos altari eius & Ecclesiæ vacantes ad seculares molestias deuocet. Et, Quid superest, nisi vt Ecclesia Capitolio cedat, & recedẽtibus sacerdotibus, ac de altari se remouẽtibus, in cleri nostri, sacrũ venerandumque consessum, simulachra & idola cũ Aris suis transeant, &c. Et Apostolorũ exemplo scribit Episcopos presente populo deligẽdos, ne quis ad altaris ministeriũ, vel ad sacerdotalẽ locum indignus obceperet. Et de quodã lapso adhuc ministrãte, quasi post aras diaboli accedere ad altare Dei fas sit. Et. Aliud altare constitui, aut sacerdotium nouum fieri, præter vnum altare, & vnum sacerdotium non potest. Et, eos qui cõtra altare vnum atque diuinũ sacrifi-

Petr. Martyr. In 1. Reg. 23. cap.

De Pœnitentia.

De oratione.

Exhortatione ad castitatem.

Lib. 1. Epist. 9.

3.

4.

7.

8.

cia foris falsa & sacrilega offerre conati sint, reuertentes hac cõditione suscipiendos, vt cõmunicent laici, Sacerdotes enim & ministros, qui altari & sacrificiis deseruiunt, integros oportet ac immaculatos esse, cui loco consonat alter libelli de singularitate clericorum, si eius modo est, considerare quale sit diuinis sacramenti insistere, Altaribus placere debent, qui de altaribus viuunt. Et quo loco disputat de miscendo Domini calice, per Salomonem, ait, Spiritus sanctus typum Dominici sacrificii præmonstrat, immolata hostiæ panis & vini, sed & altaris & Apostolorum faciens mentionem, & cæter. Quo etiam loco vtitur contra Iudæos, pro sacramento incarnationis Domini, passionis eius, & calicis & altaris, & Apostolorum, & cæt. Et Nouatianum (velut antipapam) profanum altare erigere, & sacrilega contra verũ sacerdotẽ sacrificia offerre. Annue, scribit ad Pupianũ, & dignare pronunciare de nobis, & episcopatũ nostrũ cognitionis tuæ auctoritate firmare, vt Deus & Christus eius agere tibi gratias possint, quod per te antistes & rector altari eorũ puriter & plebi restitutus sit Demetriano quoque gentili exprobat, in tẽplis vestris Dei altaria vel nulla sunt, vel occulta (Christianorũ forsitã) Et de eo qui suprà, Nouatiano, hostia, ait, altaris, aduersus sacrificiũ Christi rebellis, contẽptis Episcopis & Dei sacerdotibus derelictis cõstituere audet aliud altare, & Dominicæ hostię veritatẽ per falsa sacrificia profanare. Et, An quia altare collocare, & sacrificia offerre cõtra fas nititur, ab altari & sacrificiis cessare nos oportet, ne paria & similia cũ illo celebrari videamur, &c. Et, qui, vt eius erat tẽporis stylus, Cęcilius à Bilta, Primus in Carthaginẽsi cõcilio dixit super hęreticorũ ministerio, Deũ inuocat, blasphemus, sacerdotiũ administratprophanus, ponit altare sacrilegus, hæc omnia Cyprianus adeo ab altaris nõ abhorrens vocabulo, vt per id aliàs Mensam Dominicam, aliàs totum Ecclesiasticorum ministerium, ceu à precipuo eius instrumento intelligat, hæc ferè coniungens, Deum, Christum, spiritum, Ecclesiam, fidem, Religionem, sacrificium, Sacerdotem, altare, orationem. Altaria certè iam tum & anteà Christianorum & geniculis Tertullianus, & osculis honorata

Lib. 2. Epist. 1.

3. *Prou. 9.*

Lib. 2. ca. 2

Lib. 3. Epist. 13. Lib. 4. Epist. 9.

Tractat. 1. 3.

Ad iubaianum.

Epist.33. ostendit pòst Ambrosius, Certatim, inquiens, milites in altaria irruẽtes osculis significare pacis insigne. Superiore sensu Hieronymus sic altaris Ægypti, id est mũdi huius vnum fore in Propheta interpretatus est, vt cuncta altaria, quæ contra Ecclesiæ eriguntur altare, sciamus esse non domini. Et in altero Propheta, Vnum esse altare in Ecclesia, & vnam fidem, & vnum baptisma, docet Apostolus: quòd hæretici deserentes, multa sibi altaria fabricati sunt, non ad placandum Deum, sed in delictorum multitudinem, Qui, vt & alibi ait, manducant & bibunt in nomine (scilicet) Domini, habent quippè & ipsi altare sacrilegum, hîc altare mensam vocat Dominicam, in qua nimirum editur & bibitur, vt & in Vigilantium. Malefacit ergo, ait, Romanus Episcopus, qui super hominũ mortuorum Petri & Pauli secundum nos, ossa veneranda, secundum te, vilem puluisculum, offert Domino sacrificia, & tumulos eorum Christi arbitratur altaria. Et hîc habes altare etiam ad offerendum, nedum mensam esse ad edendum & bibendũ. Et peruetus esse super Sanctorum corpora sacra celebrari, & Martyrum reliquiis altaria dedicari, vt constat cùm aliunde, tùm ex Concilij Cartaginensis V. tum habiti, can. XIIII. inter Latinos, inter Græcos LXXXIIII. plurium per agros, vias, villas, autvineas altariũ sine huiusmodi reliquiis reformatorio.

Esa.19. *Ose.8.* *Eph.4.* *Gal.3.* *De consec. dist.1. can. Placuit.*

Arriana. *Cap. X.*

ET verò in veteri Ecclesia obseruate facile est, vt qui de Dominica incarnatione malè senserũt, iidem nihilo melius super Eucharistia, vt præcipuo eius Oeconomiæ sacramẽto, ferè senserint. Quales Ariani, vt in Christi diuinitatem blasphemi, sic in hæc sacra cõtumelioſi. Quod ipsum audire licet ex Gregorio Theologo, teste oculato rerum, tam sub Apostata Iuliano, quàm sub Ariano Valente gestarum. Contra Ecclesias, inquit, militabant, siue bellum Ecclesiis inferebant, inter altaria, siue in altaribus saltitantes, & incruenta sacrificia hominum & victimarum sanguine cruentantes. Alibi queritur sancta pro-

De Basilio. *Saltare in altari.* *Ad Heronem.*

phanis pedibus calcata, altaria gestibus corporis obscœnis, & cantibus impudicis, &, vt inquit, audio (hoccine lingua audax, proferet?) saltationibus, fœdísque membrorum contorsionibus ludibrio, contumeliæque habita mysteria, scurriliter irrisa, sugillata, & ceu in comœdias conuersa, presbyteros Catholicos à templis & altaribus eiectos & exclusos, Arianos in ea introductos. Quorum idem in sacra Ecclesiæ, maleficia sic & alibi recenset in persona sua, Quænam ego ministerij sacri vasa, quam ego supellectilem rebus sacris dicatam, omnibúsque prophanis tangi prohibitam, nec attrectandam, impiis manibus exposui? Vel Nabuzardæ cocorum principi, vel Balthasaro, qui in sacris templi poculis delicatè, imò nefariè perbacchatus, dignas amentia & arrogantia sua pœnas exoluit? Altaria, vt diuina inquit scriptura, dilecta, nunc autem contumelioſè protrita, quísnam impudicus & perditus, vt apud vos, adolescens turpiter cantillans, corpúsque complectens impulsu nostro vobis insultauit? vel potius, per quem eiusmodi nebulonem mysterium magnum & augustum desaltaui aut prodidi? Quorum mysticum sanguinem cæso sanguine miscui? quam orationis domum in sepulcrum conuerti? &c. Eucharistiam (scilicet) adorassent, vel in ea Christi carnem, qui sic eius & ministros & supellectilem defœdabant. Et hi tamen boni viri, si Deo placet, bene sibi conscij, quo huius sacramenti & res & signa, & vasa in honore apud Catholicos essent, mirum qualem quantámq; cum Meletianis schismaticis Athanasio tragœdiam mouerunt de poculo mystico effracto, & euersa mensa per Macarium eius presbyterum, quasi quo scelere, nullum in Episcopo præsertim & presbytero, calicis nimirum & mensę huius comministris, grauius vnquam fuisset, aut etiam esse posset, siquidem id ita factum, contestatum, ac probatum esset, quod alteruter nefario irruens impetu, vas in sacratissimo loco repositum rapuisset atque confregisset, vt ad eum scripsit pius ille princeps Constãtinus, Memor fortè, aut alioqui monitus, quàm diuturnam pœnitentiam Pius I. Rom. pontifex, annos antè plus minus 200. iniunxisset eis quorum vel negligentia de Dominico san-

Contra Maxim.

Ad Arianos de seipso.

4. Reg. 25.

Dan. 5.

Psal. 83.

Athanasio mota lis.

Calix fractus.

Mensa euersa.

De consec. dist. 2. ca. Si per negligent.

guine aliquid ſtillaſſet vel in terram, vel ſuper altare, vel ſuper linteum, quantam iiuncturus, ſi quis per contumeliam & impietatem humi abieciſſet? Et hos tamen ſacrorum omnium profanatores non puduit hãc quæſtionem de corpore & ſanguine Chriſti, ſeu horum potius poculo & menſa, ídq; in Epiſcopum & preſbyterum habere, non quidem in Eccleſia, ſub legitimis clericis, vbi, ſi quod omnino delictum fuiſſet perpetratũ, de eo inquiri oportebat, ſed in præſentia præfecti & eius cohortis ſub externo iudice, aſſiſtentibus non modò Catechumenis, ſed quod peius eſt, Chriſtianiſmum blaſphemantibus Ethnicis & Iudæis. Tanti tamen fuit calicis effracti, & euerſæ menſæ crimen, vt vir & pontifex talis atque tantus, ſummo, hoc eſt, Romano proximus, & patriarcha in orbe Chriſtiano ſecundus, nihil habuerit aut inuenerit tutius quàm id fortiter negare. Quæ eſt in iudiciis longè fortiſſima tuendi ſe ratio, vt docent Rhetores, ſi quod obiicitur, negari poteſt, etiamſi non omnino deerat alia, eáque honeſtiſſima, qua rectè factum defenderet, vt huius nos alibi calumniæ locos citauimus. Aiebat autem ipſemet in Apologia ſecunda, vbi frequens eius fabulæ mentio. Pocula multa paſſim in ædibus, adeóque in medio foro haberi nemini dubium, quæ colliſa collidétem non impiant. Myſticum autem poculum, quod impium eum reddit qui id vltro frangit, nuſquam niſi apud legitimos Eccleſiæ præſides inuenias: hic enim vnus vſus eſt calicis, & præter eum alius nullus, eóque ſolo vos legitimo ritu populo propinatis, cúmque vos pro canone Eccleſiaſtico accepiſtis, idémque dumtaxat penes eos habetur, qui Eccleſiis præſunt. Solum enim veſtrũ eſt propinare ſanguinem Chriſti, & præterea à nullius. Cæterùm vt impius eſt qui hunc myſticum calicem frãgit, ita multò magis impius, qui ſanguini Chriſti contumeliam facit: facit autem, qui præter Eccleſiaſticam inſtitutionem calice illo abutitur. Et hæc quidem eò à nobis dicuntur, non quòd vel ſchiſmaticum poculum Macarius fregerit, ſed quòd ibi nullum omnino fuerit, ac ne eſſe quidem potuerit, cùm nec locus, in quo fractum ſurſum deorſum iactitant, Dominicus, ſiue Eccleſia eſſet, nec quiſ-

Quintil. li. 3. cap. De ſtatibus.

Apolog. lib. 3. cap. 2.

Calix tantùm ſacerdotum.

Calix ſchiſmaticus.

piam ibi Ecclesiasticus, aut presbyterorum quisquam ei loco vicinus, neque dies, qua id factum volunt, Dominica, aut tempus mysteriorum ageretur. Breuiter, sacra ibi non fierent. Quo item modo homo priuatus Ischyras, qui presbyter ibi fingitur adfuisse, sed nec ab Ecclesia presbyter electus, nec in presbyterorū numero receptus vnquam vel habitus, sed Colytho tantùm autore constitutus in gradu presbyterij mortuo, ac proinde cum cæteris ab eodem ordinatis ad laicorum ordinē redactus, & ad laicam modò communionē admissus: Quo inquam, modo laicus, laicas seu priuatas ædes inhabitās, poculum mysticum sibi concreditum habuit? &c. Hactenus Athanasius, Ex quo habes sacrorum vasorum effractionē, reliquæque Ecclesiasticæ supellectilis direptionē, magnam quidem esse in Deum contumeliā, maiorem verò abusiuum non ordinati ministerium. Viderint ergo moderni Nouatores, à nemine præter seipsos ordinati, sacrorum profanorúmq; prædones, quiq; hæc præsertim mysteria, cantilenis, quas spirituales vocant, qualibus nec histriones, nec scurræ quantilibet impudentes abuterentur, infamant, quod in Arrianis plangebat Nazianzenus, ne non humani solùm generis, sed diuinæ quoq; disciplinæ non reformatores, quòd falsò sibi sumūt, sed latrones sint, vt de Meletianis Sycophātis ad Athanasium scripsit, qui & vbi prius Imp. Cōstantinus. Sub cuius impiis successoribus Cōstantio, Iuliano, Valente, &c. eam quæ pòst irrupit in Ecclesias ab Arianis vastitatē, & præuidit & prædixit Manachorū sanctissimus Antonius, visus sibi in somnis videre mulos & asinos & burdones salientes altaria sacra calcibus immūdis impetere atq; subuertere. Experrectū lamentantē & vociferantē retulisse futurū, vt cum adulterinis mixtis cōfusis & mōstrosis dogmatibus in Ecclesiā Dei irruētibus eāq; occupātibus homines iumētis similes sancta Christi diriperēt. Cuius non vanam fuisse visionē, nec mendacē expositionē, pòst duos annos monstrauit euētus, per Arianos Ecclesiarū rapinæ, pessundatę sacræ mēsę, Voce Domini ad eū facta, dicētis, Abominabitur altare meū diuina vasa contemerata, sacra mysteria & ministeria pollutis ethnicorū manib⁹ īquinata, sāguis

Ischyras pseudopresbyter.
Colythus pseudepiscopus.

Athanas. in eius vita
Sozomen. 6.5.
Tripart. 7.5.
Nicephor. 10.43.

onium Domini in eius tẽplo effusus veneranda respersit altaria,&c. Et quis quod sequitur,annuntiet,& præsentẽ tristitiam Antoniana nihilo minorem,cõsecutæ tum reuelationis prosperitate soletur, cito fore,vt suum Ecclesia ornatum recuperet, reuersuras ad foueas suas serpentes & pecudes,tantùm ne fidei Catholicæ synceritas hæretica aut schismatica labe sordescat. Igitur sub Constantio feda fuit admodũ vt Ecclesiæ. Ita Eucharistiæ facies, ara nusquam,nec immolatio,neq; libamina. Quo etiam tempore Ægyptij Episcopi conqueruntur ad Marcum I. papam ita,Intantum nostra vastauerũt Ariani vt nec vestimenta Ecclesiastica,aliáque ornamenta neque reliqua vtensilia nobis dimitterent. Idem ad se scriptum successor eius Iulius I. Athanasio citante, ab Episcopis ex Antiochia,testatur, Ecclesias alias incensas, alias subuersas, Episcopos,presbyteros, & monachos cum populo indignè habitos,violatos,in carcerem trusos, spoliatos,sacra mysteria, de quibus accusabant Macariũ Athanasij presbyterum,ab Ethnicis direpta, & in terram abiecta,& reliqua paulo antè allegata. Proficit Valens in peius Imp. Arianus, sub quo Petrus Alexandrinus Episcopus facta scribit, quæ nec audita sunt in diebus patrum, & in ipso sanctiori sacrorum altari facta. Puerum, vt in proscenio ludorum dissolutorum, sexum masculum dissimulãtem, muliebrem simulantem, oculis stibio perunctis, & facie fuco rubricata: vt quæ apud eos sunt idola masculo fœmina,habitu muliebri in sanctiore altari, vbi Spirituſſancti aduentum & descensum inuocamus, impositum circulari motu manibus huc & illuc tortis gesticulantẽ saltasse,prolixè admodum ridentibus,& nepharię, qui spectabant,acclamantibus. Quem Arianis vt conscíis & consentientibus saltatorem exprobrauit Nazianzenus antè allegatus,harum sub Constantio & Valente per filij,hoc est, Arianos, & Spirituſſancti, hoc est, Macedonianos, blasphematores, persecutionum quendam quasi catalogum texẽs Basilius ad Galliæ & Italiæ coepiscopos Abiguntur,ait, pastores, episcopi causa indicta damnantur, fugantur,abripiuntur, exilia presbyterorum & diaconorum,totiúsq; cleri depopulationes,domus præcationum

clausæ,

*Ruffin.*10. 21.

*Tom.*1.*Cõcilior.*

Apolog. 2. *& ad Monach.*

Theodorit. 4.22.

Tripart. 7. 40.

Nicephor. 11.28.

Spirituſſanctus in altari.

*Epiſt.*70.

clausæ, Altaria cultu spiritali vacant, nulli amplius Chri-
stianorum cœtus, cessarunt publici festiuíque conuentus
hymnodiæ nocturnæ non habentur, panegyres & domi-
no credentium in Synaxi ac communione spiritalia cha
rismata, vt nobis iam dicere liceat, quod non sit in hoc
tempore, neque princeps, neque Propheta, neq; præses, *Dan. 3.*
neque oblatio, neque incensum, neque locus, vbi coram
Domino possit offerri sacrificiũ, & acquiri misericordia, *Epist. 71.*
vt cogitasse se pater hic fateatur, num suas Dominus Ec-
clesias prorsus reliquisset, & nouissima illa sumeret ini- *2. Thess. 2.*
tium filij perditi defectio, &c. Hæreticis Catholicorum *Epist. 2.*
altaria subuertentibus, & in propriis mẽsis Missæ munus
perficientibus, &c. Desinens hæc tandẽ aliquando Aria- *Victor Vti-*
norum in Oriente persecutis, aut certè quiescens per Ca- *cen. trib. li-*
tholicos principes Theodosios, redintegrata est in Aphri *bris de per-*
ca per Vandalos reges Arianos, Gensericum imprimis & *secutione*
Hunericum, & non dissimilibus visionibus & signis præ- *Vandalica.*
euntibus tẽpestas demonstrata. Vidit quidam Ecclesiã in *Nicephor.*
ornatu solito fulgentẽ, cereis, palliis, velaminibus, lam- *17. 11.*
padibus rutilantẽ, subitò lumẽ illud extinctum, ac tene- *ex Procop.*
bris succedentibus fœtorem exortũ; omnémq; illam bea *Diacon.*
torum turbam expellentibus quibusdã Æthiopibus fo- *lib. 14.*
ras eductam, & claritate pristina nequaquã restituta iu-
giter lamentatũ. Vidit alter Ecclesiam turbis innumeris
refertam, paulò pòst euacuatam, & porcorũ caprarúmq;
multitudine repletam. Vidit alius arborem ad cœlos vsq;
ramis extensam florentémq;, quæ Aphricam pene omnẽ
dilatatione sua opacaret, subitò ab asino violẽto, qui cer
uicem suam ad robur radicum eius defricaret, impulsu
sonitúq; ingenti ad terram elisam, Vidit alius è monte
quodam stantẽ se conspicere greges suos innumerabiles,
sed in eorũ medio duas ollas nimis bullientes, in quas o-
uium occisoribus earum carnes demergentibus, omnem
illam gregis consumptã multitudinem, Vidit alius alia,
sed Ecclesiastica tantùm persequor. Ab his ergo duobus
tyrannis, & vtroque sæuioribus non tantùm ministris &
magistratibus laicis, sed etiã pseudepiscopis Arianis, nul-
li Catholicorum ætati, sexui, conditioni parcitum. Par-
uulos ab vberibus raptos, à parentibus separatos in terrã

Eadẽ & ægra utora passas sub Constãtio ab Arrianis testatur Athanas. passim Apologiis, & ad solitarios Socra. 2.28 Theodorit. 2.15. Nicephor. 9.29. Sub Valẽte. Ruffin. lib. 11. cap. 3. Tripart. 7. 40. Theodorit. 4.22. Nicephor. 11.26. & 28 Sic antea Valẽs Imp. Arrianus curauerat episc. Catholicos LXXX. in mari cõburi & submergi. Socrat. 4. 16. Sozomen. 6.14. Niceph. 11.16. Iustinia. in l. 2. C. de offic. præt. Afric. Ita ante Cõ

allisos, cæsos, aut aliter passos. Senes podagros, alióve morbo aut senio deficiẽtes, pedites ire, aut iumẽtis vehi, & cum eis hordeo vesci coactos. Virgines sacras ab obstetricibus Vandalis procul matribus & matronis Catholicis inspectas & attrectatas, & inter suspendia & incẽdia multis mẽbris apposita interrogatas, quomodo episcopi cum eis & clerici rem haberent, quasdam etiam sic extinctas. Mulieres præsertim nobiles contra naturæ ius in facie publica cruciatas, & vulgo spectãte virgis cæsas. Monasteria vtriusque sexus, gentibus, id est, Mauris cum habitatoribus donari præcepta: Monachos nam lignorum aridorum manipulis plenæ expositos, igne suppositio cõcremandos, eóq; sæpius extincto remorũ. Vectibus canũ instar excerebratos, templa catholicorum subuersa incẽsa, aut reseruata quidem, sed stabulorũ quędam loco habita, Catholicis clausa, ab eis intrari prohibita, tortoribus portas præiudicatas obseruãtibus, & Arianismo mancipata Clerum qualiter & vbi poterat ablatis Ecclesiis mysteria diuina modo priuatim, modo in domo vna congregatum celebrare inchoantẽ, orare, immolare, psallere, baptizare, ordinare, ordinarí ve, & recõciliare, deniq; legere prohibitũ, libris, clericorum armis, tradi iussis, & incẽsis, De palliis altaris camisias & femoralia facta, & quo tempore Dei sacramenta populo porrigebãtur, Barbaris furore magno introeuntibus, Christi corpus & sanguinem pauimentis sparsum, pedibúsque pollutis calcatum, spirituales conuentus interdictos, proposita exilii aut seruitutis optione, episcopos presbyteros, diaconos, reliquósque Catholicos nihil non tormentorum & mortium passos & expertos, mensam cum eis communem habere prohibitam, dissipatos & dispersos per omnia exiliorum loca, messes desecare, agros colere, vaccas pascere, ligna cedere iussos, relegatos, deportatos, nudos spoliatos, bonis eorum vel fisco, vel sectæ adiudicatis, nauibus fractis expositos, ab equis & equitibus contritos, hospitio & alimento interdicto fame & frigore enectos, fustigatos, cæsos, catenatos, & clauatos potiusquam ligatos, occisos denique & insepultos, superstitibus omnem de religione disputandi ordinandíque, testandi

item, legandi, accipiendíque sublatam facultatem, lege à Catholicis quondã Imperatoribus cõtra hęreticos lata, ab hæreticis regibus in Catholicos cõtumelioſe retorta. Hæc eſt Vandalicæ in Africa perſecutionis Epitome, ex qua conſtat quid tum Ariani cum de aliis Catholicę myſteriis, tum de hoc adorabili ſacramento ſenſerint. Cuius adhuc tẽpeſtatis ineuntis iuuabit & Auguſtini, quo viuẽte ac vidente cepit, iudiciũ, & poſidij eius conuictoris audire teſtimonium. Vandalos & Alanos Gothis mixtis ex Hiſpania irruẽtes, nulli (vt ſuprà) ſexui aut ætati peperciſſe, non Dei ſacerdotibus & miniſtris, nec Eccleſiarum ornamentis, inſtrumẽtis & ædificiis. Ex qua vaſtitate homo Dei animarũ præcipue pericula præuidẽs ac mortes, amariſſime fleret, Ciuitates nimirũ exciſas, perditas villas, habitatores extinctos, diſperſos, effugatos, virgines ſacras & cõtinentes vbiq; diſſipari, In tormẽtis deficere, gladio interimi, in captiuitate perdita corporis animíque integritate male ac duriter hoſtibus deſeruire, hymnos Dei ac laudes de Eccleſiis deperire, Eccleſiarum ædificia paſſim cõcremari, ſolennia Deo debita de propriis locis deficere, ſacrificia & ſacramenta diuina, vel non queri, vel quærẽti qui tradat, non facile reperiri. Eccleſias quippe ſacerdotibus ac miniſtris deſtitui, aut earum præpoſitos & clericos, qui Dei fortè beneficio euaſerant, rebus omnibus expoliatos, & nudatos, egentes mendicare, nec eis omnibus ad omnia neceſſaria ſubueniri poſſe. Hæc ille. Sic apud Victorem vbi paulò antè, multitudines à clero in exilium proficiſcente relictæ, clamitabant. Qui paruulos noſtros baptizaturi ſunt de fontibus aquæ perennis, nobis pœnitentiæ munus collaturi, reconciliationis indulgẽtia peccatorum vinculis obſtrictos ſoluturi, morientes ſolẽnibus orationibus ſepulturi, diuini ſacrificij ritus conſuetos exhibituri? Vt alicubi idẽ quod ſuprà Baſilius, tunc prophetiæ vaticinium ſcribat fuiſſe completum. Non eſt in hoc tempore princeps, aut propheta vel dux, neque locus ad ſacrificandum nomini tuo Domine, &c. Horum nihil queruntur reformatores hodierni, non infantulis deeſſe baptiſmum, vt in vtero ſanctificatis minime neceſſarium, non, quæ per-

ſtãtius Imperator, teſte vbi ſupra Athanaſio.

In eius vita, cap. 28.

Lib. 2.

Lib. 1. Dan. 3.

negant, pœnitentiæ sacramentũ, & Eucharistię sacrificiũ, non denique solennes sepeliendis orationes, qui suos cũ silentio sepeliunt, & hoc enim cum silentio, inquam, sine solennitate hymnorum, corpora defunctorum ad sepulturam perduci, illacrymabiles Vandali iubebant. De quibus alter Augustini discipulus. Prosper sit breuiter. Gersericus Rex in limitibus suis Catholicam fidem Arriana perfidia subuersurus, quosdam nostros Episcopos priuato iure basilicarum suarũ etiam ciuitatibus expulit, quorum constantia nullis eius terroribus cessit. Carthagine autem capta Ecclesias spoliauit, & sacris vasis exinaniuit, non iam diuini cultus loca, sed suorum habitacula facta. Omnibus, præcipuè religiosis infestus, vt non discreueris, hominibus magis in Deo bellum intulisset. Idẽ Roma capta multa Ecclesiastica & preciosa cimelia, & vasa abstulit, inter quæ non pauca Hebraica, Romam Hierosolymis vastatis asportata, pòst Gilimero vltimo Vandalorum rege capto Bizantium à Belisario illata, sed Iudęo quodam consulente, quasi ea nusquam nisi vbi ab initio Salomon ea constituerat, consistere valerent, à Iustiniano principe timorato Hierosolyma ad sacras Christianorum ædes remissa. Et volupe item legere est, quod antè Vandali Rege Trasamundo, qui & Arrianos CCXX. Episcopos Catholicos ex Aphrice in Sardiniam relegauit, incommodum acceperunt grauissimum, à Cabaone Mauro Tripolitano, dum quæ illi Christianorum tẽpla inductis equis & iumentis prophanant, huius exploratores repurgant. Imo & si quid aliud à gente turpissima relictum, inde egesto, & quos illi sacerdotes ac ędituos colaphis, aliisq; plagis verberant, & seruili more ministrare sibi cogunt. Hi tantum non venerantur, adorãt, & omni humanitate colunt. Idque tanto mirum magis, quod barbarus hic & infidelis se Deum Christianorum ignorare profiteretur. Sed si quidem quod dicebatur, fortis ac potens esset, par esse, vt numinis sui contemptores vlcisceretur, & cultores tueretur. Sic ergo Vandali Arriani sacra Christiana, & Catholicos eorum ministros tractauerũt. At non sic eiusdẽ licet cum Vandalis sectę Alaricus Visi-Gothorum Rex Arrianus, qui Roma capta propter reue-

Sepultura cũ silentio.

Chronic. anno 441.

Paul. diacon. lib. 14.

Euagr. 4. 17.

Nicephor. 15. 11. & 17. 12.

Procop. lib. 4. de bello Vandal.

Paul. diacon. lib. 16.

Diacon. lib. 15.

Fulgẽtius.

Procop. lib. 3. Vãdalic.

Nicephor. 17. 11.

Infidelis fidelium opera faciens, ope Dimini vincit.

Sozomen. 9. 9.

rentiam erga B. Petrum, amplo ſpatioſóque templo, in quo Apoſtoli tumulus eſt, parci ídque Aſylum eſſe iuſſit, ſed iuxta quoſdam, vnum ſolum. Veriſimilius alij datum præceptum, vt ſi qui ad ſancta loca, præcipuéque ſanctorum Petri & Pauli baſilicas cõfugiſſent, hos in primis inuiolatos ſecuróſque fore. Imo & martyrum loca addit Auguſtinus tunc temporis ſcribens, in ea vrbis vaſtatione ad ea confugientes, ſuos aliénóſque, hoc eſt Chriſtianos & Paganos recepiſſe, hucuſque cruentum & barbarum hoſtem ſæuiſſe, ibi furorẽ truſidatoris limitem accepiſſe, Alibi truces & hoſtili more ſęuientes, vt ad ea loca veniebant, vbi fuerat interdictum, quod alibi belli iure licuiſſet, totam ſæuiendi refrenatam immanitatem, & captiuandi fractam cupiditatem. Seruatam libertatẽ, ductos à miſerantibus liberandos, & quod alibi ad ea loca pertinere compertum eſt, cum honore & religioſiſſimo obſequio reportatũ. Magnam enim auri vim è Vaticano ſurreptam, iuſſu Alarici redditam. Nam diſcurrentibus per vrbes Barbaris Gothus quidam potius & Chriſtianus, à Virgine ſacra iam grandæua in Eccleſiaſtica domo reperta, aurum argentúmq; honeſte expoſcens, proferente illa, magnitudine, pondere, pulcritudine, ignota etiam vaſorum qualitate attonitus, audiuit ab ea. Hæc Petri Apoſtoli ſacra ſunt miniſteria. Preſume ſi audes, de facto videris. Ego quia defendere nequeo, contendere aut tenere non audeo, barbarus reuerentia religionis Dei timore, fide ac conſtantia Virginis motus, Hæc Alarico per nuncium retulit, qui continuo ad Apoſtoli Baſilicam vniuerſa, vt erant, vaſa, reportari, & Virginem ſimúlque quotquot ei ſe adiungerent. Chriſtianos eodem cum defenſione deduci imperauit. Aberat autem domus à ſanctis ædibus longo & medio vrbis interiectu. Magno itaque omnium ſpectaculo diſpoſita per ſingulos ſingula, & ſuper capita elata palam aurea & argentea vaſa portata exertis ad defenſionem gladiis, concurrentibus vndique ad vaſa Petri, vaſa Chriſti, etiam Barbaris, & hymnum Deo concinentibus Romanis & Barbaris. Sic centùm pòſt & ampliùs annis Totilus & ipſe Gothus rex eadem Roma capta clangere Buccius iuſſit,

Nicephor. 13.35.
Oroſius 7. 25.
Paul. diacon. 13.
Blõd. deca. 1. lib. 1.
Egnatius de Impp. Rom. lib. 1.
De ciuitate Dei lib. 1. cap. 1. & 4.
Oroſius.
Paul. diacon. lib. 16.

Procop. de bell. Gothico lib. 3. Leonard. Aretin. 4. Blond. decad. 1. lib. 6. paulò aliter.

vt Romani se à Gothorum gladiis tuerentur, & quotquot ad ædes sacras confugerant, inuiolatos esse iussit, Euersas etiam vel incensas reparare nixus, siue ex voto Apostolis facto, siue D. Benedicti monitu, siue alia de causa mutatus & factus mitior, &c. Nec in vrbe tantum capta, cum ea potiri fortè satis esset, nec in victos sæuiendum foret, sed & in obsessa quoq;, cum nihil non in vincendos obsidentibus liceat, religiosi fuerunt. Erat vtraque ædes extra vrbem, diuersa prorsus regione inuicem

Procop. li. 2 Aretin. lib. 1. & 2.

distantes, porticúmque ab vrbis porta, ad ipsas vsque Ecclesias habentes. Patebat Gothis ad eas vias, Constat per eos per id belli tempus in neutra Apostolis dedicata ęde, quippiam editum, quod incolentibus vel molestũ esset, vel ingratũ, sed sacerdos ibidem viros liberè vt prius permanentes, permisisse rem diuinã peragere, in tota obsidione nihil illic vnquàm violasse, sed tam ædificiũ quàm homines in eis habitantes, veneratione Apostolica illęsa seruasse. Porrò cõiicere est cùm aliunde, tum ex Basilio,

Epist. 70.

quo maximè tẽpore sub Romanis principibus inualuit in Oriente Arrianismus, tum eius vel quam minimũ in Occidente fuisse, in Italia præsertim & Gallia, vt de nostratibus dicã nonnihil. Commendabat Hilarius inuictã Occidentalium fidẽ, Galliæ imprimis, Germaniç, Britanniæ: sed idẽ deplorat Episcoporũ ab eis exilia, inter quos

Cõtra Constantium Aug. & Auxentiũ. Et de Synodis.

ipse, & damnationes metallicas. Paulinum Treuerorum sacerdotem relegatum ne panem de horreo Imp. sumeret, Tribunos adiisse sanctorum Mediolanensiũ adiisse, protraxisse de altario sacerdotes, & Christo concorporatos à Christo discissos. Ereptũ Romæ episcopũ. Tolossæ clericos fustibus cęsos, diacones plũbo elisos, & in ipsum vt sanctissimi intelligũt, in ipsum Christũ (haud dubie in hoc sacramẽto) manus missas, virgines ad pœnã nudatas, sacratu Deo corpora publico exposita conspectui, piissimas plebes catenatus, & carceribus cõstrictas, &c. Irruẽtibus item pòst ac velut exundãtibus in Galliam & Hispaniam omnis genus barbaris, & quidem Arrianis adeo sacris ab eis non est parcitũ, vt cùm alij tum diuus Hieronymus tunc scribens, deploret subuersas apud nos vrbes, & in Ecclesiis trucidata esse multa hominum milia,

Vtque Hiſpania per Vandalos Arrianiſmum Africæ affricuit, ita per Gothos tunc Arrianæ omnes opinionis, eundem in Galliam importare magis nixa eſt, quam importauit. Aliquoties vtrinque religionis ergà reges armis ſunt experti, vt legere eſt in noſtris Clodoueo, Childoberto, Chilperico, in Hiſpanis Almarico ſeu Amalarico, Leonogildo, Puyban II. Siſebuto, &c. Vnius duntaxat in rem præſentem meminero. Euarix Rex Gothorum, Hiſpaniæ limitem excedens, grauem Gallij in Chriſtianos perſecutiouem intulit, truncatis paſſim perſecutioni eius non conſentientibus, clericis carcere, ſacerdotibus exilio vel gladio punitis, ſacrorum templorum aditu ſpinis obſerari iuſſo, vt raritas ingrediendi obliuionem faceret fidei, nec multò poſt diuinitus percuſſus interiit, ſcripſit ea de cauſa Sidonius noſter ad Baſilium epiſcopum. Sic hiſpanogothum illum epiſcopos ſubſtituiſſe, vt in defunctorum officia nullos ſufficeret, per quos minorum ordinum miniſteria ſubrogarentur. Ita populos exceſſu pontificum orbatos, nulla in deſolatis dioceſibuſque cura, putres in eccleſiis culminum lapſus, auulſos valuarum cardines, baſilicarum aditus hiſpidonum veprium fructicibus obſtructos, armenta ſemipatentibus iacentia veſtibulis, herboſa viridantium altarium latera depaſta, nec ruſticas ſolum parrochias, ſed vrbanarum inſuper eccleſiarum conuenticula rarefacta, clericalem periiſſe memoriam, nedun diſciplinam, ſacerdotio mortuo, nedum ſacerdote, &c. Hæc ille. Tandem Arrianiſmum in Hiſpania Recaredus I. & Alfonſus I. ob id Catholicus, in Gallia Martellus, & Carollus Magnus eadem de cauſa Chriſtianiſſimus vocati funditus ſuſtulerunt.

Procop. de bell. Gothi. lib. 1. & 3. Vandali. 3. Paul. Diacon. lib. 14. Annon. Guaguin. Ritius. Aemilius. Tarapha. Greg. Turonen. 2. 25. Lib. 7. ep. 6

Donatiſtica. Cap. XI.

EOdem pene tempore Chriſtianis Arrius in Ægypto de capite, hoc eſt, Chriſto, Donatus in Numidia, altero Aphricæ termino, paulò prior, de corpore, hoc eſt, Eccleſia, litem mouerunt, ſed & hic (adeò qui alterum non habet, neutrum habet) de corpore Do-

mini vero non melius fortè ſenſit, quàm de myſtico. Parmenianus certè quartus ſectæ epiſcopus Chriſti car-

Opta.li.1. Parmeniani de carne Chriſti, error.

nem male tractauit, peccatricem illam dicens, iordanis demerſum diluuio, ab vniuerſis ſordibus eſſe mũdatam, cùm ea de ſpirituſancto concepta, inter alios non potuerit in remiſſam peccatorum tingi, quæ nullum peccatum admiſiſſe videbatur, ſed Iordane ipſo ſanctior inuenta, magis aquam ſuo ipſa deſcenſu mundauerit, quàm ipſa mundata ſit, ſed hoc obiter dictum ſit, & epiſcopi magis quàm ſectæ dictum. Quid igitur de Chriſti & Eccleſiæ myſteriis, myſtis, & myſticis inſtrumentis ſectarij? Lucilla fęmina factioſa à Caciliano archidiacono, poſt catholicorum Epiſcopo Carthaginenſi, correpta, quod ante ſpiritalem cibum & potum os neſcio cuius mortui, ſi martyris, nec dum tamen vindicati, libare, & ſalutari calici præponere diceretur, cum confuſione diſceſſit, & diſciplinæ ſuccumbere noluit. Huius muliebris ſuperſtitionis, vt ſectæ autorem ferunt Donatum docuiſſe neminem alias diuinorum myſteriorum partɪcipem eſſe poſſe, niſi os in manu tenens, id anteà ſalutaret, & ita communicaret, pergit, ex quo quæ ſuprà, Optatus, Secta cruentis Chriſtianorum moribus paſta, & ſanguine opimata, cruentas paſſim cædes operata eſt, De ſedibus multos ſuis epiſcopos extorres fecit, & Baſilicas inuaſit, Epiſcopis eorum iubentibus & pręſentibus catholici diaconi ſuper altare occiſi, mortui in vlteris matrum alioqui naſcitur, lacerati viri, tractæ matronæ, infantes necati, abacti partus. Omnia ſacroſancta ab eorum Epiſcopis violata, Euchariſtia canibus fundi proiicique iuſſa, Canes non ſine diuini iudicij ſigneo, accenſi rabie dominos ſuos quaſi latrones ſancti corporis reos, dente vendice, vt ignotos & inimicos laniarunt, iuxta illud, & conuerſi elident vos Honore nominis ſui ſpoliati ſacerdotes, ſalutationis officium, & in ea vel perfunctoria ſolitum oſculum denegatum, & conuictus prohibiti. Altaria crudeliter fracta, inconſultè raſa aut remota, calida de horum fragmentis facta, percuſſus in altari à Donatiſtis, qui à Iudæis in cruce, Chriſtus, hominum vota cum altaribus euerſa, linteamina & velamina in myſteriis pera-

Lucilla. De mortui ſuperſtitioſe ante Euchariſtiam libatum. Fr. Baldui. ex Balſam. in can. 61. conci. carth. Lib. 2.

Euchariſtia canib. proiecta.

Matt. 7.

gendis à catholicis facta, schismaticis immunda visa, parietes cum pallis aqua salsa loti & exorcisati, calices sacri fracti, & impie reuocati, conflati, passim venditi, empti à sordidis mulieribus in vsus suos, à paganis vasa inde facturis, in quibus incenderent idolis suis, Cemiteria denique eis solis vindicata, non permittentibus ibi sepeliri corpora Catholica, Sic, vti viuos terrerent, male tractati mortui, & negatus funeribus locus, Castimoniales iamdudum professæ, ac Deo consecratæ, aliæ catholicismi pœnitere iussæ, & non sine opprobrio cineribus immundis aspersæ, crinibus iterum solutis & aqua salsa perfusis. Mitrellas voluntatis bonæ signa, contra raptores & petitores inuenta, non capitis ornamenta, alias proiicere, alias accipere, & professionem secundam exactæ, quasi ad nuptias secundæ eractæ. Aliæ mulieres factæ, matres inuentæ, & ab iis, qui mitellas eis imposuerant, & paulò antè patres ab eis vocabantur, nefariè incestatæ. Sic enim quidam virginibus in pristinum habitum retractis, capitibus olim velatis, denuo nudatis, detractis professionis iudiciis, alij petitores sine proci, alij de sponsis raptores effecti. Hactenus Optatus.

Moniales.

Mitellæ virginiales.

Iconomachica. Cap. XII.

SEcutos multò pòst Iconomachos peræquè malè sensisse de Eucharistia ex eo coniicere est, quòd sacram eius supellectilem nihilomitius quàm imagines tractauerunt, vt testis est Nicenæ II. collator catholicus Epiphanius, ita, Cùm diuersa sacra habemus, eaque amplectimur & timemus, siue reuereamur, sanctificationem ab iis quandam nos accepisse confidimus. Quanquam isti (Iconoclastæ) & sacra vasa, & (vt) crucem nugacibus verbis prosequantur, dicentes ea esse cõmunia, & inhonorata, quemadmodum absoluit ea & faber, & pictor, & phrygio, quando nullam sanctam precationem habent. Sic aliquantò pòst, Habemus item & alia plurima consecrata vasa: hęc, quia in nomine tuo fa-

Act. 6. Tom. 4.

cta sunt & consecrata, exosculamur. Sed isti tanquam lingua mendaci thesauros sibi congregantes, vana prosecuti sunt. Quam ob causam & duobus linguæ eorum, & improbitus tandem peribit, vt enim lumine accedente tenebræ fugantur, sic & apparente veritate, gladio spiritus, linguæ eorum venenum excisum est. Et statim pòst, Templa quidem sanctis fabricare, aut imagines

Sanctos imitari, nedum colere.

corũ in tabulis circunferre, conténentes interim eorum virtutes, haudquaquam laudabile est. Nemo enim virum laudauerit, quem viderit virtutes sanctorum auersantem, & quotidie illorum imagines circunferentem, aut templa illis ædificantem, aut vasa comparantem, suiipsius autem templum diuinis virtutibus non ornantem. Ad ita quippe affectos, Deus ab illorum se oblationibus oculos auertere dicit, & orationes minus exaudire, nisi lauentur, mundi sint, auferant improbitates ab animis, & cessent à malitia, discant contrà bene facere, iudicium exquirant, liberent iniuria oppressos, pronuncient pro orphano, ius dicant viduæ. Hæc si rectè fecerimus, tunc quæ à nobis offerentur, grata & accepta erunt apud Deum, siue sancta templa fuerint, siue sacra vasa, aut etiam venerandæ imagines. Ita commodum nobis est ad memoriam horum virtutes exquirere, & pro viribus imitari. Hoc sanè est martyrum encomium, electorum ad virtutem conuocatio, vt magnus ait in Moralibus suis Basilius. Inter hoc, laudanda quoque est templorum exædificatio, imaginum effiguratio, sacrorum vasorum Deo oblatio, hæc enim oportet etiam facere, & illa non omittere, vt veritatis verbum nos docet. Vt hic eodem honoris loco habuit templa, sanctorum signa, & vasa sacra. Contra huius verò sententiam Carolus Magnus Rex noster, primus Christianissimi titulum emeritus, multùm abest vt hæc æquet, aut imagines locis, vasis, vel quibuslibet vtensilibus diuino cultui mancipatis adsocier. Illarum enim consecrandarum nullam vspiam in his quæ ab Ecclesia recipiuntur, scriptis haberi institutionem: in his verò, vasis vtiq; sacris, nihil penè est quod non per sacerdotum orationes & consecrationes consecretur, quorum cõsecrationes ab ipsis Ecclesiæ rudimen-

Esa.1.

Matt.23.

Lib.4.c.16 Imaginum & vasorum sacrorũ differentia.

tis ab Ecclesiarum præsidibus traditæ noscuntur,& in libris sacerdotalibus exaratæ habentur, in quibus horum consecrandorum per sacerdotes solemniter prisca celebratur traditio. Neque magis probat quod addit Epiphanius,nos sacra hæc vasa sic osculari amplectique, vt sanctificationem inde quandam nobis speremus. Non enim ad homines per vasa,sed ad vasa per homines diuini nominis inuocatione,& sacrorũ mysteriorum celebratione sanctificatio venit:neq; vasis imagines æquãda sunt,quoniã in vasis,nõ imaginibus Deo sacrificiũ offertur. Quod si à vasis,quæ vtiq; sanctificata sunt, hominibus sanctificatio minimè impertitur,multò minus ab imaginibus,vt quę nec sanctificare,nec sanctificari possunt. Iisdem porrò testibus, Iconomachi minus rectè senserunt de sacrosancta Eucharistia,aut certè minus apertè ac sufficienter, quòd eam ex eorum parte disputator Gregorius Neocæsareæ episcopus, typum, sine imaginem viuifici corporis dominici vocet,& recordationem efficacissimam. Addit autem, Sicut secundum naturam Christi corpus (quòd à Deo esset) sanctum est,sic& positione imago eius sancta, vt quæ per quandam sanctificationẽ ipsa Dei gratia maneat. Hoc enim Dominus Christus tractauit,vt sicuti carnem assumptam propria secundum naturam sanctificatione ex sua vnitione deificauit, similiter panem etiam Eucharistiæ,veluti veram imaginem naturalis carnis spiritus sancti aggressione sanctificatum diuinum corpus esse voluit, eique sic placuit. Medius autem venit sacerdos, qui ex communi sanctum id facit. Et caro quidem Domini iuxta naturam animata & intelligibilis, per spiritum sanctum diuinitati iuncta est, Eodem modo & à Deo tradita imago carnis eius, panis scilicet diuinus impletus est spiritu sancto, cum poculo quoque sanguinis lateris illius viuificantis. Hæc igitur vera incarnatæ dispensationis Christi Dei nostri imago, quam nobis verus & viuidus naturæ creator, propria voce suis sacerdotibus & mystis tradidit. Hæc ibi. Ego quidem sub hoc lapide tantum dormire scorpium minus putarem, nisi Epiphanius huius antagonista totam hanc orationem tunc in Concilio abominatus fuisset, vt absurdam,

Act. 6. Tom. 3.

periculosam, erroneam, vaniloquam, quod sanctorũ, qui spiritussancti tubæ fuerunt, Apostolorum nemo, aut glorioſorum patrum, incruentum hoc ſacrificium in memoriam paſſionis, totiúſque diſpenſationis Dominicæ factũ imaginem corporis illius dixerit, Non Euangeliſtæ, non Paulus, apud quos ait Dominus, ſumite, edite, bibite carnem meã corpus meum, ſanguinem meum, non imaginem corporis aut ſanguinis mei. Legas, ait, quouſque voles, nunquam inuenies neque Dominum, neque Apoſtolos, neque patres hoc quod à ſacerdote offertur, ſacrificium, imaginẽ dixiſſe, verùm ipſum corpus, & ipſum ſanguinem. Attamen hæc ante ſanctificationem ſine conſecrationem vocare corporis & ſanguinis Chriſti, ἀντίτυπα id eſt, ſimilis formæ exemplaria, quibuſdam patribus piè ſanè viſum eſt, poſt cõſecrationem autem, corpus & ſanguinem Dominicum, atque ita eſſe credũtur. At generoſi iſti, vt ſanctorum imagines earumque vſum obſcurarẽt, eam ſcilicet imaginem introduxerunt, quæ ſanè imago non eſt, ſed corpus & ſanguis. Sed vafritia confuſi ſophiſticè ſeipſos ſubuertunt, hãc ſacram oblationem poſitione fieri dicentes. Quòd dicere, apertæ inſaniæ eſt, & eiuſdem amentiæ imaginem aſſerere corpus & cruorem Domini: Rudè item & impium. Deinde mendacium dimittentes, veritatem quadantenus contingunt, confeſſi panẽ diuinum corpus fieri. At ſi panis imago corporis eſt, non poteſt ſanè diuinum corpus fieri. Huc ergo illucque ſe iactantes, dogmata maximè firma ſerunt & aſſerunt. Vt enim oculus conturbatus minus rectè videt, ſic iſti praua rum ſententiarum cõfuſione mentẽ perturbant, & quòd inſani homines, patiuntur, iam hoc, iam illud imaginantes: & nunc quidem ſanctum & notabile, ſacrificium noſtrum, imaginem ſacri corporis Chriſti, nũc autẽ ſacrum & diuinum corpus aſſerunt. Nec verò aliter, niſi quod clarius, hunc Gregorium tractauit qui & vbi antè imperator Carolus, Eundem nimirum, ſiquidem de corporis & ſanguinis Dominici myſterio, quod quotidie in ſacramento à fidelibus ſumitur, dicere voluit, cùm dixit. Exultent & lætentur, & vt habet moderna verſio, libertate linguæ fruantur, non vt vetus, præſumãt, qui veram Chriſti ima-

Similitudo.

Lib. 4. cap. 14.

ginem(syncera mente)facientes, diligentes, venerantes, ad salutem animæ & corporis offerant, &c. In hoc non mediocriter errauisse. Non enim imaginem aut aliquam præfigurationem Dominus, sed semetipsum Deo Patri pro nobis in sacrificium obtulit:& qui quondam sub vmbra legis in agni immolatione,aut rebus aliis imaginariè præfigurabatur offerendus,veraciter ea consummãs,quæ de se vatum oraculis prophetata sunt,Deo Patri victima salutaris oblatus est, nec nobis legis transeuntibus vmbris,imaginarium quoddam indiciũ,sed sui sanguinis & corporis contulit sacramentũ. Non enim corporis & sanguinis Dominici mysterium imago iam nunc dicendum est,sed veritas:non vmbra,sed corpus: non exẽplar futurorum, sed id quod exemplaribus præfigurabatur. Iam aspirauit dies,amotæ sunt vmbræ. Iam finis legis ad iustiam omni credenti Christus aduenit, iam legem adimpleuit:iam qui sedebat in regione vmbræ mortis, lucem magnam vidit:iam velamen Moysi decidit, & velũ templi scissum,arcana nobis & ignata quæque ostendit: iam verus Melchisedech,Christus videlicet rex iustus, rex pacis,non pecudum victimas,sed sui nobis corporis & sanguinis contulit sacramentum:nec ait, Hæc est imago corporis & sanguinis mei,sed,Hoc est corpus meum,quod, &c.Hic est sanguis meus,qui,&c. Cùm ergo corporis & sanguinis Christi mysterium,quod in veritate gestum esse constat,non in figura,vera Christi dici non possit imago,merito in hoc Gregorius reprehẽditur,Hæc princeps noster. In quibus duo hæc obiter obseruo, huius sacramenti & præ veteribus excellentiam,& formam siue Dominica verba eius consecratorio, inferre rerum veritatem atque præsentiam. Verum antequam porrò pergamus,aliquid de Antitypis,quatenus hoc vocabulum Eucharistiæ conuenit,hîc dicendum. Citat id superior Epiphanius ex magnis illis fidei aduersus Arrianos propugnatoribus,Eustathio & Basilio. Quorum alter ad id,Edite panem meum, & bibite vinum quod miscui vobis, ait,Per panem & vinum,ἀντίτυπα membrorum corporalium Christi prædicat,Alter ex eodem fonte hauriens,vt omnes sacerdotii mystæ cognoscunt, in precatione diui-

Cant.2.4.
Rom.10.
Matt.5.4.
Esa.9.
2.Cor.3.
Matt.27.
Gene.14.
Heb.6.7.
Antitypa
Prou.9.

Anaphora. næ Anaphoræ (ita Græci Missæ partem vocant) sic alicubi legit, confidentes tuo sacro altari appropinquamus, & proponentes antitypa sancti corporis & sanguinis Christi tui ite precamur & inuocamus. Et quæ deinceps sequuntur, confirmant hæc ante sanctificationem vocari antitypa. Citauerat & hoc Damascenus, vt ex eo videatur hic Epiphanius didicisse, ita, Et si quidam exemplaria corporis & sanguinis Domini, panem & vinum vocarũt, vt deifer Basilius, non tamen post consecrationem dixit, sed priusquã sanctificaretur oblatio, ita vocabant. Quanquam & futurorum dicuntur exemplaria, non quidẽ vt non existentia verè corpus & sanguis Christi: sed quoniam nunc quidem pro ipsa participamus Christi diuinitati, tunc autem intellectualiter per solam visionem. Porrò in Basilij Anaphora, eo vbi antè loco, noua ex Syrica lingua per Andream Masium versio, habet sic, Qui proposuimus typum corporis & sanguinis Christi tui, adoramus & supplices rogamus, veniat spiritus sanctus tuus super hæc diua, sanctificet ipsa, & efficiat panẽ hunc corpus glorioſum Domini, &c. Et calicem hũc sanguinẽ Domini Dei precioſum, &c. Noua latina ex græca Germani archiepiſcopi Conſtantinopolitani rerũ Eccleſiaſticarũ theoria reliquit vocẽ græcã antitypa. Vetus Basilii Missę, & Marci Epheſini, cõfiguralia Beſſarió ex Greco latinus, ex Niceno Romanus Cardinalis, præfiguratiua corporis & ſanguinis Domini trãſtulit. Et quidem ſi de vocabulis quoque latinis agitur, quãuis exẽplar plerúnque deſignet id præcipuũ, cuius aliqua eſt imago aut ſimilitudo repræſentãs: quomodo cœleſtia & ſpiritualia terreſtriũ ſenſibiliũque exẽplaria & veritates dici ſolẽt, hoc certè ſenſu nõ iam eleméta conſecrata eſſent corporis & ſanguinis Domini exẽplaria, ſed è cõtrario corpus & ſanguis Domini eſſent ſacrorũ ſignorũ exẽplaria, id eſt, veritates ac res ipſæ per ea ſic deſignatæ, vt & verè exhibitæ, oblatæ, receptæ. Tamen quia nõnunquam exẽplar figuram deſignat & imaginẽ aliquid excellentius aut perfectius repræſentanté, vt ibi, Qui exẽplari & vmbræ deſeruiunt cœleſtiũ, vbi Apoſtolus veteris inſtrumẽti ritũ eorum quæ lux depromit Euangelica, & quæ cœleſtis habet ciuitas, vocat

Lib. 4. cap. 14.

Exemplar. 1. Cliſtou. ad eũ Damaſceni locum.

Hebr. 8.

exẽplaria. Et paulò pòst, Non enim in manufacta sancta Iesus introiuit, exẽplaria vererũ, sed in ipsum cœlũ, vbi sancta sanctorũ à Moyse fabricata vocat etiã exemplaria verorũ tabernaculorum in cœlestibus collocatorũ. Hoc igitur pacto & significato Damascenus, vel eius potius interpretes, & eũ secuti, panẽ & vinũ cõsecranda, antequã sanctificata sint, exẽpla dixerũt & figuras corporis & sanguinis Christi, post cõsecrationẽ non amplius sic dicẽda, sed ipsam rerũ veritatem, verum scilicet Christi corpus, verũque sanguinem. Annotat tamẽ & post benedictionẽ siue cõsecrationem dici posse futurorũ exemplaria, quia in futura vita perfectius & apertius Christi tũ diuinitati tũ humanitati participabimus, non iã eis sub specierum sacramentaliũ velamento cõmunicantes, sed facie ad faciẽ eas contẽplantes, proinde in huius mysterii sumptione futuræ gloriæ pignus nobis dari dicitur. Hæc Latinus Damasceni scholiastes. Verùm ij videntur timoratiores aliquãtò, & quod vel poëta, omnia tuta timuisse, vel propheta, timore vbi timor nõ erat, tupidasse. Nam Carolus quidem magnus, sacramentum hoc videtur non simpliciter aut absolutè negasse exemplar, figuram, imaginem, sed vt sacrificia vetera futurorum, corporis scilicet atque sanguinis Christi, quasi hic nõdũ venisset, aut quasi venerit licet, horum, quia sursum redierit, peræquè vt antequã incarnatus esset, absentiũ, Eucharistia exẽplar, imago, & figura tantùm esset. Qui error est modernorũ nouatorũ, tam rerum scilicet veritatem à figuris sacris absentãtium, quàm cœlos à terris. Quo sublato periculo nõ dubitauerunt aut reformidarunt Eucharistiam vocare, Græci quidẽ omnes μυστήρια, Dionysius, Clemens Alexandrinus, & Origenes σύμβολα τοῦ σώματος καὶ αἵματος, Basilius & Naziãzenus ἀντίτυπα. Latini autẽ omnes sacramẽtũ, ac proinde signũ sacrũ, quidam etiã exẽplum, similitudinẽ, imaginẽ, & figurã corporis & sanguinis Christi, sed rerũ vtiq; tam in his mysteriis præsentiũ, quàm signa sunt præsentia. Vt mirũ sit Epiphanium hũc tantũ videlicet signorũ ac imaginum πρόμαχον, id tanto serio, ac velut ex prouocatione negauisse. Negauisse autẽ, quæ cùm negari non possint,

Psal. 13. 52.

Quintil. lib. 3. cap. de refutatione.

certè aut defendenda sunt, aut causa cedédum, vel quod deterius est, cadendum, vt hîc nos instituerunt rhetores. Nos autem, Deo propicio, causa hac nec cedemus, nec cademus, neque tamen negabimus, quæ tum hoc anteà libro & alibi agnouimus, atque probauimus, vt aperta & vtrinque confessa, & quo plus legimus, hoc etiã non quęrentes frequẽtius reperimus, Ait enim, vt vtrobique præallegata non repetamus omnia, Chrysostomus, vel ex eius commentariis post ipsius obitum Constantinus presbyter, Mutio Scholastico interprete, ait item Ambrosius, hoc quod per singulos dies offerimus sacrificium, exemplar, siue vt legitur in canonibus Ecclesiasticis, & sententiis Theologicis (nihil autem hîc refert) exemplum illius in Christo (in cruce) semel oblati ad salutem sempiternã potentis. En exemplar, en exemplum, si de his modò vocabulis disputatur, ac non potius de rebus ipsis. Sequitur figuræ, sed eodem vtique sensu, vocabulum. Ait Hilarius papa, nescio quotus, sit fides penes Gratianum citantem, & idem in Hilario librorum de Trinitate, autore, repetẽ, sed in hoc posteriore desunt hæc, corpus Christi quod de altari sumitur, figura est, dum panis & vinum videtur extra: veritas autem, dum corpus & sanguis Christi in veritate interius creditur. Ait Augustinus, Christus Iudam adhibuit ad conuiuium in quo corporis & sanguinis sui figuram discipulis commendauit & tradidit. Et. Non dubitauit Dominus dicere. Hoc est corpus meum, cum signum daret corporis sui, Et corpus & sanguis Christi est veritas & figura. Veritas, dũ spiritu sancti virtute ex panis & vini substantia efficitur: figura, id quod exterius sentitur. Ait Ambrosius, Vis scire quia verbis cœlestibus consecratur (corpus indubiè Christi) accipe quæ sunt verba, Dicit sacerdos, fac nobis hanc oblationem ascriptam, rationabilem, acceptabilẽ, Quod est figura corporis & sanguinis Domini nostri Iesu Christi. Et Augustini de Iuda locum suum ad verbum fecerunt Eucherius & Angelonius, ad librum regum secundum. Quibus anterior S. Ephram Syrus Diaconus Edissenus. Inspice, ait, quomodo sumens Dominus panem, benedixit ac frangit in figurá immaculati corporis sui, calicéque in figura precioſi sanguinis

Exemplar. Exemplũ. Figura. Ca. in Christo pater. ca. corpus Christi. Can. vtrũ. ita Paschasius. De sacramẽtis. lib. 4. cap. 5. Imago. De officiis lib. 1. cap. 48. In Psal. 3. Contra Adimãtũ. cap. 12. Signum cap. 9. & 17 De inscrip.

guinis sui benedicit,&c. vt vel hoc nomine immeritò ma lè audiat Tertullianus, quidem enim eandem quã eo posteriores recipiat sententiã? Reliqua est vox tertia, imago. Nec verò ab hac magis, quàm à duabus superioribus abhorret idem Ambrosius, ita scribens, illa nobis expetẽda, in quibus perfectio est & veritas, hîc vmbra, hîc imago, illic veritas. Vmbra in lege, imago in Euangelio, veritas in cœlestibus. Antè agnus offerebatur & vitulus, nunc Christus offertur, sed offertur quasi homo, quasi passionẽ recipiens, & offert seipse quasi sacerdos, vt peccata nostra dimittat, hîc in imagine, ibi in veritatẽ, vbi apud Patrem pro nobis quasi aduocatus interuenit. Hic ergo in imagine ambulamus & videmus, illic facie ad faciẽ, quia perfectio omnis in veritate est. Hunc Ambrosii locum in Apologia pro virili excussimus, &, nisi fallor, illustrauimus. Et comperimus pòst idem quod nos Dionysium Rickelium Cathusianum scripsisse in Epitome librorum vtriusque testamenti. Vt vmbra quidem sit legis veteris, nempe obscurior: imago verò nouæ, purior quippe ac expressior: sine hac autẽ & illa veritas in cœlo perspicua. Quo sensu dicebã Christianos medios inter veteros hebræos & beatos spiritus diuinis his rebus frui ac participare. Superiorem igitur Ambrosii ad Hebræos locũ Thomas Aquinas coniungens cum Augustini ad simplicianũ responsione, Quod solent scilicet imagines, earum quarum sunt imagines, rerum nominibus appellari. Respõdet huius sacramenti celebrationem conuenienter dici Christi immolationem, quod sit imago quædam Christi passionis, quæ vera est eius immolatio, repræsentatiua. Qua etiam ratione & altare sit crucis repręsentatiuum, & sacerdos Christi gerat imaginem, in cuius persona & virtute consecrationis verba pronunciet. Et idem alibi Augustinus Dominus, ait, sacerdos noster secundum ordinẽ Melchisedech, seipsum obtulit pro pectoris nostris holocaustum, & eius sacrificii similitudinem celebrandam in suæ passionis memoriã cõmendauit. Et paulò pòst. Mundationem pectorum Dominus oblatione holocausti sui, quod in veteri sacerdotio figurabatur, impleuit: & holocausti eius *Insignem* ad memoriã passionis suæ in Eccle-

tabili naturaE. D.c. 4 Lib. 4. in marcionem.

1. Cor. 13. 2. Cor. 5. Lib. 7. cap. 11. Part. 2. artic. 4. & 10.

Quæst. 3. tom. 4. part. 4. Q. 83. artic. 1.

Altare.

Sacerdos.

Libro 83. Quæstionũ. Quæstione. 61.

sia celebrandã dedit, vt esset sacerdos in æternũ, non secundũ ordinem Aaron, sed secundũ ordinem Melchisedec. Cuius rei sacramentũ adhuc diligentius considerari potest. Sic veteres. Vt minus miremur, cũ alios tãtò pòst, tum Petrum Cluuiacensis in hæreticos sui temporis Eucharistiã negantus, eam quibus suprà, nominibus appellare, sed non sine expositione, signum hoc ait, à Christo propositũ est, quod ita signũ est, vt sit tamen idem quod signat. Et. Sacramentum mysteriũ, species & figura vocatur, quia intra hoc quod exterior forma nunciat, virtus diuina verũ corpus & sanguinem redemptoris occultat. Et sacramentum quidem corporale est, q. verũ corpus, & verus Christi sanguis est, hoc est, esca corporis, & potus Christi sanguinis. Et. Quantũ ad veritatem corporis & sanguinis Christi est idem quod signat, quam tamẽ maximè signat. Sed omnem si quis adhuc de his vocabulis supererat, scrupulum nobis exemit doctissimus ille græcolatinus Bessario, Quo enim libello disputat cõtra Græcos olim suos, Eucharistiam verbo Domini, nõ ministri prece cõsecrari ac cõfici, ad Damascenì, aliorũque quibus Græci aduersum latinos abutũtur, autoritas, differtè respõdet, sacramenta etiã postquam cõsecrata sunt (nã antè nec sacramẽta quidẽ sunt) figurã esse, & ideo etiam præfigurativa veri corporis & sanguinis Christi dici posse. Sẽsibilis enim panis & vini etiã post cõsecrationem species, figuræ quædẽ & præfiguratiua vt sunt, ita etiã dici possunt, tũ cõtenti sub eis veri Domini corporis & sanguinis, tũ mystici etiã corporis, & Ecclesiasticę vnitatis: ipsum quoque verũ corpus mystici corporis symbolũ ac signũ esse. Nã & Dionysius sacramentũ hoc etiã post consecrationẽ, sacramẽtalem illam cœnã sacramẽtorũ & Dominici corporis ac sanguinis in ea cõsecrationẽ, traditionẽ, distributionẽ, hæc inquã, sacra diuinissima numera Dionysius nõ semel vocat symbola, cur nõ etiã figuras conuenientissimè vocet? Atqui neque Damascenus præfiguratiui vocabulũ corporis sanguinique Christi cõuenire negat, vt antè audiuimus, sed futurorũ, vt Gregorius apertiùs confirmat, quia nũc verè quidẽ hęc, sed sub speciebus & figura panis & vini participamus, tunc autẽ Christũ talem qualis & sicut verè est, clarissima & manifestissima visione videbi-

Lib. 1. epist. 2. cap. 4.
Signum.
Mysteriũ.
Species.
Figura.

Eccl. Hier. cap. 3.

mus & contẽplabimur. Nõ ergo, ait, video quid tandẽ formidãs Damaſcenus præfiguratiui aut exẽplaris vocabulũ renuerit, ideóque ita exponere conatus ſit, cùm poſſibile ſit tã ex ipſiuſmet, quàm cæterorũ doctorũ ſententia, verum Chriſti corpus & ſanguinẽ, figuram ſine præfiguratiua nominare: ſed debito modo, ac ſenſu prædicto, & ſæpe dicendo. Mirum igitur hoc Damaſcenũ dixiſſe, ſed homo nimirũ fuit, mirè licet ſanctus, qui tamẽ pro imbecillitate humani ingenii potuerit aliquid non rectè ſenſiſſe. Nos verò nõ ex iis aut talibus, eũ vel alios, ſed ex iis quæ palã ac vnanimiter tradiderũt, diſcernere ac iudicare debem⁹. Fortaſſe autẽ, nec impoſſibile eſt, Baſilii verba, quibus hæc numera nominauit antitypa, locũ ante verba cõſecratoria, Damaſceni tẽpore in Miſſa habuerũt, vt ſic ea exponeret, nũc neſcio quomodo ſunt trãſpoſita, Qualia lõgo tẽporũ interuallo multa occiderũt, &c. Cauẽdũ autẽ prænonuerat Beſſario, quod & Catholice, quiſquis es, vt *Vnũ illud tibi note Deo, præque omnibus vnũ* (cũ poëta dicã, *Prædicam, & repetens iterumque iterumque monebo.* Æneid.

Hic enim prẽcipuus ſacramẽtariæ cõtrouerſiæ cardo eſt. Cauendũ, inquã, ne quis Euchariſtiæ ſacramẽtum figurã dici audiẽs, dicere propterea vel omnino ſuſpicari auſit, non eſſe verũ Chriſti corpus. Abſit à mẽtibus fideliũ tãta blaſphemia. Hoc enim modo precioſa Domini mors & glorioſa reſurrectio, cùm noſtræ tũ mortis tũ reſurrectionis primariis Apoſtolis exẽplũ dicãtur & figura, veræ nõ fuiſſent, quod & antè argumẽtum tractauimus. Sic igitur Euchariſtiæ ſacramentũ figura eſt & veritas, vt nihil inde abſurdi ſequatur. Nã & ſacramenti nomen alicuius alterius ſignum & figuram ſignificat, ſiquidem ſacramentum tectum myſteriis eſſe decet, ac ſecretũ, & aliud extrinſecus præſe ferre, aliud, quod intelligatur intrinſecus habere. Neminem ergo conturbet figuræ nomen. Nec quod idem Damaſcenus ſic ait, Panis & vinum non eſt niſi figura corporis & ſanguinis Chriſti Abſit, ſed ipſum Domini corpus deificatum, ipſo dicente, hoc eſt, corpus meum, hic eſt ſanguis meus, Non, hoc eſt figura corporis & ſanguinis mei. Primò enim panis & vini nomine, non viſibilem eorum ſpeciem, ſed ea in corpus & *Rom. 6.* *1. Pet. 2.*

sanguinem substantialiter transmutata intelligit. Deinde figuram hoc eadem loco, non vmbram illam, quæ nihil aliud quàm figura est simpliciter aliud significans, nullam omnino aliam faciendi vim & potestatem habens. Sic legis veteris sacramenta figuræ fuerunt, sacrorumque tantùm significatiua, non effectiua, non ipsa quæ significabant, sacra erant. Noua autem non significatiua solùm & figuræ salutis sunt, verum etiam salutifera, seu salutis effectiua, ipsáque sacra, & sacræ sacrarum rerum figuræ, hoc enim interest inter ea, quod illa duntaxat significabant, hæc etiam efficiunt & præbent. Sic Hilarius, Ambrosius, Augustinus figuram hoc loco accipiunt, quæ scilicet quoad panis viuique species sensibiles, siue exterioribus sensibus subiacentes, aliud & aliud significent, Christi videlicet corpus verum & mysticum, & tamen veritas sit ac credatur. Vt vbi Damascenus veteres secutus doctores Christi corpus & sanguinem figuratiua futurorum dixit, figuram vtique siue discrimine dicere potuerit. Hæc & multò plura Bessarion. Cuius distinctio mihi quædam quasi clauis huius causæ sacramentariæ visa est, vt vbi patres Eucharistiam figuram aiant, effectiuã eam quoque aiant esse, nedum significatiuam: vbi verò negẽt, significatiuam veritatis duntaxat esse negent. Quod etiam nostri secuti sunt Catholici, rerum hîc præsentium maximi quique promachi, agnoscentes hæc etiam iam conuersa nihil prohibere exemplaria verè dici, tum corporis exanguis, quod in cruce pependit, pariter & sanguinis in eadem fusi, tum Christianorum colligationis ad inuicem, vt membrorum sub vno capite, tum beatitudinis futuræ, quando omni prorsus sublato velamine res ipsas contemplabimur, Nec species modò has, sed & ipsum ibi Christi corpus sui ipsius exemplar & figuram esse, non simpliciter & absolutè consideratum, sic enim idẽ exemplar esset & exemplatum, figura & figuratum, sed quod quà sub specie panis seorsum à vini specie referat ac repræsentet idipsum exangue in cruce in vera carne pependisse. Et cum Ambrosio tria distingunt tempora, legis, gratiæ, gloriæ: sub primo meras vmbras, sub secundo nõ solas vmbras, sed res volatas, & suo quodam mo-

Sacramẽtorum veterum & nouorum differentia.

Ioan. Rossensis in Ioan. Oecolampad. Proem. lib. 2. Q. cap. 16. b. 18. d. 19. a. 25. c.

Proem. lib. 4. b.

do imagines,ſub tertio res abſque volo,I. nudas ipſas veritates. Nec lectorem moueri debere, quòd Ambroſius dixerit in cœlo veritatem,hîc imaginem: Nam ibi,ait,facie ad faciem veritatem videbimus,hîc velatã, ac proinde ſub imagine habemus. Hæc ego pluribus & ſæpius, quòd viderem hac in cauſa quoſdam ad hæc vocabula Catholicos quidem timoratiores trepidare, & ceu inſolentia,quaſi ſcopulos naufragiis infames euitare: nouatores autem nimio iactantiores ad eadem toties obuia triũphare.Cùm è contrario patres eadem ferè non vſurpent, quin eodem loci,aut alibi ſæpe rerum de quibus hîc agitur, in his myſteriis veritatem & præſentiam ſtudio aſſerant & ſerio, vt Ambroſius quo de ſacramentis opere inſcripto,tam apertè ſacramentariis aduerſatur, vt cùm ſoluere nequeant,quo eum,vt alibi:more negent, ab his tamen ibi vocabulis minimè abhorret.Et cum eo Chryſoſtomus,quantus,Deus bona,Euchariſtiæ aſſertor & adorator,vbi exemplar appellat, addit, Vna eſt hæc hoſtia,non multæ: ne nunc quidem alium agnum, cras alium,ſed ſemper vnum eundem ipſum offerimus. Alioqui hac ratione quia in multis locis offertur,multi Chriſti ſunt?Nequaquam,ſed vnus vbique eſt Chriſtus (id eſt vtrobique,ne hinc Vbiquiſtæ ſuum nouum commẽtum fulciãt,nam ſeipſe nullo medio ſic exponit)& hîc(in altari) plenus exiſtens,& illic (quondam in conce)plenus (id eſt,& à Deus & quà homo)vnum corpus. Sicut enim qui vbique offertur,vnum corpus eſt, non multa corpora,ita vnum etiam ſacrificium,non aliud ſicut & idẽ pontifex,qui hoſtiam mundantem nos(tũc)obtulit, ipſam & nunc offerimus, quæ tunc oblata, conſumi non poteſt. Quod autẽ facimus,in eius fit commemorationẽ, quod factum eſt,idipſum ſemper facimus, magis autẽ eius recordationem operamur. Hæc illi. Apud quos audis,ſit licet Chriſti in altari ſacrificium ſacrificii in cruce exẽplar, vtrobique tamen non eundem tantùm Chriſtum & quidem plenum,id eſt Deum hominem, ſed vnum etiam idemque corpus exiſtere ac offerri: vt collectio admodũ præpoſtera ſit,ſactũ quod in altari facimus hoſtiæ quæ in cruce immolabatur,exemplar eſt, ergo corpus hoc illius

Lib.1. cap. 13.32.lib.5. cap.21.

Vbiquiſtæ. Chriſtus idem in altari, qui olim in cruce.

Lib.2. cap.19.a

exẽplar est. Aliud enim est sacrificiũ seu sacrificatio, aliud ipsum sacrificatũ corpus: siue, aliud est oblatio, & aliud res oblata. Et nos tamẽ concessimus, & iuxta intellectũ sanum adhuc concedimus, corpus ipsum sui exemplar esse, aliter atque aliter consideratum. Sed inualida rursum peræquè consecutio, sacrificium hoc, corpus hoc exẽplar est, similitudo est, imago est, figura est, recordatio est, &c. Ergo prætereà nihil, vel nihil aliud quàm hæc, ac non etiam res ipsa, corpus ipsum dico. Nam immolatio quæ fit manibus sacerdotis, vocatur Christi passio, mors, crucifixio, non rei veritate, sed significante mysterio. Alioquin oporteret eum frequenter, Passio enim est Domini, sacrificium quod offerimus, ait sanctus martyr Cyprianus. Corpus autem ipsum idem vtrobique oblatum, modo illic quidem cruento, hic autem incruento. Exemplar est, &c. Ergo nihil quàm exemplar, &c. Absit à nobis hæc dialectica, iuxta hanc enim (vt omittam argumẽtum de Christi morte ac resurrectione, vtraque nostræ figura, & re tamen vera) Christus ipse, cùm sit iuxta Paulum figura substantiæ Patris, patri non fuerit consubstantialis: cùm sit imago Dei inuisibilis & incõspicui, Deus non erit: cùm sit in similitudinem hominem factus, & habitu seu figura inuentus vt homo, homo quoque minimè fuerit, & sic nec Christus. Absint ratiocinationes tam blasphemæ. Sed sicut Christus sic est Dei imago, vt Deus verus: sic figura patris, vt plenam patris habeat substãtiam: sic hominibus similis, vt homo etiam verus sit. Ita corpus eius in altari, suimet quondã in cruce sic exẽplar est, vt eadem sit res, & tunc illic, & nũc hic plena existens & vna. Sed hanc litẽ non malè diremisse videtur Anselmus inter Antiberengarianos hoc est tũc catholicos, non vltimus Christi, ait, benedictione panis fit corpus eius, non significatiuè tantùm, sed etiã substantiuè. Neque enim ab hoc sacramẽto figurã omnino excludimus, neque eã solã admittimus, veritas est, quia corpus christi est, *figura* est, quia immolatur quod incorruptibile habetur. Si hoc corpus Christi corpus significatiuè tantum, non etiam substantiuè fieret, hoc figura tantùm, non veritas corporis Domini existeret. Nihil contrà ad figuram quod sequitur. Quod pro vobis tradetur, &c. Hæc ille.

Cap. 16.

Magister lib. 4. dist. 10. c. De cons. Dist. 2. ca. hoc est. Heb. 9. Lib. 2. Epist. 3. Rom. 6. 1. Pet. 2. Heb. 1. Col. 1. Pihl. 2.

Lib. de diuinis officiis citatur. a D. Garetio & D. Demochare

Significatiuè.

Substantiue.

Redeo tandem ad Iconomachos, qui siquidem Eucharistiam Christi duntaxat imaginem esse aut figurã agnouerunt, ac proinde nec adorauerunt, sint sanè inter maiores sacramentariorum: sin cum typo & imagine veritatem diuinúmque Christi corpus & sanguinem crediderunt, quod Gregorius eorum promachus sensisse videri possit, vt qui eam se suósq; verã demùm Christi imaginẽ syncera mente sine animo benigno facere, desiderare, diligere, venerari, & ad animi corporísq; salutẽ offerre in ea Synodo professus est, deteriores sunt Iconoclastis hodie nouatores. Illud certè vtrisque cõmune, vt Diuorum imagines, ita Dei templa, altaria vasa, ministros, & quicquid est ministerij Eucharistici, sursum deorsum turbare. Quales qui tunc Iconoclasiæ fuere correpti Græcorũ Imperatores, Constantinus IIII. monasteria, sacrásque virorũ & virginũ domos partim militibus in habitaculũ dedit, id est, profanauit, partim à fundamẽtis diruit, vasa sacra, pecora, & quicquid eorũ patrimonij erat, vendidit, libros etiam cõbussit, monachos sic persecutus, vt ne vnũ quidem in tota sua ditione relinqueret. Tum etiam Cosmas Epiphaniæ in Apamia Syrię episcopus, accusatus super diminutione sacrorũ vasorum, cùm ea minimè restituere posset, discessit ab Orthodoxia, & desciuit ad Iconomachiam, ea pòst de causa cõmuni coëpiscorũ sententia, in sua cuiusq; ciuitate anathemate percussus. Melior nihilo Nicephorus Imp. principes militares iussit Episcopis & inferioris ordinis clericis more seruorum abuti. In episcopia & monasteria & ea quæ horum erant, adire ac inuadere, eos contrà qui à seculo diuinis contulerãt obsequiis aurea vasa vel argentea, vituperans, & Ecclesiarũ sacrata quæq; pro cõmunib⁹ haberi dignũ dogmatisans, instar Iudę tale quid super Dominico decernẽtis vnguẽto. Hæc quisquis fuit Annalium Constantinopolitanorũ ad Romanam Eutropij & Pauli diaconi historiam adiectorum rhapsodos. Addit Zonaras Michaëlẽ Theophili filium Theodora matre imaginũ licet restitutrice natũ, principẽ cætera nihili, eum maximè ob causam inuisum fuisse, quòd adolescẽtes quidã nefarij eius alumni, pontificum sibi habitum sumentes, incruentam se victimam

Impp. Iconomachi ÿdẽ Monachomachi.

Paul. diacon. lib. 22. & 24. rer. Rom.

Cedrenus pag. 395.

Iudas.

Missam fingentes & irridentes.

immolare simularent, principe præsente ludum minimè ludicrum, sed horrendũ potius ludẽtis, & aceto ac sinapi in vasis aureis & gemmatis temperato, eam sodalibus & colluſoribus potionem impertiebant. Quę qualiáq; quia diutius recẽsere non superfluũ fortè minus quàm permolestũ fuerit. Hîc ergo Iconomachiæ, quatenus cũ pugna Eucharistica commune aliquid habuit, finis tandem sit.

Burgandica. *Cap. XIII.*

Tom. 2. Cõcilior. inter huius rescripta. Titulo 17. De pœnitentiis. ex Gratiano 12. q. 2. ca. De viro.

NIsi quod huius Michaëlis III. Imperiũ historiæ me admonuit ab hac causa fortè nõ omnino alienæ. Nam qui ad eum scripsit Nicolaus I. Rom. pont. scripsit & ad Frontarium Burdegaleñ. episcopũ super latronem nefando, nomine Burgando, sed Apostolicam consulentem. Vir is nepharius episcopo in quadam Ecclesiæ suæ villa cum clero & populo manente ac docente, diabolica rabie commotus, Gentilium more per abraptu itinera & compita insidiant, collectis malitiæ suæ sequacibus in Gallia nostra prædabatur, sacra tum altaria, tum Dominici corporis & sanguinis vasa, quasi vilia & ad communem vsum apta ausu dæmoniaco rapere præsumens. Hunc cum suis complicibus, si quando ad pœnitentiam diuina tacti gratia reuerterent. Respondit Nicolaus, vno anno extra Dei Ecclesiam, cuius sanctissima vasa extra ritum fidei Christianæ abstulerat, abstinendum, altero extra fores Ecclesiæ sine communione mãsurum, tertio in Ecclesia inter audientes sine oblatione staturũ, à carnibus & vino abstinentem, ab iis denique ad septimum vsque annum tribus in hebdomada diebus absterturum: anno tamen quarto, si modo fructuosus fuisset triennalis pœnitentię labor, communioni fidelium restitutus, & sacrilega hæc nunquam se facturum pollicitus, Christi corpus & sanguinẽ susciperet. Hæc tum fuit prædonibus sacra & diuino cultui dedicata, quasi prophana contrectantibus & diripientibus indicta pœnitẽtia. Burgandos enim hos latrones fuisse lego, hæreticos non lego. Sed nimirum quales superioribus bellis ciuilibus v-

Sacrilegorũ pœnitentia.

trinque passæ sunt Ecclesiæ, non tantum quos Hugones vocant, sed & qui Papones ab his vicissim vocãtur, vtrique non iam milites legitimi, sed latrones verissimi.

Armenica, & Messaliaica. *Cap. XIIII.*

ARmeni circiter aut etiam ante Iconomachos, schisma fecerunt. Sed qui hæresim hanc sacramentariam eis impegerit, præter Guidonem Carmelitam tãto pòst, habeo neminem. Facit autem is eorum errorem XXII. cum primis illis Capernaitis apostatis communem, Christum, Christíque in hoc sacramento corpus non esse panem viuum, sed figuram meram, merum atque sine vita panem, adeóque contra Paulum hîc non *Ioan. 6.* diiudicare corpus Dominicum, vt etiam contra suũ ipso- *1. Cor. 11.* rum canonem, similitudinem tantùm eius corporis agnoscant in Eucharistia, non etiam veritatẽ. Vt nec verè quidem dicere possint quod in missa sua legũt, scilicet quòd per verba fiat eis aut efficiatur verũ Christi corpus & verus sanguis, secũdum quod exponunt, vt sic vera vtriusq; similitudo, & tantùm quidem similitudo, non verò etiã veritas. Sic igitur sua legebãt, vt non intelligerẽt, & Domini corpus & sanguinem hîc in signo tantùm & figura siue similitudine, non etiam verè ac realiter sub panis & vini speciebus crederent, & sic, vt hos reprehendẽs Damascenus dicit, vera sacramenta perderent. Hæc ille. Ex postremis apud quem Damasceni verbis, nescio an hodierni Cinglianos & Caluinianos sacramẽtiperdas, Germanico vocabulo Sacramentskhen contumelioſè vocẽt, *Sacramẽti-* vt est in Antidoto Valerandi Pollani aduersus Ioachimi *perdæ.* Vvestphali consilium, ann. 1557. Verùm nec Ioãnes Damascenus, nec Sententiarum Magister, cuius hos Guido, Armenos, hæresis facit reos, sed neq; Ricardi Armacani ad Armenorum quæstiones summa, tot capitibus super hoc sacramento, quibus de forma verborũ sacramentalium, & aliquot aliis controuersiis aduersus eos disputat, *Lib. 8. cap. 1. vsque ad 12.* ne Thomas quidẽ Aquinas, peculiari alioquin opere cõtra eos nominatim inscripto. Proinde quãdo Catholica *Opus. al. 6.*

veritas noſtris non indiget mẽdaciis, vt eſt alicubi apud B. Bernardum: multò autem minus calumniis, hîc miſſos ſibi facimus Armenios, plus alioqui ſatis grauatos, aut etiam aliàs errantes: Si modò qui hunc errorẽ alium neminem eis tribuiſſe reperit Alphonſus de Caſtro, eodem teſte certò cõperit eos cum Meſſalianis ſenſiſſe hunc ſacratiſſimum cibum, nec prodeſſe quicquam, nec lædere, aut certè ſoli corporis ſaluti proficere. Et hũc enim Guido impingit eis errorem XXIII. Sacramentum hoc quãuis dignè ſuſceptum, valere tantùm contra infirmitates corporales, fulgura, & tempeſtates, non verò etiam operari in ſuſcipiẽte, remiſſionem peccatorum, non gratiam, neque gratiæ augmentum.

Lib. 6. aduerſus hæreſes. de Eucharistia error 4. & 8. Meſſaliam.

Meſſalianica. Cap. XV.

Epiphan. contra hæreſim 80. Auguſt. de hæreſib. cap. 57. Theodorit. li. 4. ca. 11. Tripart. li. 7. cap. 11. Damaſce. in catalogo. Nicephor. lib. 11. cap. 14.

MIrum verò errorem hũc in Meſſalianis nec Epiphanium nec Auguſtinum animaduertiſſe, ne hunc quidem illos nominaſſe, cùm hiſtoria Eccleſiaſtica huius ſectæ principes ſub Valentiniano & Valente Impp. ſcribat ab Eccleſiaſtica cõmunione palam ſeſe non ſeparauiſſe, dicentes, diuinũ illum cibum de quo Dominus ait, Qui manducat carnem meã, & bibit ſanguinem meũ, viuit in æternum, nec prodeſſe cuiquã, nec obeſſe. Verùm morbũ hunc animo celantes, redargutos impudenter negauiſſe. Deprehenſos autem & cõuictos venenum ſuum vicinis aſpergere, ab Epiſcopis Catholicis vt lupos ab ouibus ſegregatos, monaſteriis eorum, in quæ labes hæc præſertim ſerpſerat, incẽſis, quaſi latronum, vt erant, ſpeluncis. Quorum tamen cõtagio ſic aliunde abacta, vt hæreſeon more, aliò atq; aliò progreſſa ſit. Vt ad Armenos redeã, ſiue Euchariſtiæ ij ſubſtantiam, quod ait Guido, ſiue efficaciam tantùm cum Meſſalianis oppugnarint, multùm abfuerunt vt adorarent. Eos ergo ſuperiore ſeculo ad finem Synodi Florentinæ, ſic docebat Eugenius IIII. huius ſacramenti effectus, quem in anima dignè ſumentis operatur, eſt hominis ad Chriſtum adunatio. Et quoniã per gratiam homo Chriſto incorporatus, eiúſque mem-

Ioan. 6.

Tom. 3. Cõciliorum. Euchariſtiæ effectꝰ.

bris vnitur: consequens est, vt per hoc sacramẽtum indignè sumentibus gratia augeatur, omnémque effectum, quem cibus potúsque materialis quoad vitam agũt corporalem, sustentando, augendo, reparando, delectando, Eucharistia quoad vitam operetur spiritalem, vt in qua pergratam Saluatoris nostri memoriam recensentes, à malo retrahamur, confortemur in bono, & ad gratiarum virtutúmque proficiamus incrementum, reali nimirum Saluatoris nobiscum in propria carnis & sanguinis substantia, sub alia licet forma & specie, præsentia.

Vrban. 4. in Clement. Si Dominũ. De Reliquiis & veneratione SS.

Saracenica, & Mahumetica.

CAP. XVI.

AT Verò propius verum est quod superiore opusculo contra Græcos, Armenos, & Sarracenos, communiter inscripto, Aquinas tale nihil prioribus imponẽs, posterioribus ad Cãtorem Antiochenum sic respõdet, Hæc sunt, quæ, vt tu asseris, ab infidelibus impugnantur atque irridentur. Saraceni enim, vt dicis, cùm alia multa irrident, tum etiam illud improperant Christianis, quòd in altari Deum suum comedũt: quódq; Christi corpus, si esset ita magnũ sicut mons, iamiam esse consumptũ deberet. Hæc ille. Audis, Catholice, superiora Berengarij conuitia, vt nihil referat vtri. Hæc ab vtris didicerint. Sed quàm vanè infideles hoc sacramentum irrideant, quibus & etiam parum in Christiana religione instructus perfacile possit attendere. Non enim dicimus Christi corpus in partes dilacerari, & sic diuisum à fidelibus sub sacramẽto sumi, vt oporteat illud quandoque deficere, etiam si montis, vt dicunt, haberet magnitudinem, sed per panis in ipsum conuersionem, ipsum in sacramento esse, & à fidelibus manducari. Ex quo ergo non diuiditur, sed aliquid in ipsum conuertitur, nulla necessitas est, vt per fidelium manducationem, quantitati eius aliquid subtrahatur: Sic autem diuina nobis proponi, vt ad nos sub rerum visibilium tegumẽto deueniãt. Christi ergo corpus & sanguis, vt spiritalis & diuina (prout est) haberetur refectio, non

Opuscul. 6. cap. 1. & 8. Saraceni irrident Christianos Domini comedentes.

Corpus Domini in vsu nõ lacerari, cõsumi, &c.

quasi communis cibus & potus, sub specie panis & vini sumitur, ne sit horribile carnem humanam & sanguinem (sub propria vtique specie) sumere, comedere, ac bibere. Cùm autem hæc tum conuersio sine immutatione, quæ sensui modò appareat (nam nihil secundum sensum immutatur) tum sumptio sine consumptione, fiat per Dei omnipotentiam. Si quis hanc infidelium non confitetur, cõtra talem hîc minimè disputamus, sed contra Saracenos & alios qui Deum omnipotentem confitentur. Hæc Aquinas. Et verò in Saracenis id constat, quod hodieque videmus & experimur, sectarios sectarum autoribus, & hæreticos hæresiarchis deteriores esse, iuxta, imò supra prouerbium, malorum coruorum oua, non iam æquè mala, sed multo peiora.

Mahumetica, Cap. XVII.

Mahumetis Eucharistiã ceueritus.

MVltò enim reuerentius Eucharistiam tractauit Mahumetes, quantuslibet tamen impostor, & Antichristi præcursor, adeoque Antichristus, quàm non hi modò Mahumetistæ Saraceni, sed & quotquot hactenus recensuimus, ac etiamnum recensuri sumus, qui eius aut substantiæ, aut efficaciæ, aut adorationi, aut simul his omnibus, vt hæc omnia iuncta sunt, aduersati sunt, aut hodieque aduersantur. Nam nec eam aboleuit omnino, sed in Deum de cœlis autorem retulit. Etsi enim negaret in ea esse mortis Domini recordationem, vt quem is mortuum esse negauerit, tantam tamen in ea esse vim scriptum reliquit, vt confirmentur in fide ac bonis operibus, quotquot de ea gustant: & contrà, sine remedio damnatos esse, qui postquam de ea comederunt, impij facti sunt. Locus extat in hora Elmeideh, id est cap. mensæ. in Medina scripto, ita, Dixerunt Apostoli, O Iesu fili Mariæ, nunquid obediemus Domino, qui misit ad te de cœlo mensam, siue cœnam? Dixit, Timete Deum, si vos estis fideles. Dixerunt, Videtur nobis quòd si comedamus ex ea, confirmabuntur corda nostra, & sciemus quòd iam erimus confirmati, certi & pro ea testis

Gabr. Prateol. In catalogo sectarium li. 11.

Gul. Postel. de orbis concordia. li. 2.

seu martyres. Dixit Iesus Mariæ filius, Deus Dominus noster, Mitte nobis cœnam seu mensam de cœlo, quæ sit nobis & posteris nostris firmamentum, & in miraculum abs te, & dita nos, quoniam tu es diuitum optimus. Ecce ego mitto eam ad vos, & qui ex vobis impius post illam fuerit, vlciscar eum, vt vnicum & inauditum omnibus seculis & gentibus supplicium. Hæc Mahumetes de Cœna, siue mensa Dominica, quam ideo ait à Deo impetratam, vt Christo, iuxta eum non Deo, eam adimat, cùm in ea reuera sit ipsum Christi corpus diuinitatis & humanitatis compos, quod ideo non poterat negare diuinum, nam miracula præsentiæ diuinitatis in eo mortis Domini sacramento crebra visa (addo etiam inuisa seu inuisibilia) prisci etiam doctores agnouerunt. Sic nouus loci huius interpres, penes quem sit fides, vt linguarum peregrinarum valde peritum, & regium earum olim professionem. Alioqui nihil tale in Azoara 4. aut 5. adeoque Alcorano toto iuxta veterem ante annos plus 400. versionem, opera Petri Venerabilis abbatis Cluniacensis, occurrit. Nihilo plus super hoc sacramento apud Ricoldum, De turre cremata, Cusanum, Rickelium, aut alios, quos equidem viderim, Alcoranum impugnantes.

Miracula Eucharistica.

Scotica. Cap. XVIII.

SEd hoc omisso, eiusque discipulis præceptore peioribus Saracenis, redeo ad nostrates, imò iam non nostros, sed ex quondam nostris factos alienos, quique facti tales & inueterati, Deum, vel deos potius seculi alienos, in matrem olim suam insurrexerunt, eius filiorum labores diripuerunt, & reliquerunt alienis suas non iam diuitias, sed sectas, & quisquilias. Libera nos Domine, de manu filiorum alienorum eiusmodi. Talem non ita nuper, hoc est, suum facere conabantur, qui in fac causa schisma fecerunt, Ioannem Scotum, non illum qui Dives vocatur, titulo doctoris subtilis, sed multò anteriorem, hominem græcè non mediocriter doctum, cuius olim haberetur de

1. *Ioan.* 2. *Psal.* 17. 48 53. 108. 143

Oecolãp. li. 3. Epistol. in dialogo. Vadian. lib. 3. Aphorismo. Ioann. Scoli piures.

Euchariſtia liber, quo palam cùm ex Dionyſio, tum ex Auguſtino, quid ſuper ea ſentiret, docebat, auditor Bedæ, tempore Caroli Magni, apud quem fuiſſe in precio ſcribit Tritemius, Albini collegam, monachum Benedictiuũ, de Britannia profectum in Galliam, virum in ſcripturis doctiſſimum, & plurium opuſculorum autorem, ſed cuius nihil tale ad eius venerit notitiam. Eum Criniti honeſta diſciplina paulò poſteriorem facit, ſub Francorum nempe Rege Carolo Caluo Magni nepote, cuius is mandato, vel magis rogatu, Dionyſij Areopagitæ libros latinitate donauit, cui etiam primæuam huius ſacratiſſimi patris tranſlationem, nonnullis Scoto Sententiario eam falſò aſcribentibus, Ioannes Cono Norimentanus acceptam ferendam epiſtola quadam ſcripſit ante ſchiſma hoc natum, anno videlicet 1512. addens eum Athenis græcè didiciſſe de re autem ſacramentaria horum nemo ne gry quidem, imò prior eum facit notum fere omnibus egregia eruditione, clariſſimoque ingenio, qui græcas literas temporibus illis magna ex parte amiſſas calluerit, omnem denique Chriſtianæ theologiæ diſciplinam maximo ſtudio coluerit. Renarrat Gaguinus, ex quo & Annalibus Gallicis ferunt hunc in Britanniam reuerſum, à diſcipulis quos erudiret, exemplo D. Caſſiani, coniuratis, confeſſum graphiis, & ſæuiſſimè interemptum, Idem refert de geſtis Scotorum vernaculus eorum hiſtoricus, Ioannes Maior, Pariſienſis Theologus. Cuius ſepulcrum in Malmeſberenſi monaſterio ad magni altaris ſiniſtrum latus ſitum, hoc ait epitaphio notari,

Lib. 24. ca. 11. Ex Platina in Irene. 4 & Ioan. 9.

Coloniæ 1537. cũ operib. Grego. Nyſſen.

Lib. 5. & Ioannus in elogiis doctorũ.

Lib. 3. c. 2. & li. 2. c. 13.

Clauditur hoc tumulo ſanctus, ſapienſque Ioannes,
Qui ditatus erat, iam viuens dogmate miro.

Quem idem non ortis in Anglia vellis, vt Gaguinus cauſatur, ſed Carolo Magno ad Achaium Scotorum regem pro eruditis viris mittente, in Franciam cum aliis miſſum, ſcientiam vænalem proclamaſſe ſcribit. Certè inter profeſſores illos vnum Gaguinus Ioannem nominat, neſcio an ſui pòſt oblitus, an verò plures eius tum cognomines fuerint. Sed cùm veterum, quod equidem legerim, aut etiam recentiorum, tot ſint licet hæretico-

rum catalogi & nomenclatores, hoc eum nemo nomine condemnauerit, nec ego illum condemnauero, vnum presertim ex primis Lutetianæ nostræ academiæ fundatoribus, Quærat testem sibi & autorem Oecolampadius, Vadianus, & quisquis suo illum de Eucharistia dogmati nouo affinem facit. Debuerant vel ipsius librum, vel historiæ autorem allegare: Centuria Magdeburgica LXI. de immaculatis ad mysteriis. De corpore & sanguine Domini scripsisse scribit, præterea nihil. Quanquam non desunt, qui ex vno Lanfranci verbulo, quo ait. Berengarium, intellecto quòd Ioānem, Scotum extolleret, damnatum etiam hunc cum illo in Concilio Vercellensi volunt, quòd vterque communi de Eucharistia fidei aduersa sentiret, & ex huius ille scriptis opinionis suæ seminaria hausisse affirmaret: illum denique cùm sua in auditorio publicè proponeret, ab auditoribus primò excæcatum, & pòst, vti diximus, confixum. Et sic eius doctrinam vt inusitatam, fanaticam, cumque sancta & antiqua fide pugnantem, tunc repressam, non receptam. *Cap.* 10.

Bertramica. Cap. XIX.

SCripsit eadem ætate ad Carolum Regem Imperatoris Lotharij fratrem Bertramus presbyter & monachus, multis nominibus Tritemio in literis sacris & profanis commendatus. Verùm qui eius nomine & hoc titulo liber hoc tandem schismate in lucem emersit, vt sit eorum iudicio, quorum fauere videtur errori, non modò eruditus, sed etiam pius, legentis mentem, & causam hanc magis implicat quàm explicat, multa multorum patrum piè sanè dicta sic concinnans, vt modò catholicæ filius, modò filius esse videatur alienus. Ecquis enim catholicum non putaret sic scribentem? Non, ait, putamus vllum fidelium dubitare panem illum fuisse Christi corpus effectum, quod discipulis donans, dicit, hoc est corpus meum, & cæt. Sed neque calicem dubitare sanguinem Christi, de quo idem ait, Hic est calix in sanguine meo, & cætera. Et in persona Domini, *In catalogo scriptorũ, et chronico Hirsangicensi.* *In Berunge Abbati 2. negat ad se peruenisse hunc librũ. Vadiã. li. 6. Cap. 5.*

Tunc intelligetis, quòd non ſicut infideles arbitrantur, carnem meam corporaliter particulatim ſiue per partes concidendam, diſtribuendam, comedendam, ſed verè per myſterium, panem & vinum in corporis & ſanguinis mei conuerſam ſubſtantiam à credentibus ſumendum. Et paulò antè, qui nunc in Eccleſia omnipotenti virtute panem & vinum in ſui corporis carnem & proprij cruoris vndam ſpiritualiter conuertit (audis *Spiritualiter*, vt antè *per myſterium*) ſequitur, ipſe tunc Manna de cœlo datum, corpus ſuum, & aquam de petra profuſam, proprium ſanguinem inuiſibiliter operatus eſt. Et paulò pòſt, Sicut paulò antequam pateretur, panis ſubſtãtiam & vini creaturam conuertere potuit in proprium corpus paulò pòſt paſſurum, & in ſuum ſanguinem paulò pòſt fundendum, ſic etiam in deſerto Manna & aquam de petra, in ſuam carnem & ſanguinem conuertere præualuit. En æquat Euchariſtiæ Mannam! Et cùm aliquoties ſcribat in hoc ſacramento ſecundum inuiſibilem ſubſtãtiam, id eſt, vt ipſemet exponit, diuini potentia verbi, Chriſti corpus & ſanguinem verum verè dici, eſſe, exiſtere, ſui velut diſſimilis, opere penè toto in Euchariſtia nihil aliud agnoſcit, quàm panis & vini ſubſtantiam, figuram modò, ſimilitudinem, ſpeciem & imaginem, nomen & appellationem corporis & ſanguinis Domini gerant, in ſacramento myſticè tantùm & ſpiritualiter, non verè & realiter exiſtentium, & nec veram in ea realemque Chriſti carnem pro nobis olim crucifixum, nec verum illum ſanguinem pro nobis effuſum, ſed ſanguinem myſticum, & carnem ſpiritualem & typicam, non in veritate, ſed in figura propoſitam, vt Bertramum, ſiue quis alius fuerit autor eius operis quod ſub illius nomine fertur, alij callidum fuiſſe ac impudentem hæreticum, os durum & camo comprimendum reſponderint: alij inter libros falſò catholicis impoſitos, & gratioſo patrum titulo inuulgatos reiecerint. Et meritò ſanè, cùm verus, vt ita loquar, ille Bertramus, totos annos ſeptingentos nec à quoquam vel hæreſeos fuerit inſimulatus, vel reprehenſus, quaſi malè ſcripſerit, ſed in catalogum ſcriptorum Eccleſiaſticorum relatus, vt vir non minus vita quàm

Manna.

De his vocabulis quo ſenſu à catholicis vſurpentur, antè dictum. ca. 5. & 10.

Fr. Sixtus Senen. in præfatione bibliothecæ ſanctæ Anno 1566. attribuit Oecolampadio.

quàm doctrina, ingenio & eloquio insignis. Et, quod non leue est supposititij partus argumentũ, huius in controuersia Berengariana Catholici seculo Bertramo tantò propiores non meminerunt, minimè, opinor, tacituri, si iam tum liber hic extitisset adeò Berengarianus. Valeat ergo pseudobertramus. Certè cùm partus hic distinguat inter Christi corpus in cœna exhibitum acceptumque, & corpus de Virgine natum, crucifixum, &c. Cùm negat Eucharistiæ panem non aliter esse corpus Christi, quàm populi credentis seu Ecclesiæ, hoc est, figuratè & significatiuè. Denique cum suum scriptum sic concludat, Hæc si probaueritis catholicè dicta, fidei vestræ meritis deputate: Sin minus placuerint, id nostræ deputetur insipientiæ, quæ quod optauit, minus efficaciter explicare potuit, Indicat, quisquis fuit, suam doctrinam tunc in Ecclesia non fuisse receptam, nec vsitatam. Proinde præstabat institutionis Dominicæ verba, quorum, quia ea videbat sibi obstare, non multam fecit mentionem, simpliciter credere, nec quomodò factum sit, sed tenere quod factum sit, & Christi hîc tum præsentiam, tum potentiam venerari.

Berengariana. 42.

SEd vt incertum sit quod de Scoto & Bertramo sub Carlingis principibus circunfertur, omnes propemodùm hodiernæ de re Sacramentaria pugnæ autorem faciunt Berengarium, annis pòst plus minus CC. post Christum plus M. Neque negant sacramentarij suũ, hominem, vt aiunt, doctum & sanctum, etiamsi horum quidam, quòd & in aliis errasset, in pædobaptismo scilicet & coniugio, eius hîc causam potius, quàm personam discusserint. Sed quoniam super eo aliter Lutherani, aliter Zuingliani scripserunt, aliter etiam moderni catholici, malim id resciri ex scriptoribus ante Lutherismum & Zuinglianismum, nec tam iis qui se Berẽgario obiecerũt eius contemporanei, quàm historicis, qui videntur eius nec amore, nec odio ducti, scripsisse. De hoc ergo paucis,

Vadiã. li. 2. & 5. Occolãpad. lib. 3. epistol. Kemnitius in repetitione ca. 31. paragrapho 12

*An.*1050. *Time ad.*9. *lib.*3. Francia,inquit Sigebertus, turbatur per Berengariũ asserentẽ Euchariſtiã,quã in altari ſumimus, non eſſe reuera corpus & ſanguinẽ Chriſti,ſed figurã corporis & ſanguinis Chriſti. Et ſuperiore proximo ſeculo Sabellicus, ita, Berengarius ſuũ errorem faſſus,veniã impetrauit,& confeſſionis formę initiũ tantũ citat. Paulò pluribus Iacobus Philippus Bergomas,Berẽgarius, ait, doctor natione Gallus, patria Turonenſis,archidiaconus Andeganenſis,diu apud multos ſanctitate doctrinaque clarus, ob doctrinæ ſuæ amplitudinem primò confuſus,in Euchariſtiæ ſacramento turpiter errauit, & multorum animos ſuo errore infecit.Sed diuina pòſt illuſtratus gratia,multorũ doctiſſimis monitis & ſcriptis improbatus, errorem publicè in Concilio humiliter emendauit:emẽdatus Sophiſticę ſtudio ſtatim omiſſo,ſua pauperibus erogauit,reliquumque vitæ tempus ſanctiſſimè exegit. Ex Platina,qui addit,manuũ labore victũ ſibi quæſiuiſſe. Cùm ergo arbitraretur in ſacramẽto Euchariſtię verum integrumq; Chriſti corpus & ſanguinẽ,niſi vt in ſigno & figura,myſteriovè non eſſe,hunc hęreſeos autorẽ damnauit in Concilio Vercellenſi Leo IX. ſed damnauit magis quã emẽdauit, vt tota magis laus fuerit Nicolai II. qui Laterani poſtremò Berengariũ ab hoc errore reuocauerit. Omiſit ſcriptor hic Victorem II. Leonis ſucceſſorẽ,idem Turonis in Cõcilio per legatum tentauiſſe. Nec tacẽt Annales noſtri Henrici I. tempore errorẽ de Euchariſtia excitatum, vbi non verum Chriſti corpus , ſed exẽplar quoddam ineſſe diceret Berẽgarius,à quo poſteà reſipiſcens ſententiã mutauerit. Viderint verò qui doctũ ſanctumq; virum fuiſſe credide runt. Guitmũdus certè eius æqualis, epiſcopus Auerſanus hominẽ parum eruditũ fuiſſe teſtatur , dialecticis modò captiunculis deditũ,& vanę mundi glorię captatorẽ,animo elatum,conuiciatorẽ inuictum. Qui põtificẽ alioqui ſanctiſſimũ,quòd ſe dãnauiſſet, pompificẽ, pulpificemq; appellaret. Adeoq; non melius de aliis quoq: ſacramẽtis ſentiret,vt eius etiã dogma ſecuti noſtro ſeculo, eũ parũ candidè,nedum valde incõſtanter inceſſiſſe agnouerint, toties vtiq; confeſſum,& relapſum,vt modò abſens;modò præſens dãnatus & conuictus, & ad vomitẽ reuerſus,

Et ſupplementũ chronicor. ad annum Domini 1049.

*In Ioã.*xv.

*Guagu.li.*5

*Ioan. Roff. In Oecolãpad.li.*3.*c.*2

*B.ex Guitmundo.li.*1.

nec ex animo egisse videatur, nec à sua sententia discessisse: verùm quę vt antagonistæ, concilia, pōtifices confutauerunt magis quàm correxerunt, veritatis tandē vis inuicta, & vniuersalis de hoc sacramento consensus euicit, vt moriētis verba hæc fuisse extrema ferātur, Nos sanè credimus post benedictionē Ecclesiasticā mysteria illa verū esse corpus & sanguinē Saluatoris, adducti veteris Ecclesiæ autoritate, vt comperi fragmentū Gulielmi monachi & Bibliothecarij Malinesberiensis, de hestis Anglorum, seorsim cū Antiberengarianis non ita nuper impressum, cuius reliquū apud me non extat. Additur ibidē ex actis Concilij Romæ sub Grego. VII. habiti, palinodia istius postrema, paulò alia quā ex Gratiano citari solita, Panē scilicet & vinum, quæ in altari ponuntur, per mysterium sacræ orationis, & verba nostri redemptoris substantialiter conuerti in veram ac propriam & viuificatricem carnem & sanguinem Domini, & post consecrationem verum esse Christi corpus natum de virgine, &c. & verum sanguinem fusum de latere: non tantùm per signum & virtutem sacramenti, sed ētiam in proprietate naturæ & veritate substantiæ. Et tunc ei præceptum nunquam de hoc vltrà cum quoquam disputare, aut quenquam docere, nisi eos ad hanc fidem reducendi causa, qui ab ea per eius doctrinam recesserant. Quòd si verè tradidit Anglus ille, hunc, planè licet sententiam correxerit, quotquot tamen ex totis terris deprauauerat, conuertere nequiuisse. Idque verentem recordantemque quot miseros adolescēs primo erroris calore secta infecisset, moribundum Epiphaniorū die, lōgo gemita dixisse. Hodie in die apparitionis suæ, apparebit mihi Dominus mens Iesus, propter pęnitentiā, vti spero, ad gloriā, vel propter alios, vti timeo, ad pœnam, exemplū est terribile, quàm periculosum sit alios docēdo seducere, quos reducere nequeas, quia peccatum fortassis te grauabit alienū, cùm defetum fuerit tuum. Certè multùm abfuit ab historiæ notitia, qui Berēgarium sub Leone papa à Lanfranco disputante confusum, sic errorem reuocasse scripsit, vt posteà nunquam relapsus sit, ideoque inter hæreticos non reponi, sed quia doctrina eius hæretica fuerit, seu quòd senten-

Louanij 1551. post Guitmundum.

De cōs. dist. 2. ca. ego Berengarius. In tom. 1. concilio. Beringarino. Consecratio prece & verbo.

Alphontus de castro. li. 1. cap. 9. aduersus hæres. In Berardū Lutzemburgū.

tiam aliquando tenuerit hęreticam. Quid autem cùm librum inscripseris hæreticorum catalogum, te coëgit eorum illum ordini inserere, quem fatearis sic ab errore discessisse, vt ad eum nũquam redierit? aut qui semel hæresi alicui adhæserit, hac nominis ratione in eundẽ cum aliis qui pertináciter suos errores tutati sunt, alueum corriuare? Illud permirum tunc lẽuitatis Ecclesiasticæ exẽplum, hunc in tam abominandum errorem reuolutum licet, adeò non fuisse occisum, vt nec archidiaconi dignitas ei legatur adempta. Resipuerit igitur tandem aliquando verè ac non simulanter, & an post vel vltimam recantationem in recta fide permanserit, nec ne non satis clarè constat, &

Ioan. Garetius. In præfatione editionis Paris. 1562. Sed aliter in eodẽ. Classe I. in Antuerpiana 1563. Cẽturia XI. ex Gulielmo Malmesber. vt supra.

Rara fides ideo quia multi multa loquuntur.

At doctrina eius hæretica fuit habita, non iudicio tantùm Romanæ tunc Ecclesiæ, vt à quatuor Romæ episcopis, & totidem, imò quinque Conciliis damnatam omnes illius ætatis viri sancti detestati sunt, autorem etiam Fulbertus episcopus Carnotensis vir sanctissimus, eodem qui suprà Anglo teste, moriens, se cum aliis inuisentem nec aspectu dignatus sit, protestatus immanem prope illum dæmonem assistere, qui multos ad eum sequendum blandiente manu & anhelitu illice corrumperet. Tantùm abest vt eius super Berẽgario siue enconiis siue apotheosis author esse potuerit hic Fulbertus quam centuria Flaciana XI. renuorat, cuius alij Hildebertum Cenomanensem poëtam faciunt. Huius initium.

Cap. II.

Quem modo miratur, semper mirabitur orbis,

Ille Berengarius, non obiturus obit, &c. Quem tamen centuriones isti hæreticis adscripserunt. Ad longus est catalogus eorum qui hominem tunc oppugnauerunt. Nocis tamen, Romanæ tantùm Ecclesiæ iudicio hæreticus fuit, sed etiam Lutheranæ, vt in qua alius scribit Berengarianos ab Augustino en errore Capernaitarũ hærentes hęreseos nomine notatos, ceu murmurantes contra Dominum dicentem, Sumite, odite, hoc est corpus meum, vt illi eidem obmurmurauerant dicenti, nisi ederitis carnem filij hominis, &c. nec aliter quàm illi, imagi-

Vestphalus in collectaneis. Idẽ & Petr. Leuinus apud Ioan. Vtenhouũ ca. 7. & an. 1560.

nantes,& obiicientes physicam & carnalem prorsus corporis Domini manducationem. Berẽgarium ausum fuisse contradicere veritati manifestæ, magistri sui placitis subscribere sacramentarios, iisdem permotos magis rationibus, quàm euangelica autoritate, & consensu veteris Ecclesiæ. Sacramentariam hanc doctrinam (præ catholica & Apostolica) nonam esse ac nuperam, per Berengarium primùm excitatam, multis propterea damnatam Conciliis, deinde nostro seculo per Zuinglium renouatam, contra quam & olim & nuuc pronunciatum sit in comitiis Augustæ: hæc repudient licet, & sannis amaris excipiant, vt & vetera, si à nobis allegentur Concilia in quibus Berengarius cum suis damnatus sit. Ex cuius etiam morte, supremisque verbis, exemplo miserabili ostendit alius, quanto cum periculo ludatur fingendis opinionibus in hoc negotio. Hæc de Berengario Lutherani. Sed cùm tam multorum error in hoc profecerit, vt in tanti mysterij cognitionem tum erudita, tum confirmata sit Ecclesia, nulli fortasse plus debet, quàm Berengario, imò non Berengario, sed Christi sapientię, qui malitiam hominum vertit in bonum sponsæ suæ, Tot & talium virorum calamos excitauit impudens error Berengarij. Eum vtinam qui hodie secuti sunt errantem, sequantur & pœnitentem, & horum etiam error, Ecclesiæ cedat fœliciter. Quod vt propicio Deo fiat, age colligamus, vel potius more nostro recolligamus, regulas aliquot, ad locorum, quibus hodieque post maiores suos aduersarij abuti pergunt, explicationem perutiles. Tria in Eucharistiæ sacramento notauerunt obseruanda Antiberengariani, hoc est, tunc temporis catholici, Vnum, quod signum est, & non res, panis viníque scilicet species & forma visibilis, duo significans, siue duplex Christi corpus, verum videlicet, siue naturale, verum animæ cibum: & mysticum, Ecclesiæ vnitatem, sic ex multis fidelibus collectam, vt ex multis elementa illa grauis constant & acinis. Alterum, quod res & signum est, corpus idem & sanguis Domini, res eadem illa de Virgine quondam sumpta, & ad Patrem in cœlos assumpta, signum hîc, quod vt ipsum ex multis membris puris-

Kemnitius vbi suprà.

Eras. præfatione in D. Algerum.

Sixtus in Bibliotheca li. 6. ca. 196 & 289.

Regulæ, seu claues causæ sacramentaria.

simis constat & immaculatis, sic mysticum Ecclesiæ glorioſæ corpus ex multis ceu membris Christi fidelibus, fide purificatis, Tertium, res & non signum est, Ecclesiæ ipsius vnitas in hominibus vocatis, iustificatis, &c. Secunda regula docet duplicem corporis & sanguinis Domini-
II. ci esum potumque, & vtrunque verum, Sacramentalem, quo ea, non quo alias vsitato edendi more carnes primùm in frustra, dissectas dentibus comminuimus, & ad corporis alimoniam in stomachum demittimus, sed mystico ritu sub visibilibus elementis inuisibilia ad animæ, vel potius totius hominis alimẽtum spiritualia sumimus Et spiritualem, quo non eas modo res, sed earum quoq; fructũ, effectum, virtutem, & merita suscipimus, de quo Christus, Spiritus est qui viuificat, vt de priore cõtrà sine
Ioan.6. hoc, Cato non prodest. Tertia indicat geminam Christi,
III. quà hominis, prẽsentiam, conspicuã vnam seu visibilem,
Bar.3. qua olim iuxta prophetam, in terris visus est, & cũ homi-
Hebr.9. nibus conuersatus, ac etiamnũ iuxta Apostolum, pro no-
Matt.28. bis Dei vultui assistit, & apparet. Alteram inuisibilẽ, qua
1.Cor.11. hîc nobiscũ est, inuisibiliter quidem, verè tamen, donec
Matt.26. redeat & apparear, vt quondam, iuxta illud, Tunc vide-
Apoc.1. bitis filium hominis, Et, videbit eum omnis oculus. Iuxta primam regulam respondemus obiicientibus, Euchari stiam signum esse, aut quicquid huiusmodi nominũ apud veteres occurrit. Imò iam respõdit, quem quidã Scoti & Bertrami se oppoſuisse corruptelis aiunt, Paschasius, quia sacramentũ est, nõ possumus negare esse figurã, sic enim & locuta est antiquitas: sed rerum absentiũ, vt olim erant Manna & Petra, esse figuram, hoc verò cum eadem antiquitate pernegamus, sed & vltra ac præter signa, verè adesse ac præsentia esse signata credimus. Iuxta eandem re-
Cõmunicatio Idiomatum. gulam, vt in incarnatione Dominica, ita in Eucharistia, ceu præcipuo eius sacramento, agnoscimus quandam idiomatum communicationem, qua per Synecdochen,
Synecdoche. quæ signis propriè conueniunt, & in species competunt, rebus interim attribuuntur, qualia sunt crudiora illa quæ videntur, atque crassiora, frangi, dentibus alteri, comminui,
Rom.6. pati, quorum tamen corpus Dominicum nihil per se patiatur, impassibile nimirum, vt immortale. Quibus ta-

men locutionibus non recantans tantùm Berẽgarius,sed toties quoque concionans Chryſoſtomus,aliique patres, nec ſemel,nec illibenter vſi ſunt. Iuxta eandem hanc & ſecundam regulam, negant interim patres malos Chriſti corpus ſacramenti rem recipere, ſpiritualiter nimirum,& rem,non quanlibet, ſed ſignificatam, non contentam, Eccleſiæ in prædeſtinatis, & cætera vnitatem, gratiam, remiſſionem peccatorum,cùm iidem eoſdem, hoc eſt malos,alibi aiant rem huius, contentam ſcilicet, non ſolùm ſignificatam, hoc eſt, veram Chriſti carnem nihilo verè minus ſumere,ſed eſſentia vtique, non ſalubri efficientia ſeu efficacia. Iuxta tertiam regulam tantus licet carnis Chriſti & ſanguinis hîc aſſertor & adorator, concionabatur nihil hîc Dominum ſenſibile nobis tradidiſſe,ſed in rebus ſenſibilibus omnia inſenſibilia. Et ſiquidem incorporeus, ait, eſſes, nuda tibi ea & incorporea tradidiſſet,quia verò anima corpori tua cõiuncta eſt, in ſenſibilibus intelligibilia hæc tibi præbet. Et nullo tamen medio ſubdit ea omnibus purè ſenſibus accipi, videri nimirum,tangi, & guſtari,manducari,bibi. Nonne ſibi pugnare videtur? Parum vtique attentis, & qui ſic in perſona Domini loquitur, Non hoc corpus quod videtis,manducaturi eſtis, & bibituri illum ſanguinem quem fuſuri ſunt qui me crucifigent. Sermone contra ad Neophytos,Hoc accipite, ait,in pane, quod pependit in cruce:hoc accipite in calice, quod fuſum eſt de Chriſti latere. Et ad Iudæos, Bibite ſanguinem quem fudiſtis. Quouſque liberent ſanguinem quem fuderant, deſperauerunt. Ipſum ſanguinem quem per inſaniam fuderunt,per gratiam biberunt. Fuderunt precium ſuum,vt biberent precium ſuum. Tanta Dei laudis & ſuę accuſationis auiditate conuerſi, vt qui primò ſanguinem Domini fuderunt ſæuientes, bibere diſcerent iam credentes. Donatus eſt reatus ſanguinis Chriſti, impertitus eſt potus ſanguinis Chriſti. Crede in eum quem occidiſti, bibe ſanguinem quem fudiſti. Quo igitur modo Auguſtinus antè Chriſti verbis negabat diſcipulos ſanguinem à Iudæis fundendum bibituros? an non pugnãtia manife-

Rom. 6. Lombar. 1. li. 4. diſt. 8. & 9. Chryſoſto. homil. 60. ad Antiochen. & 83. Matt. Auguſti. in Pſal. 98. De conſ. di. 2. ca. Non hoc, & ca. Acceſſerunt. In Ioan. tractati. 31 40. 45. 65. 140. Et in pſal. 93. 94 96. 134. Iudæi ſanguẽ biberunt, quem fuderunt. Ex eodem Auguſtino cõtra quinque genera hoſtiũ, citat Hugo Innocẽtius epiſcopus in epiſtola ad Berẽgariũ ſeniſcis ô Iudæi, occidi-

stis sanguinẽ Christi fudistis. *Quid facere nimis de belis, nisi vt credentes bibulis sãguinem quẽ fudistis. Non est quod horreatis. Fusus est sanguis medici et factũ est medic. amẽtũ Phrenetici.* *Alger. li. 1 cap. 9. 11.* *Lombard. lib. 4. di. 10* *Auguſt. in Ioan. tract. 30. & 50.* *De conſ. di. 2. can. Prima. c. hoc est. ca. Nos autem.* 11 *Guitmũdus lib. 1.* *Berengaria nor. ſecte quatuor* 111 *Impanatio.*

sta, hoc & non hoc, ipsum & non ipsum? Non est, aiunt dialectici, maior contradictio, quàm toti negationẽ propositioni vel proponere, vel præpositam auferre. Et nulla tamen reuera pugnantia, aut contradictio. Idem enim & non idem: idem quidem substãtia, sed non idem qualitate: idem identitate naturæ, non idem diuersitate formæ. Hoc idem ipsum tunc & nunc: sed tunc visibile, nũc autem inuisibile. Sacramentum enim tum suis commendabat, quod spiritualiter intellectũ eos viuificaret, quod etsi necesse est visibiliter celebrari, inuisibiliter tamen oportet intelligi. Denique sic vno loco sursum corpus id oportet in cœlo esse visibiliter in humana forma, & hîc inuisibiliter sub panis & vini forma. Quo se modo cùm exposuerit, & eum secuti medię post eũ ætatis scriptores: mirum est hodie nouatores, ei tantùm alioqui deferentes, non agnoscere Domini corpus nisi visibile, cùm inuisibile toties is agnoscat, & modò sacramentum hoc constare visibili elementorum specie, & inuisibili Domini nostri Iesu carne & sanguine, modò Christianos sub panis & vini specie quam vident, res inuisibiles, id est, carnem Christi & sanguinem honorare scribat. Qui sic distinxerit his regulis & clauibus vsus, non habet cur sibi timeat à falsis Bertramis, & veris Berengariis. Et hi enim more schismaticorum solito, in plures sectas abierunt, conueniẽtes quidem in hoc omnes panem hîc & vinum minimè mutari, sed & multùm in hoc differentes, Alius nichil omnino de corpore Christi & sanguine sacramentis his inesse, sed vmbra tantùm hæc & figuras esse dicentibus. Aliis, vt quasi aliquomodo nobiscum esse viderentur, corpus Christi & sanguinem ibi reuera quidem, sed latenter contineri, vtque sumi possint quodammodo, vt ita dixerim, impanari iuuinari, Qui sic rectis Ecclesiæ rationibus cederent, vt tamen à stultitia non recederent, Et hanc fuisse subtiliorem Berengarii sententiam. Alii non iam Berengariani, sed acerrimè Berengario resistentes, eius argumentis, & quibusdam Domini verbis suboffensi putabant panem & vinum, ex parte mutari, & ex parte remanere. Aliis irrationabilem istorum sensum horrentibus, sed eadem Domini verba, quibus isti mouebã-

tur minus intelligentibus, videbatur ea quidem ex toto mutari, sed indignis ad communicandum carnem Christi & sanguinem accedentibus, hæc iterum in panem & vinum reuerti. Hos cum principe suo sectarios confutauerunt tum plures, omnium maximè Laufrancus ex monacho Cadomensi Cantuariensis Archiepiscopus, Guilmundus Auersamus Episcopus, Algerus ex canonico & magistro Leodiense monachus & presbyter Cluniacensis puræ & deuotæ conuersationis. Qui omnes de veritate corporis & sanguinis Christi, quæ sacramentorum velamine teguntur, disseruerunt, Primus bene plenè, perfectè, secundus melius, plenius, perfectius. Vltimus, optime pleniſsime, perfectiſsime, vt nihil lectori quamuis scrupuloso quęrendũ reliquerint. De quibus adhuc paulò pòst. Supputantur & ab aliis alii Antiberengariani: Guido abbas de S. Lefredo, Adelmãnus Brixiensis Episcopus. Hugo Lingonensis, Iuo Carnotensis, Lombardus Parisiensis, Hilbertus ex Genouanensi Auronensis. Multi preterea quos fama obscura recondit, Herigerus, Albericus, Rogerius Guitmundi collocutor, & qui apud hunc Leodiensis Episcopus ad Henricum I. Francorum regem, epistolam contra Berengarium scripsit, reum illum agens quod & legitima quoque coniugia, quod in ipso erat, destrueret, quasi sic feminia omnibus abuti liceret, & puerorum baptisma euerteret, quasi sic quassato eorum baptismate, iisdem postmodum impune baptisandis, Sed præcipua fuit hac eius audacia, & diabolo per eum militia, vt ablata ab his mysteriis Dominici corporis & sanguinis veritate, peccare volentes nulla reuerentia, nullus metus percipiendæ sacræ communionis ab vllo scelere reuocaret. Et hæc de Berengario ad nauseam vsque.

Petr. venerabil. lib. 1. Epist. 2. Antiberẽgariani.

Sigebert. Roſſensis lib. 4. præm. E.

Mulierum communio. Pædobaptiſmus, Anabaptiſmus.

Petrobruſsiana & Henriciana. Cap. XX.

ATque Berengario & Berengarianis deteriores Petrobrusſiani & Henriciani succesſerũt. Hi à Petro de Bruis, & neſcio quo poſt eũ Henrico, nominati, non solum veritatem corporis & sanguinis Domini quotidie &

Lib.1.Epi. 1.& 2.Forare siue cap.4.

continuè per sacramentum in Ecclesia oblatũ paulò pòst negauerũt,sed omnino illud nihil esse, neque Deo offerri debere decernerũt. Aduersum quos Petrus tunc Abbas Cluniacensis re vt cognomine venerabilis:Sic & prolixe & catholicè. Vt nihil vestra temeritas intemeratum relinquat,Iã ad ipsum crucifixum, post cruces eius exustas, & templorũ Dominum,post templa destructa, & baptismi largitorem,post baptismum negatum se ostendit,& non tantum quæ eius sunt, sed & ipsum Ecclesiæ suæ aufferre molitur. Negat Christi corpus & sanguinem diuini verbi virtute vel sacerdotum ministerio confici,totumque inane ac superuacuum esse, quicquid in altaris sacramento altaris ministri agere videtur,affirmat. Verba vestra,quæ ad nos peruenire potuerũt,hæc sunt, Nolite ô populi Episcopis,presbyteris,seu clero vos seducenti credere, qui sicut in multis, sic & in altaris officio vos desipiunt, vbi corpus Christi se cõficere, & vobis ad vestrarũ animarũ saluté se tradere mentiuntur,Corpus enim Christi semel à Christo in cœna ante passionem factum est, & semel, hoc est,tũc tantũ,discipulis datum,exinde nec ab aliquo confectum,nec alicui datum. Si hæresia hæc vestra Berẽgarianis limitibus contenta esset,quæ veritatem quidem corporis Christi, sed non sacramentum vel speciem aut figuram negabat,facile me huius capituli labore expedirem, & non dico ad antiquos & sanctos Ecclesiæ doctores,quos abiecistis,sed ad moderni tẽporis doctos & catholicos viros vos mitterẽ,si saltẽ vel hos nõ pro maiori auctoritate,sed pro tẽporis vicinitate,& domestica cognitione dignaremini legere,vel pateremini audire,horũ libri si à vobis legerentur,& lecti intelligerentur, vos verè à stulta pertinacia resipiscere cogerent,vt qui multos errantes reuocauerũt,dubios instruxerũt, fideles etiã in recte fidei regula confirmauerunt Hi libri vos & corrigere,& ad resipiscendum cogere possent, si nihil deterius Berengarianis hæreticis sentiretis. Sed quia errorem errore,hæresim hæresi,nequitiam nequitia superastis, non tantũ veritatẽ corporis & sanguinis Christi, sed & sacramentũ,speciem ac figurã negastis,& sic absque summi & veri Dei sacrificio,eius populũ esse cẽsetis. Ea propter vt nouus lãguor noua medela curandus, sic nouus error no

De quib.in fine cap.præceden.

Sic Erasmus nuper agnoscebat eorũ lectione confirmatã sententiam & auctam reuerẽtiam.

uo opere confutandus est, vt quod à magnis viris præteri
tũ, quia nec auditũ, quia nũc primùm sonuit, neque rema
neat indiscussum, Respõdet ergo vobis, ô hostes Dei, Ec-
clesia Dei, se neque absque sacrificio esse, nec illo suo sa-
crificio aliquid aliud quàm corpus & sanguinẽ sui redem
ptoris offerre, eũ vtique qui per spiritũ sanctũ semetipsũ
obtulit immaculatũ Deo, Agnũ qui tollit peccata mũdi, *Hebr 9.*
qui nec immolatus moritur, nec diuisus minuitur, nec co- *Ioan. 1.*
mestus cõsumitur, Offert ipsum pro seipsa, qui se obtulit
pro ipsa, & quod ille fecit semel moriendo, hoc illa facit
semper offerẽdo, &c. Hęc ille, & multo pluribus persequi
tur hãc de sacrificio controuersiã, de quo hîcobiter tãtũ,
vt qui adorationis, & quæ eius hic causa est, præsentia cã
tellis hic me circũscripsi. Paulò igitur pòst probat ex scri
pturis in Ecclesia esse Christi corpus & sanguinem, cõtra
stultissimũ hũc, vt vocat errorẽ. Audite, ait, Dominũ, non
me, & Christũ, non Christianũ, Audite, quem qui nõ au- *Deut. 18.*
dierit, exterminabitur, & nõ hominẽ tantũ, sed Deũ, dic *Act. 3. 7.*
Domine, Iesu, saluator, sacerdos noster, hostia nostra, res
põde aduersariis testamẽti tui, qui volũt rescindere quod
statuisti, eradicare quod plãtasti, destruere quod cõstitui-
sti, Dic, forsitã acquiescẽt tibi, qui Ecclesiæ tuæ resistunt:
verebũtur, faciẽ tuã qui tuis irreuerẽter ouiant: & si oues
tuæ sunt, vocẽ tuã audient. Ignosce mihi presumptuose *Ioan. 10.*
interroganti, sed tamẽ pro Ecclesia columba, sponsa tua,
quã hi violare conãtur: Zelanti, Planè hi redẽptorem te
negant, qui precium redemptionis humanæ, quod nobis,
& pro nobis dedisti, corpus, dico tuũ redẽptis auferre cõ-
tendũt, Volunt rursum vincire, solutũ olim à te nodũ ca-
ptiuitatis, tũ largitorẽ respuũt libertatis. Dic ergo Domi-
ne testator noui & æterni testamẽti, vtrũ testamentũ hoc
vnius diei, sicut isti dicunt, esse volueris, an potius æter-
num esse decreueris, audiãt isti non me, sed te, vt conuer- *Testamentũ*
tantur non ad me, sed ad te. Quid ergo? In vltima cœna, *æternum.*
quam cum discipulis suis, vetus pascha nouo commutãs, *Matt. 26.*
celebrasti: accepisti panẽ, gratias egisti, fregisti, dedisti dis- *Marc. 14.*
cipulis tuis. Sed quid dixisti? Accipite, hoc est corpus me- *Luc. 22.*
um. Similiter & calicem, postquam cœnasti dicẽs, hic est *1. Cor 11.*
sanguis meus, &c. Audistis? Nolite fieri simulacra, quæ *Psal. 113.*
oculos habent, & nõ vident, aures habent, & nõ audiunt, *134.*

Matt.17. *Marc.* *Luc.9.* *1.Cor.15.* *Corpus quid.*

nec à quolibet doctore, sed ab alio, de quo Pater clamãs præcipit, Ipsum audite, auditis eum dantem corpus, sed quod corpus? Sicut enim corpora celestia, terrestria, & quicquid hîc sensui subiacet corpus est. Vnde ne quis putaret animalis, aut hominis cuiusuis hoc esse corpus, ad excludendum omne aliud sensibile, vel insensibile corpus, postquam dixit, accipite, hoc est corpus, adiunxit, *meum*. Suum ergo, non alterius corpus discipulis dedit.

Concomitantia.

Rursus, ne cui fortè cogitatio subriperet, potuisse creare in manibus suis corpus, quod suum quidem esset, sed tamen quod ipse erat non esset, addidit, *Quod pro vobis tradetur*. Ac si diceret, nolite dubitare, hoc vel illud vobis fingere, aliud & aliud cogitare: quia hoc est corpus, non alterum, vel alterius, sed *meum*, non permutatum vel nouiter creatum, sed, *quod pro vobis tradetur*, crucifigetur,

Tradetur.

morietur, Sic & de calice, Hic est sanguis, non bouis aut arietis, non agni, aut cuiuslibet hominis, sed *meus*, non alius, vel noua creatione productus, *Sed qui pro vobis fundetur*, flagellis prouocatus, clauis extortus, lancea excussus. Quid ad demonstrandam corporis & sanguinis Dominici veritatem clarius, lucidius, manifestius? Nónne & longè ante passionem commendans magnificum & salutare *Sacramentum*, discipulis & Iudæis sæpe dicebat.

Fundetur. *Ioan. 6.ca. de Sacramento.*

Nisi manducaueritis carnem Filii hominis, & biberitis eius sanguinem, &c. Panis quem ego dabo, caro mea est, caro mea verè cibus, sanguis meus verè potus. Hoc quare? vt si nomine corporis circa diuersa corpora cogitando vagaris, audito carnis nomine ab innumera corporũ multiplicitate reuoceris. Rursum audite nomine Filij hominis, non alterius alicuius carnem existimes, nisi illius, qui cùm esset Dei Filius, singulari gratia, solitaria operatione, factus est hominis filius. Vnde quia tenacissime recolendum, vnicéque amplectendum est tantum tantæ misericordiæ opus: tacito sæpe nomine filii Dei, quod per se est, nomen filii hominis frequentat, quod pro nobis est. Idcirco vocat carnem, ne quodlibet corpus puteturidcirco filii hominis, ne alterius quàm sua (ipsius) æstimetur, &c. Et aliquantò pòst, Dicite porro cur idem sacrificium, hoc est, corpus & sanguinem cæteris inuidẽ-

Caro non quoduis corpus. *Filius Dei, Filius hominis.* *Secundus error.* *Corpus datum Apo-*

tes, discipulis qui cœnæ illi famosæ & vltimæ interfuerunt tantùm,& nunquam postea nisi tunc datum concedatis. Quod si differtis, vt nunc vsque distulistis, probo nec illis tantùm, nec tunc tantum hoc datum, sed fidelibus cunctis ad seculi vsque consummationem præparatum, Vt valde mirer, vnde opinio hæc innasci Euangelio credentibus potuerit, cum Christi verba huic nouæ hæresi contraria,sic ibi posita sint, vt si vel dubia vel obscura putantur, nulla eius eloquia,vel præcepta certa,vel perspicua esse videantur. Quid enim clarius aut certius dici potuit, contra eos qui corpus Christi & sanguinem per *Sacramentum* tunc tantùm facta datáve astruũt,quàm quod Christus postquam dixit Accipite, hoc est, &c. statim adiunxit, Hoc facite in meam commemorationem? Quomodo dici potest semel tantùm factum & præsentibus datum *Sacramentum*, cum nullum vel Apostolum excludẽs ,vel tempus excipiens,dixerit,hoc facite? Quomodo hæreticus dicere potest, Nolite hoc facere, cum Christus impleret,hoc facite? Hoc plane,non aliud,hoc idem quod accipitis ad edendum & bibendum, corpus scilicet meum & sanguinẽ,hoc,inquam,facite,&c. Quid vltra?hoc solum & breuissimum verbum multa & prolixissima erroris verba destruit, dum non solum dixit, accipite,edite,bibite,sed addidit, quod accipitis, editis,bibitis ,hoc facite. Si hoc ita est,falsum est,quod à vobis dicitur, tunc tantùm hoc *Sacramentum* à Christo datum, ab Apostolis susceptum,quia quod fecit,eos facere præcepit: quod eis distribuit, hoc eos aliis distribuere voluit, sed fortasse tunc tantùm præsentibus, & à Christo hæc audientibus,non aliis, hæc huius sacramenti conficiendi & dispensandi data est potestas. Quod si verum est,iisdem tantum præceptum, prædicate,docete, baptisate, Nec vlli, post eos hæc licuerunt. Eisdem enim hæc dicta iussáque sunt, quibus illud, hoc facite, & nihil in huiusmodi præceptis à Christo diferetum. Vnde quisquis post Apostolos prædicauit, docuit, baptisauit, quia nulli alij quam præsentibus tantum iussum à Domino fuit, male fecit, quia eius nec doctrina, nec baptismus, Christi fuit. Nam quod ab eo præceptum non est, con-

stolis, dandum & posteris.

Cœna famosa.

Hæresis noua.

Hoc facite.

Matt.28.

Marc.16.

*Rom.*10. ſtat,quia eius non eſt. Quomodo enim prædicabunt,niſi mittantur:baptiſabunt, niſi iniungatur ? Cum ergo nulla ſit in præceptis iſtis diſcretio à Domino facta , aut ſimul omnia præſentibus tantum iuſſa iniunctáque ſunt, ſequentibus excluſis,aut ſi his horum aliquid præceptum eſt,conſtat quod & totum iniunctum eſt. Igitur aut date hæc omnia ſolis præſentibus , & auferetis ſequentibus, cum altaris ſacramento ad baptiſmum & Euangelium, aut ſi ſequentibus hæc duo poſtrema conceſſeritis , neceſſario velitis,nolitis dabitis & illud primum,altaris ſcilicet ſacramentũ.Sed ad quid tam multa? Nunquid Paulus ei,de qua loquimur, cœnæ interfuit : aut quando diſcipulis dictum eſt,accipite,edite,bibite, hoc facite, præſens fuit? aut Corinthij denique tunc interfuerunt, & de Chriſti menſa eius corpus & ſanguinem acceperunt ? Et

Act. 9. hic tamen Apoſtolus poſt Domini aſcenſionem ad fi-
1.*Cor.*10. dem conuerſus , vtrumque conſecrat,& calici benedicit,
11. & panem frangit , & corporis Chriſti participationem, & illius benedictionem , ſanguinis communicationem vocat,& Corinthii, qui cœnæ de qua agimus,non interfuerunt, Chriſti tamen corpus & ſanguinem acceperunt. Quod ſi non tantùm de Apoſtolo & Corinthiis , ſed de vniuerſis auctoritatem Apoſtolicam vos conuincentem

Quicunq;. Probet ſe homo. audire,auſcultate. Quicunque ait, manducauerit, vel biberit,Non hic,vel ille,ſed *Quicunque*. Et,probet ſeipſum *Homo*, non tantum Corinthius, non Romanus,Græcus, ſed homo. Et quid aliud quàm omnis homo ? Quid vos ad iſta? Nã quod indefinitè poſuit, quid aliud quàm infinitum hominem oſtendit?non vnum hominẽ,ſed omnẽ hominem, quia in ſingulari hominis numero,pluralitatẽ intelligi voluit omniũ hominũ. Quod ſi ita eſt,imò quia ita eſt,error impius,non tantum mortuus,ſed etiã ſepultus eſt. Si enim conſtat hoc non de quolibet,ſed de omni homine à Paulo dictũ,falſum à vobis dicitur,de his tantùm qui cœnę Domini interfuerunt,hoc dictũ. Et verum eſt , hoc Apoſtolo docente , non hos tantùm de quibus conceditis,ſed quemcunq;,hoc eſt omnem hominẽ poſſe manducare panem Domini,&bibere calicem,hoc eſt, ſecundum eundem Apoſtolũ , Chriſti corpus & ſangui-

nem,falsum quod dicitis,hæc illos tantùm qui cœnæ Paschali interfuerũt,potuisse accipere. Et licet in hoc quod probatum est de omni homine,probatum sit & de omni tẽpore:audite tamen vtrum huius sacramenti conficiẽdi & sumendi potestas,illi tãtùm tempori, quo ea cœna celebrata est,data sit. Loquens enim idem de hoc sacramẽto, & fidem inde pariter & mores instruens, introducit Christum dicentem. Hoc facite,quotiescunque sumitis. I.M.C. Et subiungit Apostolus verba sua. Quotiescunq; manducabitis panẽ hunc & calicem bibetis, Quid ad hęc vos,qui dicitis semel tantùm hoc factum datúmq; sacramentum? Vos dicitis, semel tãtùm, Christus & Apostolus eius,non semel,non bis,ter,quater,centies, milies tantũ, sed, Quotiescũque. Multa diuersitas inter semel & Quotiescunque,hic numeri principium & singularitas,ibi numerus omnem numerum superãs,& multiplex infinitas. Cui credendum ? vobis an Christo? hominibus an Deo? veritati an mendacio? Audistis hoc corporis & sanguinis sacramentum, omni fideli homini absque numero datũ, audite omni præsenti tẽpore datum, Suffecerat Apostoli Dei ad confundendam destruendámq; nouam hæresim, quod dixeras Christum dixisse, Quotiescunq; &c.& eius verba sequendo subiunxeras, Quotiescunq; &c. mortem Domini annunciabitis, Sed quid adiũxisti? *Donec veniat.* Quis veniat? an fortè mors Domini? Nõ. Nam hoc & tu apertissime negas ita. Christus resurgens ex mortuis iam non moritur. Quis ergo veniat? Certe ipse Dominus, quẽ nominaueras dicendo, Mortem Domini annunciabitis. Sed quando veniat? Quando, nisi quando venturus est iudicare viuos & mortuos, & ipse prædixit, & Ecclesia credidit? Sed & hoc quando? Quando iuxta quod & ipse dicit, venerit in fine seculi, in maiestate sua: Patris,& omnes angeli cũ eo. Donec ergo veniat in fine seculi, dedit hoc sacramentum corporis & sanguinis sui fidelibus per omne tẽpus huius seculi, id est vsq; ad cõsummationem seculi. Obmutescat ergo hæresis,quæ dicebat datum hoc esse tãtùm in cœna Domini: Si enim cogẽtibus prædictis auctoritatibus,datũ est vsq; ad cõsummationẽ seculi, nõ igitur tantũ in cœna Domini. Hæc super secũda contro-

Quotiescunque.

Semel.

Donec veniat.

Rom.6.

Matth.19. 24.25.

Luc.9.21.

Tertius error.

uersia. Sed adhuc carnalis animus, necdum plene ab humana cõsuetudine defæcatus, obiicit. Verum quidẽ corpus& sanguinem Redemptoris sub panis viníq; specie in altaris sacramento dari fidelibus, sed ad manducandum & bibendum etiam dari, hoc verò animum nõdum perfecte sublimia sapientem monet, Quem enim non moneat, vt & primus Christi mouit discipulos, contra humanum morem, & pietatem, carnem Christi & sanguinem,imo Deum & hominem ab hominibus,magistrum à discipulis, dominum à seruis, Christum à Christianis, manibus frangi, dentibus atteri, & escarum more communium deuorari? Hæc qui queris & obiicis, à primis Christi discipulis ei obiecta, à Iudæis incredulis hac de re litigantibus quæsita. Hæc inquam, quæstio antiqua, non noua, vetustissima non recens,vt à Christianæ fidei fundamentis exorta, sic ab ipso Saluatore, non à quolibet doctore cum sit extincta,& simul ac eodem pene momento ortum occasúmq; habuerit, Christianus nimium rudis videtur,qui talibus quæstionibus ante annos mille sepultis monetur. Hoc enim scandalum & ænigma sole clarius Dei sapientia dissoluit,& spirituali lumine carnalium cogitationum nebulas effugauit, dicens: Hoc vos scandalisat? Si ergo videritis Filium hominis ascendentem vbi erat prius?Hoc est. Quia me hominem inter homines videtis,nihil adhuc de me,quantum ad hoc sacramentum spectat,plusquam de alio homine sentire potestis. Et ideo carnaliter sapientes, velut per frusta concisam carnem meã me vobis velle dare creditis. Sed postquam in cœlum ascendero, & carnem de qua agitur,nũc mortalem, in Deum glorificauero,tunc intelligetis,quia *Spiritus est qui viuificat*. Id est, Verba mea spiritualiter accepta viuificant. *Caro autem non prodest quicquam*, carnaliter intellecta mortificant. Dabo carnem meam hominibus:non cadauerum more detruncandam,minuendam,consumendam,quia sic accepta caro non prodesset, sed absque dolore diuidendam, absq; imminutione partiendam, absque consumptione comedendam, quia sic intellecta & accepta vitam percipientibus non mortalem,sed ęternam donat.Sed vrges adhuc & dicis,comedi

Ioan.6. Capernaitica.

Ænigma.

Spiritus viuificat. Caro non prodest.

eam,

eam, quia comestionis ratio nõ videtur, super omnia miracula stupendum esse, nedum mirabile. Fateor planè, fatetur & id omnis sanum sapiens, Sed num tu qui tanti sacramenti rationem quæris, reliqua Dei sacramenta ratione comprehendis? Sola ne Dei voluntas omni humana ratione rationabilior? Non intelligis hoc voluntatem Dei esse, quod rationem? Omni ergo rationi & rationabili menti sufficere Dei voluntatem, etiam non exposita eius ratione, & præceptum in hoc sacramẽto, vt & in cæteris. Abunde inquam, omnino ad rationem sufficere, Christum hominibus carnem suam ad manducandum, sanguinem dedisse ad bibendum, quia constat summam rationem irrationabiliter agere non posse. Sed licet sit contra rationem, cognita Dei voluntate eius quęrere rationem, ne tamen hic catholicis deesse, vel eos latere putetur, age quod de tanti sacramenti ratione institutor aperit, aperiatur. Dat plane carnem suam & sanguinem Christus hominibus ad edendum & bibendum, vt sicut absque carnali cibo & potu millium mortalium mortalem miserámque vitam transigere cernitur, sic absque spirituali esca potúque neminem immortalem & beatam vitam assequi posse credatur. Quî enim melius aut apertius commendare potuit se vitam esse hominum, quam rerum exemplo in quibus est vita hominum? Ea cum sit in cibo & potu, & inter multiformes escas & pocula quibus sustentatur, principalem locum obtinent panis & vinum, quibus salubrius ea quotidie recreatur & reformatur. Has Deo solennes & ad conseruandam principales substantias, Dei sapientia ad vitam æternam hominibus instaurandam assumpsit, eáque de causa in earum specie carnem suam ad manducandum, & sanguinem ad bibẽdum hominibus dedit, In his hoc sacramento clarius, quàm verbis edocens, non aliam esse vitam hominum æternum quàm seipsum, dum similitudine eorum escæ potúsque carnalis ad eorundem escam & potum spiritualem nihil aliud dedit quàm seipsum. Nam cum dicit se vitam esse, vitam item æternam esse nosse Patrem, & se Christum verum esse Deum vitam eum esse sempiternam discũt homines audiendo. Sed cum dicit, nisi man-

Voluntas Dei ratio.

Ioã. 14. 17.

ducaueritis & biberitis,&c. Et panis caro mea est,&c. vitam esse hominum ęternam discunt comedendo,& quidem comedendo melius quàm audiendo discunt eum suam esse vitam immortalem,vt escis corporalibus suam nutriunt mortalem. Vt ergo non tántum verbis discerẽt, sed etiã familiarius factis,hi sentirent se perpetuo mori, à Christo seiunctos, nec posse semper viuere nisi eidem coniunctos & vnitos, ad similitudinem escæ & vitæ carnalis,accipiunt Christi corpus & sanguinem,non ab alio data susceptáque quàm ab ipso, qui eorum post hanc vitam futurus est esca, hoc est, vita & beatitudo sempiterna. Vt igitur vita ęterna spiritualiter & inuisibiliter mundo in præsenti collata, corporaliter & visibiliter in futuro conferenda signaretur, data est caro Christi sub specie panis ad edendum, sanguis sub vini forma ad bibendum, & sicut pane & vino ad vitam mortalem principaliter homines vtuntur, sic ad vitam immortalem, quod est ipse Christus, Christi corpore & sanguine hîc spiritualiter, pòst tam spiritualiter quam corporaliter in æternum pascantur. Claret igitur ratio, non solum in futuro, quando intrandum est in sanctuarium Dei, & intelligendum in nouissima eorum, sed etiam in præsenti, quando sub nubilo cuncta fiunt, cur ad manducandum carnem suam, & bibendum sanguinem suum Christus Christianis,Dominus seruis. Deus hominibus dedit. Nemo ergo opponat impietatem velut lesi vel comesi Christi, nemo crudelitatem ceu truncati vel dolentis corporis,nemo stultitiam,velut hominis humanã carnem absque ratione edentis:quia non est impium vbi omnis pietas: non crudele,vbi nulla passio: non irrationabile,vbi summa sapientia, quæ de sua nec sectione dolorem,nec participatione imminutionem, nec comestione patitur consumptionem:imò comedentibus æternam inde prouidet & præparat reparationem: quatinus in hoc seculo & futuro panis & vita sit hominum, qui semper beatorum panis est,& refectio Angelorum. Hæc vnus omnia Venerabilis,quibus pro corporis & sanguinis Dominici, non in Cœna tantùm illa prima, sed & in omnibus pòst Missarum solenniis, præsentia,esu,potu, nihil magis aut

Psal. 72.

vrgens, aut appositum. Sed nihil ne in tam multis super horum adoratione? Imò vero nonnihil, nec id suo antea loco omissum, verùm hoc breuius recitatum, quod quibuscum ei fuit negotium, in superioribus alioqui errantes, de hac, vt omnibus Christi fidelibus certa quæstionẽ non mouebant. Neq; pauciora illic aut minus prægnantia de sacrificio & oblatione: Pro templis item & Ecclesiarum fabricis. Quæ illi prædicabant superfluò fabricari & fabricata insuper subruẽda, non esse Christianis necessaria sacra ad orandum loca, quia æquè in taberna & in Ecclesia: in foro & in templo: ante altare & ante stabulum & inuocatum Deum audire, & eos qui merentur exaudire. Cuius Ecclesia congregatorũ fidelium vnitate, non verò lapidum sibi cohærentium constet multitudine, &c. Sed meminerit lector me hîc non quæcunque ad Eucharistiam pertinent tractanda suscepisse, verum adorationem modò studio, reliqua obiter. In huius autem, qui eorum error numero secundus est, cum alia pleráq; apud Venerabilem, tum illud volupe legere, qui quæ tẽpla primùm sancti in Gallia nostra construxerint. Huic autẽ Petro de Bruis apud S. Egidium fidelium zelo, flammis cruces Dominicas ab eo succensas vlciscẽtium concremato, succensit Henricus nescio quis, qui doctrinam non quidem emendauit, sed immutauit, & aliquot capitulis auxit, cuius tamen scriptum Venerabilis idem quia auditum ab aliis, non etiam à se visum, intactũ reliquit. Sed eius æqualis & amicus B. Bernardus, quod & quale id fuerit auctarium sic scripsit ad Hildefonsum Egidianum comitem, Basilicæ sine plebibus, plebes sine sacerdotibus, sacerdotes sine debita reuerentia, sine Christo deinde sunt Christiani, Ecclesiæ Synagogæ reputantur, sanctuarium Dei sanctum esse negatur, sacramenta non sacra censentur, dies festi festiuis frustrantur solenniis, moriuntur homines in peccatis suis, rapiũtur animę passim ad tribunal terrificũ, heu, nec pœnitentia recõciliati, nec sacra cõmunione muniti, &c. Nã reliquę quæ ad Eucharistiam non pertinent, studio missa facio, hic igitur apostata ex monacho propter hæc de tota Francia effugatus in prædicto S. Egidij comitatu dum scortatur, &

Lib. 1. ca. 3.

Henricus Petri successor.

Epist. 240.

In vita S.

Bernardi lib.3.cap.5. bacchatur, manifestus Ecclesiæ hostis, irreuerèter Ecclesiasticis derogans sacramentis pariter & ministris, Basilicarum irridens ædificationes, dierum solennium vacationes, &c. à B. Bernardo per Albericum Hostiensem Episcopum S. A. legatum accito Tolosæ prædicante verbis & signis confutatus, & tandem catenatus Episcopo traditur, neque plura illic super eo legere est.

Abelardica. Cap. XXI.

Oecolamp. lib.3.Epist. Proœmio lib.4. E.N. Bernard. epist. 187. & aliquot sequentib. Et in eius vita lib. 3. cap.5. Lib.5.epist. 3. & 20. Beza. Posiaci anno 1561. D. Bernardū suum facere voluit. De quo nos in Apologia lib.1.ca.12. S. Malachias sacramentarium confutauit.

IN eodem seculo condemnatum legimus Petrum Abelardum: quo cum licet sacramentarij nihil sibi commune esse velint, tamen qui mortis & passionis Domini pro nobis meritum & satisfactionem, hoc est, fidei summam negauit, non potuit non impia eius esse de sacramento hoc, totius œconomiæ Christi mnemosyno esse opinio, Qua eum, opinor, ratione D. Roffensis de Eucharistia prauè sentientem à D. Bernardo confutatum, & cumprimum de hac perperam scribere cœpit, ab eo protinus accusatum, & manifestè conuictum scribit. Et Bernardus quidem ad Episcopos & Cardinales curiæ, ad Innocentium item II. in genere scribit eum de sacramentis Ecclesiæ, etiam altaris, nō fideliter disputasse. Sed quid aut quale in tam multis de eo epistolis non occurrit. Nihilo plus apud Petrum Venerabilem quin potius eum, vt à D. Bernardo alienatum reconciliari curauit, & vt in Catholica fide Cluniaci mortuum commendauit. Quia ergo suam aduersarij à Bernardo in Abelardo sententiam reprobatam negant, Agedum, eos, si non in hoc, at in alio ab hoc sancto patre damnatos probemus. Sic autem scribit in vita S. Malachiæ episcopi Hibernię, Fuit quidam clericus in Lesmor, vitæ quidem probabilis, fidei non ita. Is sciolus in oculis suis præsumpsit dicere, in Eucharistia esse tantummodò sacramentum, & non rem sacramenti, id est, corporis veritatem. Super quo à Malachia & secretò & sæpe conuentus, sed in cassum, vocatus ad medium est, seorsum tamen à laicis, vt si fieri posset, sanaretur, non confunderetur. In conuentu clerico-

rum data homini facultas pro sua sententia respondendi. Cúmque totis ingenij (quo non mediocriter callebat) viribus assereret, & defendere conaretur errorem, Malachia contrà disputante & conuincente, omnium iudicio superatus, de conuentu cõfusus exiit, non correctus, dicés Episcopi se pressum autoritate, non ratione victũ, Tu, inquiens, Malachia, sine causa hodie me confudisti, aduersus profecto veritatẽ locutus, & contra tuam ipsius conscientiam. Mœstus Episcopus pro homine sic indurato, sed fidei magis iniuriam dolens, timens periculum, Ecclesiam conuocat, errãtem publicè arguit, & monet vt resipiscat. Suadentibus hoc ipsum Episcopis & vniuerso clero, cùm non acquiesceret, contumaci anathema dicũt, hęreticum protestantes. Ne sic euigilans, Omnes, inquit, fauetis homini potius quàm veritati, Ego personam non accipio, vt veritatem deseram. Ad hoc verbum subitò machans sanctus, Dominus, ait, fateri te veritatem faciat vel ex necessitate: Quo respõdente Amen, soluitur conuentus. Tali ille inustus cauterio, fugam meditatur, infamis & inhonorus fore non sustinens. Et continuò sua tollens, exiés, ecce subita correptus infirmitate sistit gradum, viribúsque deficiens, eodem loco iactat se super solum, anhelus & fessus. In id fortè loci incidens vagabundus quidam insanus, offendens hominem, quídnam ibi agat percuntatur. Respondet graui se infirmitate teneri, nec procedere valentem, nec redire. Infirmitas hæc, inquit ille, haud alia quàm mors. Hoc autem non dixit à semetipso, sed pulchre Dominus per insanum corripuit eum qui sanis noluit acquiescere cõsiliis sensatorum. Et addit, Reuertere domũ, ego te iuuabo. Denique ipso duce reuertitur in ciuitatem, redit ad cor, & misericordiam Domini. Eadem hora accitur Episcopus, abiicitur error, confessus reatum absoluitur, petit viaticum, datur reconciliatio, & vno penè momento perfidia ore abdicatur, morte diluitur. Ita cunctis mirantibus completus est sermo Malachiæ, & scripturæ dicentis, quia vexatio dat intellectum auditui. Hactenus Bernardus. Obsecro te lector, qui tam seriò huius episcopi memoriam consecrauit, tam prolixè vitam posteritati tradidit, & hoc inter il-

Viaticum.

Esa.28.

lius miracula retulit, quo errorem & hæresim, & anathema esse conuincitur, Dominici corporis, nec dubiũ quin & sanguinis in Eucharistia non esse veritatem, sentiréne potuit ab hac tam abesse illa, quàm cœlos à terra? Verùm non deest in Abelardi processu, quod præcipuum præsentis operis argumentum, hoc est, carnis Dominicæ adorationem valde iuuet. Nam Gaufredus Antissiodorensis, monachus Cistertiensis ex Abelardi auditore, ne fieret eius etiam erroris imitator, ad magisteriũ Bernardi profectus, factus eius discipulus & notarius, de vtroq; sic inquiebat, Ego aliquãdo magistrum mihi fuisse recordor, qui cum pedibus & intestinis nihil amplius de agno Paschali, aut ipse vorans, aut discipulis exhibens, & se pariter & suos nõ modica eius parte fraudabat. Siquidẽ precium redemptionis euacuãs, nihil aliud in sacrificio Dominicæ passionis commendauit, nisi virtutis eius exemplum, & amoris incentiuum, quasi hæc duo in mortibus prophetarum exhibita non sint. Et hæc quidem magna vera, sed nõ sola. Benedictus Deus, qui mihi simul & vobis magistrum posteà meliorem dedit, per quem prioris redarguit ignorantiam, insolentiam confutauit. Is enim tanquam verus Hebræus, auidè prorsus vorabat, & vorandum nobis sollicitè commẽdabat caput agni cum pedibus & intestinis: sic imitandum Dominum prædicans patientem, & sic redamandum diligentem, vt principalem huius sacrificij causam, velut Agni caput redemptionem in eo profiteremur, & adoraremus naturam humanam. Hæc vtriusque discipulus. Et hic ergo ex Abelardino, vt sic dicam, Bernardinus, ex fortasse schismatico indubiè Catholicus, didicit non Christi modò diuinitatẽ, sed humanitatem quoque adorandã, quídni & inter hæc mysteria adorandam, vbi enim vbi sit, adoranda vtique fuerit. At posterior Gaufredi magister carnem Dominicam in Eucharistia sensit, vt contrà sentientem hæreticũ tantùm non senserit. Habent ergo contrà hodiéque sentientes errorem suum à D. Bernardo si non in Abelardo, at in clerico illo innominato improbatũ, vt hîc non repetam huius viri sancti locos de præsentia, in Apologia, de cultu etiam in hoc tractatu antè allegatos.

Tritem. Oecolãpad.

Agnus Paschalis totus comedendus. Exod. 12. Numer. 9.

Humanitas Christi adoranda, non diuinitas.

Almariciana. Cap. XXII.

HOrum post annos plus minus ducentes, anno nimirum Domini circiter 1200. successorem facit Almericum quendam Bernardi Lutzemburgi catalogus, secutus Cęsarij Cistertiensis dialogos de variis inscriptos, quorum initium citat Tritemius, ex Gesuero non constat editos. Hunc igitur cum suis asseruisse non aliter Christi corpus in altaris esse pane, quàm in alio pane, aut etiam re quauis alia. Quo ferunt modo ex nouatoribus hodiernis cuidam excidisse vt diceret, id non magis hîc in cœna esse quam in cœno. Quod licet fortiter negauerit, consequens tamen est ad id quod peræquè fortiter asserit, id tam procul à cœna abesse quàm cœlum à terra, itaque neutrobi esse, in cœna inquam, aut cœno. Sed sit huius Almariciani erroris penes eos fides. Nam qui alios eiusdem errores recensent, tale nihil ei tribuerunt. Non Platina in Innocentio III. sub quo in Concilio Lateranensi eius dogmata condemnata sunt, alioqui non tam hæretica quàm insana, iuxta Decretalem Innocentianã, Non annales nostri sub Philippo Augusto, Non Antoninus Florẽtinus, suo hîc, vt vbiq; penè, more, satis alioqui copiosus, nisi quòd Vincentij speculum secutus, non tàm eum quàm illius successores, addit non Eucharistiã modò, sed reliqua quoq; sacramenta exufflasse, impudenter asserentes, vt veterẽ, quę patris fuerit, legem eiúsq; sacramenta à Mose ad Christum, sic nonam, Christi, eiúsq; sacramenta à Christo ad eos vsq; durasse, viguisse, finem habuisse, & absoluta amplius locum non habere. Spiritus autem sancti tempora tum incepisse, cuius vnusquisque tantùm gratia intus infusa, sine vllo exteriore operũ vel sacramentorum adminiculo, saluus esse posset. Dogmata modernis partim Anabaptisticis, partim Lutheranis, & nouis reformatoriis non absimilia. Almaricum ergo Carnotensem, Bena Oriundum, Parisiensem magistrum artium & Theologiæ, damnatum, & recantare coactum, animo, tædio, ac languore demortuum, pone D Martini sepultum, post exhumatum, cum sectariis deprehensis & conuictis, prætez mulieres & simplices, quibus per ma-

Beza id negauit Pessiæci. ann. 1561.

Alphonsus de castro, in titulo de Eu charistia. Extra. de Sum. Trini. ca. Damnamus. Guag. li. 6. Pact. 3. Titul. 19 ca. 1. paragra. 7.

iores deceptis parcitum est, extra portam in Campellis crematum, nisi quòd ferunt quidam de autoribus tantum sumptam pœnam, clericis honore & dignitate priuatis, laicis igni absumptis, vt qui stupris & adulteriis impunitatem promitterent, &c.

Albigesia Albanensia Agenensia.

CAP. XXIII.

DE Albigesiis eodem penè tempore merita miratur Francus historiographus, eorum dogmata neminem notum scriptorem ad hanc ei diem reliquisse. Et cùm hæreticos eos vocent, & ob eam culpam exterminatos autores tradant, genus tamen hæreseos præterire, ne quã ciuile attigit. Et multò minus Platina vbi paulò antè. Hinc eos alij Manicheos Arianos alij, alij alios fuisse coniiciunt. Cuperem in lucẽ exire Ciſtertiensem Cæsarium, nam is ordo in eis oppugnandis palmam obtinuit, & scriptor eodem tempore floruit. Interim qui eum aliquoties allegat Bernardus Lutzemburgus, scribit eos sacramentum corporis & sanguinis Christi blasphemasse, adeo vt fuerint qui in eius contemptum ac confusionem alij volumen sacri Euangelij comminxerint, alij iuxta altaria ventrem purgauerint, & altari palla fœditatem suam deterserint, alij scorto super altari posito sint abusi. Hæc eorum fuit in sacram Eucharistiam, & Eucharisticam supellectilem irreuerentia. Nobis eorum sensa exquirẽtibus commodùm ac opportunè lucem primùm vidit eorum æqualis Petrus monachus Ciſtertiensis, Vallis in agro Parisiensi, historicus hoc fide dignior, quo rebus tam gestis præsentior, cuius tamen fides sit penes gallicam versionẽ, quæ anno Domini 1569. hîc prodiit. Hæc inter alia eorum dogmata hoc publicè quoque eos docuisse scribit, hostiam sacrosancti corporis Iesuchristi nihil à pane laico, quem vocant, sine communi differre, simplicium auribus blasphemiam hanc

Guaguin. & Antoni. vbi suprà paragrapho 3. 4. & c. 3. paragra. 1.

(Berengarianam, vel Iudaicam potius, vt antè diximus) inſtillantes, Id ſi vel Alpium inſtar magnum vel potius, immenſum fuiſſet, aut etiamnum eſſet, olimiam à tot comedentibus abſumptum in nihilum recidiſſe, aut breui redactum iri. Sacra inde ac profana iuxtà habita, Templa & monaſteria ſignis, vaſis, reliquaq; ſupellectile ſpoliata, clericorũ, monachorum cædibus polluta & cruentata, ſtabulantibus in eis illorum loco equis, iumentis, & pecudibus, nihil per hæreticos factum in illis reliquum, præter parietes, eoſque auro multo redemptos, calices comminctos, & lotio intus & extra perfuſos, altaria in præſepia conuerſa, & tantum non concalcata, & ſtercorum ſuffitu fumigata. Cuiuſmodi etiam ſuffitorum quidam dixit preſbyteros ſacramenta hæc haurietes, dæmonium toties glutire, & in corpus ttaiicere. Si non eadem reformatores Galliarum hodierni ſentiunt, dicunt, & faciunt, Albigenſes per me ne ſint, aut etiam Albanenſes, quos Albigeſiis anteriores multò quidam faciũt, Anno ſcilicet Domini circiter 800. Bernardus Lutzemburgus ex Antonio ſcribit eos ſacramentum altaris nihil feciſſe, aut nihil eſſe dixiſſe. Mirum Guidonem Carmelitam inter decem eorum hæreſis huius non commeminiſſe, cum Albigeſiis vt tempore, ſic errore conuenerunt hæretici, quos Agenenſes vocant, circa Theoloſam male de ſacramento altaris & aliis: ad quorum confutationem Petrus Rom. legatus, & multæ aliæ religioſæ perſonæ cum regibus Ludouico Franciæ, Henrico Anglię conuenerunt. Sed parum profeciſſe ſcribit autor additionũ ad Sigeberti chronicon.

Albanenſ.
Agenenſes.

Anno 1178.

Fratricellica, Beguaritica, Beguinica.

CAPVT XXIIII.

MVlti prætereà quos fama obſcura, recondit eidem Bernardo, vt flagellantes, qui & cruciferi fratres, eodem paulò poſt Albigenſes, ſacerdotio propter ſacerdotum malitiam abiecto, ſublatis ſemel omnibus ſacramentis & ſacramentalibus, templis, cantu, &c. ſpe-

Flagellãtes ex libro de conſolatione Eccleſiæ.

ciatim de hoc ita sacramento dedocebant magis quàm docebant, articulo XV. Deum & Christi corpus non continet sub se realiter altaris sacramentum. XVI. Siquidem hoc verum esset, quòd in sacramento esset veraciter Christus, Deus diu esset deuoratus, etiamsi esset mons ingens magnus. Facilius est scilicet flammam, quod ille aiebat, ore continere, quàm bonum dictum, bene, si Iudæis, Iudaizantibus hæreticis, &c. placet dictum. Vt & eorundem artic. XIX. Siquidem Christus est veraciter in altaris sacramento, Iuda qui eum pro denariis triginta tradidit, peiores sunt, sacerdotes, qui vno eum vendunt. XVII. Auari, qui mundo tantillum panem, cuiusmodi est hostia, vno ad minus venundant denario. XX. Altaris sacramentum non est nisi Kuckuk sacerdotum. Et alia de aliis sacris tam putida & barbara, vt puduerit legere, multò magis relegenda proponere, nisi quòd quæ noua hodie putantur hæc nouatorum scommata, vetusta sunt renouata.

Iudas tradi tor.

Sequenti seculo, hoc est, paulò post annum Domini M.CCC. Fratricellos, qui eos damnauit Ioannes XXII. generatim dicit, à veritate catholicæ fidei deuiantes, Ecclesiastica sacramenta despexisse. Sed si forte iidem & Begnardi, siue fratres de paupere vita, & mulierculę quędam eorum sectariæ, Begninæ tum vulgo dictæ, propius rem nostram est, quod ij vtriusque sexus errones tum errores alios atque alios catholicæ fidei articulis & Ecclesiasticis sacramentis contrarios, in Allemaniam induxerunt, tum hunc ordine octauum, eundem & vltimum, Quòd in eleuatione corporis non debent assurgere, nec ei reuerentiam exhibere, asserentes quòd esset imperfectionis eisdem, si à puritate & altitudine suæ contemplationis tantùm descenderent, quòd circa ministerium seu sacramentum Eucharistiæ, aut circa passionem humanitatis Christi aliqua cogitarent. Hæc illi, præfecti scilicet hominis. Atqui cùm Domini domum deceat sanctitudo, & cuius in pace factus est locus, cultus cum debita veneratione pacificus, decet vt & ad Ecclesias ingressus sit & deuotus & humilis, & in eis quietà cõuersatio, Deo grata, inspicientibus placita, considerãtes non solùm institues,

Fratricelli. Extrauagans sancta Rom. Begnardi. Begninæ. De his Clementina. cũ de quibusdam. De religios. domib. et de hæreti. cap. Ad nostrum

Psal. 92. 5 In VI. de immunit. Eccl. cap. Decet.

sed & reficiens. Ibidem ergo conuenientes, nomen illud quod est super omne nomen, Iesu inquã, Christi nomen exhibitione reuerentiæ specialis attollant, & quod generaliter scribitur, in hoc vt nomine flectatur omne genu, singuli singulariter in seipsis implentes, præcipuè dum aguntur sacra Missarũ ministeria, quoties idcunq; nomen glorioſum recolitur, flectant genua cordis, quod vel capitis testentur inclinatione: attendantur in eisdem locis intentis præcordiis sacra solennia, orationibus deuotis insistatur, nullus, vbi cum pace & quiete vota cõuenit celebrari, tumultus sit, clamor, aut impetus. Sic paulò ante Perfectos Gregorius X. in Concilio Lugdunensi, de nomine quod est super omne nomen, cùm vbique, tum in tẽplis inter sacra honorando, quidni nos idẽ dicamus de corpore, quod est supra omne corpus? Et quibus quæso, pręcipitur super hoc, interpretibus antè patribus, Adorate scabellum pedum eius? hominibúsne imperfectis tantùm, an nõ etiam perfectis? Quibus primùm dictum est, Sumite, edite, bibite? an non Apostolis? atqui nemo vnquam manducauit, nisi prius adorauit, aiunt vbi suprà, Ambrosius, Augustinus, &c. Hęresis ergo hęc insania est, & huius ratio non minus insana, vt secundum quam patriarchæ, prophetæ, Apostoli, Euangelistæ, beata etiam virgo Benardis istis & Begninis imperfectiores fuissent, vt qui quod ex eorum gestis & verbis apparet, circa hæc, quæ isti cogitare imperfectionis arguunt, tantopere cogitarent, & ea in corde suo conferrent & conseruarent. Imperfecti quoque forent omnes beati spiritus, vt qui in diuina essentia omnia quoque Christi humanitatis sacramenta semper videant, & ea liquidissimè contẽplentur. Hæc ibidem glossographus, quisquis fuit. Clemens ergo V. in Concilio Viennensi sectã hanc cum hoc & aliis erroribus, totum denique Beguinag: j, vti loquitur, statum damnauit. At huius successor Ioãnes XXII. mulierculas ab huiusmodi erratis immunes, & moribus alioqui & vita inculpabiles, sub habitu Beguinarũ ita vinere permisit, & ab ordinariis locorũ molestari prohibuit, nimirũ ne innocentes cũ nocentibus ad paria iudicarẽtur, vt hac tamẽ permissione statũ hunc approbare nullatenus intẽderet.

Phil. 2. *Iesu nomen* *Ephe. 3.* *Psal. 98.* *Mat. 26.* *&c.* *Luc. 2.* *Extrauagans cõmunis, ratio recta, de religios. domis.*

Vvicleffica. Cap. XXV.

Sessione 8.

Mat.11.17
Marc.5.
Luc.9.
Roffensisin Oecolamp. lib.8.ca.4.

EOdem seculo Ioãnes Vicleff Anglus Anglicanam Ecclesiã multis nouitatibus turbauit. Vicleuica non habeo, nec haberevolo, sed ex XLV. articulis eius Constãtiæ in Concilio damnatis, hic erat III. Christus non est in sacramento altaris identicè & realiter in propria substantia corporali. At propius est errorem sacramentarium hic inter eiusdem articulos XVIII. à Vilelmo Videfordo impugnatos ordine secundus, sicut Ioannes fuit figuratiuè Helias, & non personaliter: sic panis

E.

est figuraliter corpus Christi, & non naturaliter, Et quod absque omni ambiguitate est figuratiua locutio, hoc est corpus meum, sicut illa in verbis Christi, Ioãnes ipse est Helias. At ex multis Euangelij circunstantiis deprehendere est id, Ioannem non simpliciter nominauisse Heliam, vt quiuis facilè intelligat non eundem hominẽ, nec enim absolutè Dominus enuncianit, sicut, hoc est corpus meum, ita, Ioannes est Helias. Sed, si vultis recipere q.d. Si mente attenta, & animo facili, nec contentioso vtriusque gesta susscipere, ipse ille est, qui venturus erat in virtute & spiritu Heliæ, id est Heliam repræsentans: & adiecit, Qui habet aures audiendi, audiat. Quod & Chrysostomus annotauit. Ex multis autem huius articuli per videfordum improbationibus, hæc est omnium maximè, quod aiunt, ad hominem, ordine x. Augustinus in pluribus libris inculcat scripturæ logicam de figuratiua significatione, ponens infinita scripturæ exempla de tali locutione, neque vnquam aut vsquam de his verbis, hoc est corpus meum, mentionem facit quòd sit eiusmodi locutio, quod tamẽ feciſſet, si talis locutio fuisset. Nec aliquis vnquam nisi super hæresi suspectus, vt prius Berengarius & frederuuardus (ignotus hactenus mihi scriptor) antiquitus posuerunt, quorum condemnata fuit sententia. Hæc ille. Et Augustinus quidem Eucharistiam non dubitauit dicere corporis & sanguinis Dominici non solùm sacramentum, sed etiam, & quidem consequenter, signũ & figuram, sicut & multò antè conterraneus eius Tertul,

Fredenardus.
Eucharistia Sacramẽtũ Signũ, figura. Augustini in Ps.3 & contra Adiuuantum cap.12
Tertull.contra marcionem lib.4.

lianus. Quod quoties occurrit, & exponendum propter meticulosus, & soluendum propter audaculos. Nam hic licet hæc verba, hoc est corpus meum, exponat, id est figura corporis mei, fortasse iuxta traditionem Marcionis in cuius Euangelio ita fortè scriptum erat, eodem tamen loco clarè dicit Dominum hæc dicendo, panem fecisse corpus suum. Nouimus autē quam vim habeat hoc verbum *Fecit*. Et si quid claro clarius, Carnem alibi asserit Christi corpore ac sanguine, alibi baptisatos opimitate corporis Dominici vesci, & exponit, Eucharistia scilicet. Figuram igitur sacramentum hoc vterque vocet, sed non solam: & signum, sed non solum, Augustinus præsertim, tam multis alioqui locis verum corpus & sanguinem hîc confessus. Quorum vtrunque suo quodque sensu toties hîc exposito, recipimus, vt Eucharistia quia sacramētum est, proinde sit & signant & figurant, verè & reipsa præsentium. Sed manet interim firmum quod Vicleffo Videfordus opposuit, Augustinum nusquam (vel ad pœnā libri) hoc Domini axioma, Hoc est corpus meum, aut inter figuratas scripturę locutiones reposuisse, aut huic eiusdem Domini de Ioanne, Ipse est Helias, æquiparauisse. De præsentia autem alibi plura nos tum in Apologia, tū libello latinogallico, de efficacia verborum horum. Sed quoniam more ac modulo nostro suo quæque loco tractamus, propius rem præsentem, id est Eucharistiæ adorationem, est, quod idem Vicleffus obiiciebat, nescio magisnè impiè an barbarè, fratres, aiens, nesciāt dicere quid est hostia consecrata si accidentia sine subiecto. Et cùm talia propter se non adorentur, sed pro eo quòd continent in se Christi corpus, sequitur maiorem esse rationē, quencunque strauimus nodulum, vel quodcunque signabile corpus adorādi, quàm hostiam consecratā: eo quòd ea non est in sua natura, vel propter bonitatem, quam in se continet, naturalem, taliter adoranda. Vnde adoranda non est, quia est corpus Christi, sed quia id in se cōtinet abscōditè. Cùm ego in nodulo straminis, & in omni creatura realiter sit trinitas increata, longè quàm hoc corpus perfectior, sequitur aiebat quanlibet creaturam amplius quàm hanc hostiam propter contentū absconditam, esse

Facere.

De resurrectione de pudicitia.

Roffensis in Oecolampa. lib. 2. cap. 20. 21. 22.

Figuratiua exhibitiua.

Signum continentium.

Artic. 1. Argumento. x.

adorandam. Respondet Videfordus, si non latinius, vt tũ stylus erat (vnde vtriusque verba nonnihil mutata, sensu nihil mutato) at certè Christianius. Hîc, ait, dico falsum fratribus & catholicis eum imponere, quasi hostiam, aliud quid sit quàm accidens sine subiecto, dicere nesciãt, cùm ea propriè loquendo, sit Christi corpus sub panis in ipsum sacramentaliter transubstantiati & conuersi speciebus contẽtum, eaque est quam Catholici adorant. Bene tamen verum, latè & minus propriè loquẽdo, signa illa & accidentia non dici hostiam, sed sacramẽtum, quod ita sacramentum est, vt non etiam sit res sacramenti. Sed hãc hostiam sic largè & impropriè sumptam, At Christũ Dei filium in sacramẽto latriæ quidem adoratione diuinitatem eius: hyperduliæ autem humanitatem per se cõsideratam adoraueram. In sacramento inquam & in altari locus est adorationi conueniens, Nam nec Christus nec Trinitas vult ab hominibus adorari, nisi in loco orationi conueniente, ac proinde neque Christi corpus vbicunque sit, vt, verbi gratia, in stomacho sacerdotis statim post communionem, nec in bruto, si quo casu sacramentum sumat, vt Trinitas nec adoranda est prout est in dæmone, aut publice, & à pari, nec in stramine, quod certũ est non adorandũ esse, quòd in eo sit Trinitas, sicut nec symbola illa sacramẽtalia, quæ largè loquẽdo, prout sunt hostia cõsecrata, æquè abscõditè (imò magis) Trinitatem continent, quàm straminens nodulus. Idcoque propter Trinitatis existentiam non maior huius adorandi ratio, quàm illorũ, cùm æquè sit in illis quàm in hoc Trinitas. Ita Vicleffícũ argumentũ nullius valoris, & multipliciter errans atque peccans. Hæc illi, minus vterque clarè, nec inter sacra hæc & profana distinguẽtes, Vicleffus nihil omnino, Videfordus neque satis, neque prout decet. Decet enim honor quoq; suus signa hęc, quatenus reiũ sunt diuinarũ exhibitoria, nedũ significatiua. Quòd autẽ negat Deũ vnitrinum, aut etiam Christũ vbiuis adorãdum de cultu publico intelligendum, vt distinximus ad id Pauli. *In omni loco.* Creatorem alioqui in omnibus creaturis, quãlibet abiectis, agnoscẽdum & colendũ, &c. Nec tamẽ tolerãdi sunt (prout neq; suo tolerati fuerũt seculo Pseu-

Signa exhibitoria.

1. *Tim.* 2.

apostoli)qui autoribus nescio quibus Segarello Parmẽsi, & Dulcino Nauariẽsi,circiter anno Domini 1260.nõ distinguẽtes aras ab haris, docebãt inter cæteros insanias, Ecclesiã consecratã non plus valere ad orandũ, quàm stabulũ porcorũ,nec melius adorari Christũ in tẽplis quàm in syluis. Sic multùm dehonestãtes cum diuina omnia & sacrosancta sacramẽta, tum sanctã imprimis corporis & sanguinis Dominici mẽsam , & totũ denique Dei cultũ. Quæ omnia audire nefariũ est eo loci celebrari, quò pedẽ ponere præ sordibus& fœtore nolis.Hęc inquã,dignitate ac reuerẽtia veterẽ Domini arcã lõgè excedẽtia.Cui Dauid lõgè ab his sordidis diuerso spiritu præditus tẽplũ tã magnificũ parauit,Salomõ ædificauit & dedicauit.Dedicarũt post eũ Esdras,Nehemias,Macchabæi,rati,vt indignũ, domos suas quàm Domini honoratiores esse , ita honoris & sãctitatis Dominũ quodãmodò abhorrere locos ad eũ reuerẽter ac deuotè adorandũ minus aptos,qui ambulat in medio nostri, vt sint , quod aiebat Moses ad Israël,castra tua sãcta,multò magis tẽpla nostra,ne quid in iis fœditatis appareat,& derelinquat nos. Veterũ certè monumẽtis cõstat,Apostolicis etiã tẽporis loca fuisse publica,quę tũ oratoria,tum Ecclesię dicerẽtur,vbi populus Christi fidelis quæ ad religionẽ & fidẽ pértinerẽt,docerẽtur atq; exerceret. Sed insani isti atq; irreuerẽtes ab Ecclesia eiecti,nec in Ecclesiis orare permissi,in mẽtibus & nemorib⁹,vt Israël in lucis & collibus,mysteria sua celebrãt.Sed nihil est opus in errorẽ tã apertũ pluribus agere, Cùm in agro Bernẽsi 1548.rusticarer,cõperi quodã in vico nõ procul à Generẽsi,tẽplũ fimo agmino,ouillo,caprino oppletũ,quęrenti eiusmodi in loco scilicet sacro rationẽ respondit loci minister,vici greges solitos in æstu sub hoctãquãvmbraculo meridiari.Quòd autẽ ad hostię pertinet vocabulũ,id nomẽ huic mysterio cõuenit,quatenus Christum ipsum continet,qui est salutaris hostia illa,quã semetipsum Deo tradidit in odorẽ suauitatis, & per quã in consummationem seculorũ ad destructionem peccati apparuit. Et quòd ex altari dispensatur sancta illa victicta , qua deletum est chirographum nobis contrarium, Græcis θυσία,pura videlicet hostia & incruenta,quam ab ortu ad occasum vsque sibi Deus offerẽdam per prophe-

Pseudapostoli.
Segarellus.
Dulcimus.
Guido carmeleta errore.8.
Templorũ vsus.
1.Reg.6.7
1.Part.17.
3.Reg.6.
2.Par.3.
Esdr.6.
Nehem.12.
1.Mac.4.
2.Mac.10.
Deut.23.
Hostia.
Victima.
Tho.p.3.q.73.artic.4. ad 3.
Eph.5.
Hebr.9.
Aug. lib. 9.confessio. cap.13.
Damascen. lib.4. Cap.14.
Mal.1.

tam prædixerat, Christi inquam, corpus atque sanguis, in animæ corporisque nostri stabilimentum, incorruptum, in nostram substantiam & consecrationem, omnimodi nocumenti reparatio, sordis omnis purgatio. Curat enim morbos, & omnimoda damna, &c. Et querebatur latinus quidam pater schismaticos Dominicæ hostiæ veritatem per falsa sacrificia profanare, &c.

Cyprianus. Tract. 3.

Hußitica. Cap. XXVI.

Reunitius in repetitione cap. 31. parag. 3. Hus homine improbauit Violentum. Sessione 15.

VT Vicleffam ergo reputamus, imò finiamus, & ad alios migremus, obseruatione dignum est, quòd Ioannes Hus doctrinam eius in articulis aliquot amplexus, in doctrina de Eucharistia, quòd eum videret Christi corporis & sanguinis in cœna præsentiam negare, hoc quia item videret cum verbis institutionis pugnare, non probauit, vt qui Hussi dogmata sequuntur affirmarunt. Sed huius assertionis autorem vellem citassent, cùm è contrario ex huius xxx. articulis in eodem concilio Constantiensi damnatis, xxv. improbet condemnationem x l v. articulorum Vicleffi, per doctores factam, vt irrationabilem, hac modò de causa, quòd eorum nullus esse Catholicus, sed quilibet aut hæreticus, aut erroneus, aut scandalosus. Sic Hussus Vicleffi articulos faciés suos, eiusdem etiam errores suos, & hæreses, suas: & scándala, sua fecis. Atqui articulorum Viclefficorum tertius Constantiæ damnatus, excludit Christum ab hoc sacramento: & secundus à Videfordo improbatus, verba hu-

Lib. 1. & 2. ius sacramenti formalia siue consecratoria, tropica facit seu figurata. Et scholiastes quidem Constantienses testatur hunc Hussi de probatis ab eo Vicleffi articulis, articulum legitimè contra eum fuisse probatum. Cùm autem Hussitica tam vetus Przibrami testis oculati, quàm noua D. Cochlæi, contrà testetur Vicleffi doctrinam fuisse anno 1408. coram M. Ioanne Hus tanquam principali præsente & consentiente, tripliciter Pragæ condemnatâ, ab vniuersitate generaliter, à facultate Theologiæ specialiter, à natione Bohemica specialissimè, vt sic dicâ, & seue-

rissimè,nihil hîc conuenientius responderi potest,quàm Hussum non sibi conuenisse, sed multoties suam de Vicleffo mutauisse sentẽtiam. Et nihilo sibi magis Hussitas constitisse. Nam Pragenses, vt multò Ecclesiæ Romanæ propiores ac conformiores, de hac præsentia sic anno, 1521. statuisse,in diuinissimo Eucharistiæ sacramento tã sub specie panis,quàm sub forma vini totum Dominum Iesum Christum,verum Deum & hominem,cũ suo proprio corpore & sanguine nobiscũ esse sua præsentia reali. Sic ab omnibus tenendum,& populo nunciandum. Et iidem contra Thaboritas, vt ab Hussi de hoc fide ad Vicleffi errores, apostatas,post XIII. articulũ Prozibanni super eadem præsentia *præallegatũ*, super adoratione sic, Cui(Christo vtique)in eodẽ sacramẽto honor,cultu, genuflexione,adoratione,luminum accensione,& aliarum veneration ũ exhibitiones debet exhiberi. Hinc toties à Pragẽsibus, & quidẽ armatis,eorũque papa Rochezana Eucharistia per circulos,plateas, & Ecclesias solennibus processionibus circũuecta,singulis penè dieb⁹,Venceslao Bohemię rege nequicquã vetãte Dominicũ corpus in huiusmodi põpis ab hæreticis circũferri. Cuius non ita pòst mortui successor rex Ladislaüs,neque ita pòst morituros dignũ quod Catholici reges imitẽtur, exẽplũ edidit, qui nunquã hæreticorũ Ecclesias, quamuis sæpe rogatus,intrarit,nec sacris interfuerit Rochezanã in celebritate corporis Christi id vicatim deferentẽ conspicatus, nullũ reuerentiæ signũ præbuit. Percunctãtibus amicis vt quid sacramentũ inhonestasset,Nõ me latet, inquit,diuinissimũ Christi corpus dignius esse,quàm vt per me satis honorari possit,nec mea reuerẽtia gloriã eius auget,neque dehonestatio decus imminuit: sed cauendũ mihi fuit, ne dum Christũ honoro,sacrilegũ presbyterum populariibus approbauisse videar,quorũ plerũque mores ex principe pẽdent. Nec ij me Deũ contempsisse putabũt cuius corpus sacratissimũ in catholici presbyteri manu summis me sẽper honoribus vidêre prosecutũ. Sic rege cũ principibus dietim ad eũ confluentibus factionis sacramenta cõtemnente,qui decepti errabãt,aliorũ contẽplati mores, suas ineptias agnoscentes,ab Hussitarũ perfidia ad Ecclesiam

Pragenſis in Thaborĩtas. Artic.5.

Lib.1.ca.11

Pius idem Bohemia, cap. 32. 37. 62.

Coclæus lib.4.10.11

Veneſlaus R. Ladiſlaus R. Regium exẽplum. Sacramẽta hæreticor. auerſari.

reuertebantur. Et huius tamen factionis controuersam hãc licet præsentiã & adorationem recipientis, vt error secũ non magis quàm cum aliis cõuenit, de huius sacramenti appendicibus hæc tũ fuerunt dogmata, Templum imprimis Dei latè patentis ipsum mundũ esse: coarctare maiestatem, qui Ecclesias, monasteria, oratorioque construunt, tãquam propicior diuina in eis bonitas inueniatur: sacerdotales vestes, altarium ornamenta, pallas, corporalia, calices, patenas, vasaque huiusmodi nihil habere momenti. Sacerdotem quocunque loco & tempore sacrũ Christi corpus conficere posse, petentibusque ministrare: sufficere si verba sacramentalia tantùm dicat. Hîc obiter nota schismaticos alioqui, de vi verborũ sacramẽtalium conuenire. Sed vt hæc partim vera sint, dum se necessariis contentos esse falsò prætexunt, nõ necessario scilicet reformaturi pro reformatione barbariem meram inuexerunt, quã diligenter hodie sequuntur in Gallia Nouatores, deformationem vtique, nõ reformationem. Simul enim dictum atque factum, Hussitę tum vt isti hodie tẽpli petæ, tẽplis sibi à rege extortis non contenti, plura & ampliora extorturi, aliena, id est catholica è fundamẽtis deiiciunt monasteria incendũt, deripiunt Ecclesias & presbyteria, fana & profana ferro & igne vastant. Fuit cùm ciues etiam magistratus, consules, iudices eorum furori non consentiẽtes, alii metu fugati, & fuga seruati, alii ab eis intercepti, ex altissimis prætorij fenestris in forũ præcipitati, lãceis ac verabus irati populi excepti dirũ spectaculum dilamiati præbuere. Ioãne quedam pseudomonacho apostata ibi stãte, & Domini corpus sanguinario populo ostẽtate. Illud mirum, de superioribus dogmatis nullam in articulis Hussi Constantiæ damnatis extare, vt fuerint, quod fere fit, Husso Hussitæ, magistro discipuli pestilentiores.

Pius. cap. 35. 36. 37.

Verba sacramẽtalia.

Tẽpli petæ. idem templi cremi.

Vvaldenſia, Cap. XXVII.

Vvaldẽses. Reuuitius in repetitione cap. 1. par. 14.

VT siquidem ita hi senserint, Vicleffum magis quàm Hussum, aut etiã Valdenses secuti sint: Nam & Valdensiũ illic à Pio dogmata recensèri quidem intelligunt, Bernardus

Lutzéburgenſis, Alphonſus Caſtréſis, etiãſi quæ in médi cantes dicũtur, Valdenſium nec eſſe quidé poſſint, vt potè multò anteriorũ, quos ferunt ortos circiter annũ Domini 1160. Quo tẽpore ſcriptum ab his idiotis (& tales enim fuiſſe ferunt) aut contra eos à doctis de hac materia reſcriptum cùm nihil haberem, ſuo eos anteà loco non tam omiſi, quàm huc diſtuli: quia ſeculo poſt Huſſum circiter annum Domini 1506. fratres (ſic enim ſe inſcripſe runt) Valdéſes profeſſione ad Vladiſlaũ Vngariæ regem miſſa typis etiã pòſt excuſa, loco de cœna Domini coacer natis de Chriſti ad Patrẽ reditu & Aſcẽſione teſtimoniis, cõcludebant Chriſtum poſt eam ante extremũ diem cũ naturali ſuo corpore perſonaliter & corporaliter nõ eſſe in terra, ſed in vno ad dexteram Dei loco, ideoque panẽ eſſe Chriſti corpus, ſicut Ioannes fuit Helias, quia contra Euangelium pugnet Chriſtum vel hîc, vel illic monſtrare. Anno verò 1523. Confeſſionẽ Luthero diiudicandam cùm miſiſſent, ſcripto eius, quod & extare ferunt, ſuper hoc errore moniti, pòſt quia Cingliani ſui etiam erroris ab eorum doctrina patrocinium peterent, cõfeſſione repetita & expoſita publicè teſtati ſunt ſe cũ Luthero ſentire, & à Cinglio diſſentire. Sed viderit hic proteſtans quam ſit editionem ſecutus, nam ea quam ad em regẽ miſerunt fidei profeſſione anno 1508. ſic non eũ hoc tãtùm articulo, ſed & de aliis docẽt, vt Lutheri Catechiſtæ magis quàm catechumeni fuiſſe videantur. Et de præſentia quidem aliter atque aliter, hoc eſt, inconſtanter, modò enim aiunt, modò negant, adorationem autem conſtanter, vel obſtinatè potius pernegãt, etiam vbi præſentiam aſſerunt, vel magis videntur aſſerere. Sic igitur ſuper Euchariſtia docebant, Vbicuuque dignus ſacerdos cum fido populo iuxta ſenſum & Chriſti intẽtionem, Eccleſiæque ordinationem, orationẽ faciens huiuſmodi verbis, videlicet, Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus, teſtificatus fuerit, cõfeſtim præſens panis eſt corpus Chriſti in mortem pro nobis oblatum. Vinum ſimiliter præſens eſt ſanguis eius effuſus in remiſſionem peccatorum. Et, Reuera nõ modò de pane accepto, benedicto, fracto, teſtificato eſſe corpus ſuũ, nos credimus corpus eius eſſe, ſed

Extat impreſſa cum commentariis Æneæ ſyluii de cõcilio Baſilienſis. Etin faſciculo, &c. coloniæ. 1525.

Panis est corpus naturale & spiritale.

& si lapidem accipiendo, dixisset ipsum corpus suum esse, Idem repetunt paulò pòst in confessione. Cùm presbyter ritè ordinatus verba testimonii Christi expresserit, cõtinuò panis est corpus Christus, verũ, naturale ex castissima Virgine sumptũ, quod erat traditurus, vt viuus panis testatur, hoc est, inquit, corpus meum, quod pro vobis tradetur. Similiter vinum sanguis est naturalis corporalis eius, qui fundendus erat in remissionem peccatorum: nec solùm credimus panem esse naturale corpus, & vinũ, sanguinem naturalẽ sacramentaliter, sed & panẽ pariter esse corpus spiritale, & vinum sanguinẽ spiritalem asserimus. Idem in excusatione Euãgelium dicit, quòd saluator accipiens panem in venerabiles manus, & illum fistens pro corpore suo, monstrauit super panẽ, & dixit, hoc est corpus meũ. Similiter & accipiẽs calicem, dixit, Hic est calix in meo sanguine, vel, hic est sanguis meus. Et nos ita simpliciter verbis Christi credentes, ex fide catholica fundata in sacra scriptura tenemus, quandocunque secundum sensum saluatoris, & indiuiduæ Trintatis ordinationem sacerdos dignus cum populo suo fideli orationem facit, & illo verbo dicit, hoc est corpus meũ, &, hic est sanguis meus, quòd statim panis præsens est corpus Christi tradi tum in mortẽ, & vinum est suus sanguis in redẽptionem peccatorum. Panem autẽ hunc Christi corpus esse, in propria panis substantia cũ ipsis accidentibus, post cõsecrationem & corpus Christi *Ibi esse*, Et adhuc posteà, Credimus quia panis est corpus Iesu Christi naturale & spirita le, benedictũ. Et mox quod lingua latina Maiestati regię scripserãt, bohemica ponũt, quod sic interpretatur, Quòd post verbũ per sacerdotem rectè consecratũ, statim panis est corpus Christi verum. Naturale, sumptum ex Maria Virgine, quod debuit tradi, sicut dicit, hoc est corpus meũ & vinum sanguis eius naturalis corporis, qui debuit effundi. Nec solũ credimus quòd panis est naturalis caro, & vinum naturalis sanguis benedictus, sed quod panis simul etiam caro est spiritalis, & vinum sanguis est spiritalis, quod est vnitas Ecclesiæ. Hactenus illi de substantia Eucharistiæ. In quibus primùm quidem toties repetunt de sacerdote ritè ordinato, & materia per eum rectè

Vinum est sanguis naturalis ei spiritalis.

In propria substantia.

Vnitas Ecclesia.

consecrata, rectè quidem, & contra ministros, qui seipsi inscribunt extraordinarior, homines maxima ex parte inordinatos. Sed quòd dignum addunt, siquidem sacramenta sic ab indigno non confici credunt, errant: Error enim est, & vetus Donatismus, per Viclefum articulo 4. & 15. quasi Episcopus aut sacerdos in peccato mortali nõ ordinet, non conficiat, non consecret, non baptiset, imò nec sit, quod dicitur, & per Hussum articulo 30 totidem verbis, quo ad vltimam partem. 3. & 5. quòd mali præsertim non sint partes Ecclesiæ, ac sic nec ministri, & 25. Viclefisantem, innouatores, Constantiæ sessionibus 8. & 15. improbatus. De reliquo, audis in Valdensibus Lutheranã Luthero nondum audito impanationem & inuinationem, Panem, panem remanentem, Christi esse corpus, & vinum æquè vinum remanens, eiusdem esse sanguinem. Et quoties toties iidem crepant, ita se post Euangelistas, Apostolos, Paulum, Ecclesiam primitiuam, adeóque Catholicam credere ac profiteri, falsum Euangelistis, &c. imponunt, nusquam enim Euangeliorum aut Epistolarum Pauli hæc leguntur, Panis & Christi corpus, aut Vinum est sanguis. Termini, vt cum nostris quondam Terminariis loquar, disparati, absolutè modò capti, nulla potestate, ne diuina quidem siue super naturali, ex parte rei verificabiles, eo quòd nequeat ita se habere qualiter per eos significatur. Ne græca quidé Matthæi, Marci, Lucæ, Pauli de pane id patiũtur magis quàm latina, cùm vtrobique demonstratiuum τριτό, hoc, neutrum sit, ἄρτος, panis, masculinum. Quid igitur apud Apostolos & Euangelistas Christus? Hoc est corpus meum, hoc vel hic est sanguis meus. Audimus, dicent Valdenses, & allegamus, sed quid hoc? nimirum quod vobis sumendum, edendum, atque bibendum porrigo, corpus est meũ, sanguis est meus, sic exponentibus Græcis & Latinis Orthodoxis. Et tamen non desunt in superioribus Valdensium scriptis, Zuinglianismi, hoc est, dogmatis Lutherano contrarii semina ria quæ paulò pòst in fructus peræquè contrarios erumpunt. Dicunt enim panem esse Christi verum corpus, sed sacramentaliter, quo nimirum modo etiam dicunt esse mysticum siue spiritale, id est, Ecclesiam, ac proinde tan-

Extraordinarij ministri inordinati.

Donatissimus, minister indignum non conficere.

Pius in Bohemis, cap. 35.

Impanatio.

Inuinatio.

Termini disparati.

Manderston diuisione. 13.

Panis corpus Christi sacramentaliter, mysticum.

2. Tim. 3.

Conuersio & similia vocabula.

tùm significatiuè. Pergunt igitur & proficiũt, sed, vt Paulus ait, in prius, & cum Lutherismo & Zuinglianismo dicunt, in verbis Domini nullum esse de panis conuersione verbum. Hîc breuiter respondemus (nec enim vbique omnia tractare omnes possumus) huius & similium ac æquiualentium vocabulorum plenos esse patres Orthodoxes, verborum Domini fidissimos ore ac animo vno interpretes, scribentes panem & vinum verbo Dei verti, cõuerti, mutari, transmutari, transsumi, transponi, transire, transferri, nondum transformari aut transfigurari. Denique cõfici & effici, creari etiam & fieri Christi corpus carnem & sanguinem. Græci παραλαμβάνεσθαι, & μεταβολὴν, μεταποίησιν, μετασκευάσασθαι. Sed addunt Valdenses Christum non magis dixisse, sub his (panis & vini) speciebus, neque in illo, neque ex illo, neque simul cum illo (nec sub illo) pane videlicet suum esse corpus, sicut multi (aiũt iidem) scrupulosius exposuerunt, & hodie exponunt.

SVB. IN. EX. CVM.

Sic hodieque Zuingliani subsannant in Lutheranis has formulas, IN SVB, CVM. Pane Christi corpus esse. Neque verò id dicimus, imò id negamus. Litigent ergo inuicem, imò & Valdenses secum pugnent, qui vtranque, vt ait ille, paginam faciunt. De pane autem, siue ex pane, vbi accessit consecratio, fieri corpus Domini, non vnius est Ambrosii, quo autem sensu, vtrunque verè, hoc etiam propriè dictum sit, qui hîc nolunt Thomam Aquinatem recipere, melius, siquidem possunt, explicent. Sub typo quoque Græcis, Latinis autem sub speciebus panis & vini, verum atque naturale Christi corpus & sanguinem, verè esse, dari, adorari, non vni Cyrillo Hierosolymitano inter illos, inter hos non vni Augustino, Prosperoque eius discipulo, vsitatum, qui diligenter vestigauerit, inuestigabit. Quanquam vtinam super his duntaxat loquendi formulis, non etiam de rerum substantia hæc hodierna esset Helena. Sui ergo dissimiles Christi corpus & sanguinem paulatim submouent ab Eucharistia, ita, Non credimus eum personaliter in terra, nec hos recipimus, qui eandem personam (quæ illo in cœlo est, hîc esse monstrant. Et interrogati, non idem Chri-

De sacramentis lib. 6. cap. 4.
Part. 3 q. 75. artic. 8.
Mystagogia. 4.
De cons. dist. 2. ca. Hos autem ca. hoc est.
Tract. 26. In Ioan.
Personaliter.

ſtus adfit, quem ſub ſacramento corporis & ſanguinis ſe ſimulabant nobiſcum credere, an ab illo differens, qui ſedet ad dexteram Patris? Reſpõderunt ita, Dicimus ſimpliciter, Vnus nobis Chriſtus eſt in ſacramento cum ſuo naturali corpore talis, ſed per aliam exiſtentiam, quàm in dextris Dei: & quod etiam cum carne ſpiritali: quia aliud eſt dicere, Ille Chriſtus, hoc corpus: & aliud, cum huiuſmodi exiſtentia. Primum concedimus, quia ille Chriſtus cum hoc corpore: aliud non concedimus, ſed reſiſtimus, quòd poſt ſuam aſcenſionem cum naturali ſubſtantia corporis ſui perſonaliter (hîc) exiſtat. Nec fuit, nec eſt, nec erit ad extremum vſque iudicium, quia cum illa ſubſtantia corporis ſui non niſi vnum locum habet, ſicut hîc habuit adhuc viator, nõ poteſt multiplicari, nec corporaliter leuari: Nam manifeſtans perſonalem aſcenſionem ſubſtantiæ naturalis corporis, dicebat ſuis, Pauperes vobiſcum ſemper habebitis, me autem non ſemper. Et, Vado ad eum qui miſit me, Vado parare vobis locum. Si non abiero, paracletus nõ veniet ad vos: ſin abiero, mittam eum. Et aduentum adhuc ſuum, verúmque abſceſſum, quódque perſonaliter cum ſubſtantia corporis aſſumpti abiret, teſtificatus, dixit, Exiui à Patre, & veni in mundum: Iterum relinquo mundum, & vado ad Patrẽ. Et in oratione ad eum, Iam non ſum in mundo. Et hi in mundo ſunt, & ego ad te venio. Et iterum, Filioli adhuc modicum vobiſcum. Et per ſimilitudinem, Nũquid poſſunt filij ſponſi lugere, quandiu cum illis ſponſus? Veniẽt dies, cùm auferetur ab eis. Iterum, Aſcendo ad patrem meum, &c Et Angeli, Hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet, &c. Et hæc illa eſt prophetia, Sede à dextris meis, donec ponam, &c. Et S. Petrus, Quem oportet cœlum ſuſcipere vſque in tempora reſtitutionis omnium, Quem Stephanus vidit ſtantem à dextris Dei, Paulus in tertio cœlo, & dixit, Et ſi cognouimus ſecundum carnem, Chriſtum, ſed nunc iam non nouimus. Et alibi Chriſtus multoties manifeſtat ſuum aſcenſum, & deſcenſum non antè fieri quàm ad extremum iudicium, expectandum, cum poteſtate interim, iuſtitia, & auxilio, ſe futurum pollicitus ad ſeculi vſque conſummationem

Chriſticorpus in cœlo & in ſacramento, aliter atque aliter.

Matt. 26. *Marc.* 14. *Ioã.* 12. 13. 14. 16. 17. 20. *Matt.* 9. *Marc.* 2. *Luc.* 5. *Act.* 1. *Pſal.* 109. *Act.* 3. *Act.* 7. 2. *Cor.* 12. 5. *Matt.* 28. 18.

cum ſuis membris fidelibus, & in eorum medio, vbi duo vel tres congregati eſſent in nomine eius, inter eos fore ſpiritaliter cum participatione corporis & ſanguinis, & in ſacramẽto in virtute cum teſtimonio iuſtitiæ. Ad hoc ſonat vox veteris magníq; doctoris Auguſtini, hæc, Donec ſeculum finiatur, ſurſum eſt Dominus, ſed hîc tamẽ nobiſcum eſt veritas Dominus, Corpus in quo reſurrexit, in vno loco eſſe oportet, veritas, vel (vt quidam legunt) virtus eius vbîque diffuſa eſt. Sic cum ſuo corpore & ſanguine in naturali ſubſtantia perſonaliter exiſtenter non eſt hîc, ſed vno in loco, à dextris Dei, vt antea hîc in ſuo mortali corpore, vno in loco exiſtens, non in alio fuit eodem tẽpore. Lazarus, aiebat diſcipulis, mortuus eſt, & gaudeo, vt credatis, quia non eram ibi, ſed eamus ad eum. Sic poſt reſurrectionem glorificato corpore, vno eodémque tempore non fuit multis in locis, ſed in vno, & aliàs in aliis: cùm Hieroſolymæ, non in Galilæa, & contrà: cùm illic, non in ſepulcro, nec enim mentiebantur angeli dicentes, Surrexit, non eſt hîc. Sic cum ſuo ſubſtantiali aſſumpto corpore, quocum nunc ſedet ad dexteram Dei, multiplicari nõ poteſt, ſed ſolùm vnus totus verus exiſtenter manet in cœlo: nec corporaliter ſumi à fidelibus animabus, ſed ſolùm ſpiritaliter, quia dixit, Si ergo videritis Filium hominis aſcendentem vbi prius erat: Spiritus eſt qui viuificat, caro nõ prodeſt quicquam. Sed quamuis non eſt hîc cum corpore naturali manſione exiſtenter & corporaliter: eſt tamen ſpiritaliter, potenter, benedictè, in veritate: quacum manſione non abiit, nec abibit à ſuis, ſed vbique vbi vult, eſt, & infinitis locis huius corporis & ſanguinis veritas augmentatur, & multiplicari poteſt ad omnem neceſſitatem ſuorum fidelium & electorum, habitans per fidem in cordibus noſtris, & in eis loquens. Et vt melius adhuc intelligatur quòd nec aſſimilamus, neq; pro vno ponimus (eſſe ſcilicet in ſacramento & in cœlo) eius habemus exemplum in Ioanne Baptiſta, quem angelus & Dominus dixerunt eſſe Heliam, in eſſe ſpiritali, virtute vtique & ſpiritu, cùm is ſe contrà dixiſſet Heliam eſſe, perſonaliter vtique in ſubſtantia. Accipimus & ex Paulo aliud exem-

Epiſt. 57. *tract.* 30. *&* 50. *in Ioã.* *Et lib. de triplici habitaculo. de conſ. diſt.* 2. *ca. Prima. Exiſtenter.* *Ioan.* 11. *Matt.* 28. *Marc.* 16. *Luc.* 24. *Ioan.* 6. *Eph.* 3. 2. *Cor.* 13. *Luc.* 1. *Ioan.* 1. *Matt.* 11. 19. *Marc.* 9.

plum, vbi scribit patres eandem escam spiritalem manducasse, eundem potum spiritalem bibisse, quos tamen nemo concedit, corpore Domini ac sanguine corporaliter, siue in naturali substantia substantialiter refectos, quia nondum incarnatus, nondum ea dederat ad præparationem escæ aut potus magis quàm ad mortem in manus peccatorum, nec adhuc instituerat sacramentũ hoc. Vmbram enim habebat futurorũ bonorũ lex per Moysem data, Gratia autẽ & veritas per Iesum facta est. Amplius ait, Bibebant de spiritali consequente eos petra, Petra autem erat Christus, certè non corporali, sed spiritali figura, cum quo se communicat in sacramẽto noui testamenti, & hoc sic: quia sacramenta noua iustitiam habent perseuerantem, & meritum, & vsum in Christo & Ecclesia. Nec timemus quasi sic nos oporteat duos Christos confiteri. Quod contra timere debent, qui sentiunt esse scilicet Christum in terris personaliter, sicut in dextera Patris sedet: quòd Christum diuidunt, & contra præceptum hîc monstrant. Qua re fideles abducũt à sensu spiritalis & sacramentalis existentiæ ac sumptionis. Absque illo præcipuo spiritali Christo nemo potest saluus fieri. Hucusque Valdenses, In quibus hîc audis Zuinglium, vt in illis anteà Lutherum, dogmatistas quantumlibet dissimiles, neq; tam diuersos, quàm hoc certè in articulo aduersos, in quo ab his nihil penè dictũ, quin ab illis prius dictum. Vetera omnia, nouũ nihil, Viclefica & Valdensia vulnera à Constantiensibus obducta refricant, præterea nihil. Idem igitur his quod illis responsum. Siquidẽ Valdenses eundem Christum in cœlo & sacramento, sed aliter atque aliter, quòd primò præseferre vidẽtur, esse. Iam nulla fortè foret lis. Vtrobique enim & nos quoq; Christum agnoscimus, iuxta Chrysostomi & Ambrosij dictũ prius allegatum, & illic in cœlo, & hîc in altari plenum existentem. Cuius etiam corpus vno sursum ibi loco esse oporteat, sed localiter, terminis nimirum, formaliter (vt aiunt Dialectici) captis, & visibiliter. Quo se modo tot locis dicebat illò vnde venerat, receptũ iri, nec iam cum eis quibus id dicebat, hîc futurum, in forma vtique humana, & corporea, qua cum eis tunc conuersabatur, præ-

1. *Cor.* 10.

Hebr. 10.
Ioan. 1.
1. *Cor.* 10.

Matt. 24.
Marc. 13.
Luc. 17.

Homi. 17. *ad Hebr.* 10.
Sententiar. lib. 4. *dist.* 10. & 12.

sentia. Nec mirum eum paulò pòst assumendum ad sui pòst assumpti tempus respiciente, sic locutum, quando & nondum assumptus, imò necdũ passus, sed cum eis adhuc
Ioan.17. versans, orans patrẽ, sic dicebat, Et iam non sum in mundo, & hi in mundo sunt, Cùm essem cum eis, conseruabã
Luc.24. eos. Suscitatus autem, ad eosdem, Hęc sunt, aiebat, verba
Beda. quę locutus sum ad vos, cùm adhuc essem vobiscũ, id est, in carne mortali, in qua estis & vos. Tunc in eadem quidem
August. in Ioan. tract.65. carne suscitatus, sed non in eadem cum illis mortalitate, adeóque cum illis diebus adhuc quadraginta futurus, corporalis præsentię, non cõsortio infirmitatis humanæ. Alioqui non erat cum eis tunc simul assistentibus, videntibus, tangentibus & colloquẽtibus, &c? Nec mortalis ergo carnis cõmunione, qua cum eis ad passionem vsq;, nec præsentia corporali, qua cum eisdẽ ad Ascensionem vsq; suã fuit, qua denique pauperes nobiscũ semper fore prædixit, visibili, mũdana, familiari: inuisibili autem tam in forma seu specie panis & vini opertus licet, quàm illic apertus, præsens carnis & sanguinis, non virtute tantùm, fructu & merito, sed & veritate, huius sacramenti
Matt.18. beneficio præsens nobiscũ est vsque ad consummationẽ
1.Cor.11. seculi, donec redeat. Sic enim in locis, quos isti opponũt,
Roffen. in Oecolamp. lib.2. cap. 17.18.23. Augustini, Christi veritatẽ, id est, verum corpus, vbique, vbi nimirum rectè consecratur, esse, nihil vetat intelligi. Quod etiã sic intellexerint cum superiore Ambrosij atq; Chrysostomi loco, non ex nostris tantùm, sed ex Protestãtibus quoq; nonnulli. Quanquã planius est vt fatear,
Veritas. Brent. in Bullinger. Vestphal. in Caluin. & replicæ nedum calũniæ, minus obnoxium, vt veritas eius, id est, Diuinitas vbique esse capiatur. Nec enim necesse est nos vnilocitatis vitare Charibdim cupientes, in vbiquitatis scyllam incidere. Quæ dum vitãt aduersarij,
Aduerbia Eucharistica, allegata in Apologia nostra. Lib.7.8. cap.5.6. vitia in contraria currunt. Quæ autem Valdenses hîc aduerbia ab Eucharistia præscribunt, *personaliter*, *existenter*, ea etsi totidem syllabis aut literis mihi non occurrunt in patribus, at iis nihilo expressa minus, si non & multò expressiora, & Dominicę humanitatis hîc præsentię & existẽtię magis expressiua Græcis Latinisq; Orthodoxis visitatiora sunt, quàm vt ea supprimi negarię; possint, passim scribentibus & prędicãtibus de hoc articulo, nobis in his

sacris mysteriis verè, non spiritualiter tantùm, aut fide & charitate, quod etiam scripturis contrarium esse produnt, sed & reuera, reipsa, carnaliter, naturaliter, corporaliter, substãtialiter, præsenter, præsentialiter, id est, non secundum vim tantum, virtutem, efficaciam, fructus & merita, sed & iuxta carnis & corporis & naturæ humanæ veritatem atq; substantiam, præsentẽ adesse, offerri, exhiberi, & percipi. Etiamsi modus hic sit diuinus, supernaturalis, supersubstãtialis, tam Deo eius autori peruius & perfacilis, nedũ possibilis, quàm homini intellectu incõprehensibilis, lingua inexplicabilis, nõ modò impossibilis. Quæ aduerbia, quã sunt in veteribus Orthodoxis frequenter obuia, Protestãtes, penè omnia, horũ etiam & nostri hac in re aduersarij aliqua recipiunt, veterũ modernorúmq; locis per nos alibi citatis. Et quod Valdenses negare pergunt corpus Dominicũ sursum receptũ, alibi fuisse, esse, futurũ, nec posse quidẽ, id cœlo quasi carcere includẽtes, & ita rerũ Eucharistiæ in Eucharistia veritatẽ atq; prẹsentiã cum ascẽsionis Dominicę articulo collidẽtes, vt Diuinæ quoq; omnipotẽtię articulũ, id est, primũ & primariũ fidei Christianę articulũ tentẽt & quodãmodò impellãt, nos ad vtrũq;, Diuini inquã, Verbi in omnib⁹ verbis suis fidelis, veritatẽ, &, vt sic dicã, veracitatẽ atq; omnipotentiam, cũ priscis patribus prouocamus, qui magno & Catholico cõsensu hęc panis & vini elemẽta antè cõmunia. *omnipotẽtia* verbi fieri veracissimũ Christi corpus & sanguinem tradiderũt. Quorum etiã nemo, nec vnus quidẽ ante Vicleſum, idem sensit, aut eiusdẽ esse formæ scripsit has Domini propositiones, Hoc est corpus meũ, & Ioannes est Helias. Ideóq; earũ similitudo eadẽ facilitate qua à Valdẽsibus proponitur, à Catholicis negatur. Quòd si & ex loco Pauli Valdenses hîc æquant Hebræorũ Mannam atq; Petrã Dominico pani & calici, cum eorundẽ patrum cõsensu pugnant, imò & corpori vmbrã, & veritati figurã, & Mosem Christo, filio famulum æquiparant. De quaquidẽ patrũ & nostrũm hac in re distãtia, his quæ alibi latè scripsimus in Apologia, locũ, qui pòst nobis occurrit ex Chrysost. hîc omnium posse loco sufficere putauim⁹. Obtulerũt, ait, & aliquãdo Iudæi Domino Epinicio, *Modus.* *Cœlum, carcer.* *Omnipotentia.* *Psal.* 144. *Cyprian. ser. de cœna.* 1. *Cor.* 10. *Sacramentorũ vt testamẽtorum differentia.* *Heb.* 10.3. *Ioan* 1. *Lib.* 7. *cap.* 10.11. *in Psal.* 46.

Exod.15. Ægyptiorum exercitu in mari demerso, dicentes,cantemus Domino, glorioſè enim glorificatus eſt: Sed noſtrum eſt multò magis, non Ægyptiis demerſis, ſed dæmonibus: non Pharaone ſuperato, ſed diabolo: non in rubro mari, ſed in lauacro regenerationis: non armis captis ſenſilibus, ſed ſublato vitio: non egredientibus in terrā promiſſionis, ſed in cœlū tendentibus:non Manna comedentibus: ſed Dominico corpore veſcentibus:non aquam è petra bibentibus, ſed ſanguinem è latere. Hæc ille. Proinde peræquè parum firmum eſt, quod & aliud ſimile Valdenſes hîc afferunt (quanquam ſic cùm penè vbique, tum hîc ita loquuntur, vt & vix intelligantur)de hoc eodem Pauli loco, Petra erat Chriſtus. Quæ cùm omnibus propè Græcis & quibuſdam Latinis identica ſit, (Petra enim non illa ſaxa & immota, ſed ſpiritualis, & Iſraëlem in eremo ſequens,imò agens atque ducens,comes & dux, verè erat Chriſtus, qui populum tunc ſuum præcedebat & cuſtodiebat in via) ſit & latinis item quibuſdam tropica (nam & illa rupes tunc myſtica, ſuoque modo ſpiritualis Chriſtum vtique ſignificabat) Igitur præter variam interpretum ſuper eo Pauli loco expoſitionem, vt maximè Apoſtoli de petra effatum ſit tropicum,ecquo, quæſo,conſequio inferas, hæc Chriſti effata,Hoc eſt corpus meum,hîc eſt ſanguis meus,eſſe prom de tropica? Poſtremò quod opponunt Valdenſes, caro nihil prodeſt, nimirum quo Capernaitæ modo intellexerunt, ſumpta & comeſta. Ne ergo, vt illi putabant, Chriſtus per fruſta diſcerptus, crudus coctuſvè manducari crederetur, ſummus ipſe ſacerdos ſeipſum pro nobis Patri offerens, ſacramentum, quo verè & ſalubriter manducari poſſet at bibi,confecit: tradénſque diſcipulis, ne in myſterio myſticè,& non propriè vel verè loqui crederatur,ait,non, futurum prædico: non, abſens aliquid denuncio: ſed H o c, quod præſentialiter do,eſt corpus meum,non figuratum, ſed verum: ipſum quod pro vobis tradetur. Hic eſt ſanguis meus,idem ipſe qui pro vobis effundetur: addens etiam propriè proprium ſuæ carnis & ſanguinis effectum, ſcilicet in remiſſionem peccatorum. Cum enim ſolius Dei ſit remittere peccata, cui

Epiſtion Chriſtianæ Iudaico magnificētius.

Tit.3.

Petra.Chriſtus.

Ioan.6.

Auguſt. tractat.27.

Alger.li.1. cap.12.

HOC. CORPVS.

soli peccatorum debetur remissio : cuius nisi ipsius Dei corpus ab sanguis posset remissionem peccatorum operari ? Certissimo igitur sui Christus sanguinis priuilegio, veritatem carnis & sanguinis sui astruxit in mysterio (Eucharistiæ sacramento) in quo testificatur nobis Dominus, quòd corpus suum accipiamus & sanguinẽ, num debemus de eius fide & testificatione dubitare? &c. Ad id denique Domini, quod nec Valdenses omittunt, Verba quæ locutus sum vobis, Spiritus & vita sunt: Quid est spiritus & vita sunt? Spiritaliter intelligenda sunt. Intellexisti spiritaliter ? Spiritus & vita sunt. Intellexisti carnaliter ? Etiam sic illa spiritus & vita sunt, sed tibi non sunt, Sic vtique intelligenti carnem Domini quomodo in cadauere aut in macello concisam credentibus erogandam . Quid igitur vnus pro multis, vnicus pro vniuersis Petrus? Verba vitæ æternæ habes. Vitam æternam enim habes in ministratione corporis & sanguinis tui. Vt nos credimus & cognouimus, quia tu es Christus filius Dei viui, id est, quia ipsa vita æterna tu es, & non das in carne & sanguine tuo, nisi quod es, hæc Augustinus. In quibus habes obiter dogma quod vocant, concomitantiæ, quo totus Christus, & totum quicquid Christi est, nobis in his mysteriis & adest, & datur, & sumitur, iuxta illud Ambrosij consequium, In illo sacramento Christus est, quia corpus est Christi. Et alibi, Cùm celebranda est oblatio, tunc vtique paratus assiste, vt corpus edas Domini Iesu, in quo remissio peccatorum est, Suscipe antè Dominum Iesum tuæ mentis hospitio, Vbi corpus eius, ibi Christus est, &c. Ibi ergo, in Eucharistia inquam, Christi corpus & sanguinem, adeoque Christum totum, quem verè sumimus, non adoraremus ? Nihilnè igitur de hac tandem adoratione Valdenses ? Hæc enim est præcipua huius syluæ materia. Imò permulta, sed cũ superioribus parum conueniẽtia, vt error est vellua multiceps, & siquidem locis posterioribus, quibus in sacramento Domini corpus, adeóque Dominum ipsum personaliter adesse negant, ibi colendum negarent, errorem quidem, sed errori suo conuenientem facerent, & sibi constarent. At verò cum prioribus etiam locis, quibus

Priuilegiũ c. & 5. Domini.

Ambr. li. 4. de sacramẽ. cap. 5.

Ioan. 6. Auguſt.

Concomitantia.

De mysteriis ca 9. In psal. 118. ſer. 8. ver. 6.

Valdenſ. de Eucharistiæ veritate inconstãtes de cultu conſtantes.

panem nihil immutatum naturale Christi corpus esse profitentur,& id,verum inquam, Christi corpus ibi esse, ibi præsens,ibi tamen in sacramento haud dubiè,id adorandum negant, quomodò non pugnantia dicant? Nam quo locorum ex eis præallegatorum primo credere se scribunt reuera panem acceptum, fractum,benedictum, Christi esse corpus, subiiciunt, Christum redemptorem nostrum vetitu eius dissuasi, & præcepto eiusdem astricti,cultu,honore sibi digno colimus:aliud venerari quẽ admodum ipsum solum in dextera residentem cum Pãtre & spiritusancto vehementer metuimus,&c. Hæc illi. Et verò nos non aliud, nec alium in cęlo,alium in sacramento adoramus, sed vnum eundem ipsissimum vtrobique Christum, quoniam secundum paulò anté dicta,vbi Christi corpus, ibi totus Deus homo Christus. Pergunt autem, & seipsi non procul in confessione sua, quod de fortuna quidam cecinit,

Tantùm constantes in leuitate sua.

Dialectica negatiua.

Sic exponunt, Quod nobis ab autore Christo iussum est obseruari, id duntaxat erga hoc sacramentum facimus:quod minus est imperatum, nos in eo morem non gerimus.Mandatum autem est credere, sumere, manducare,eoque memoriam beneficiorum eius facere:Colere autem sacramentalem subsistentiam corporis & sanguinis nullum iussum est credentibus traditum. Nam discipulis discumbentibus vtendum dedit, Cui obtemperantes comederunt & biberunt sine cultu eiusdem sacramẽti. Ij porrò eorũque successores diu per domos fidelium incedentes, panem frangentes, & cum lætitia suscipientes, nullam tali sacramento venerationem exhibuerunt, nec sic tamen errantes,nec hæretici fuerunt, personalem potius Christi subsistentiam in dextera Patris venerati. Veris enim maiestatis diuinæ cultoribus vtroque mandatum testamento,Christum verum Deum & hominem non in sacramentali existentia, sed in naturali & personali subsistentia in dextera genitoris sui colere adorareque: veteri quidem illo, Dominum Deum tuum adorabis,& ei soli seruies: Nouo autem hoc, Deus illum exal-

Traditum, licet nõ scriptum.

Apostoli adorauerem,non signum.

Act. 2.4.

Negatiua hæc ad probabitur.

Deut. 6.

Phil. 2.

tauit, dedit ei nomen super omne nomen, vt in eo flectatur omne genu cœlestium, terrestrium, infernorum, & omnis eum lingua confiteatur in dextera Dei patris esse. Quod & incarnata veritas corroborat, vt, inquit, homines, sicut Patrem honorant, sic honorent & Filium. Patrem autem hîc nemo in creatura, sed in cœlis veneratur, Vt oratio à Christo edita testatur, Pater, inquit, noster qui es in cœlis. Quem gentium doctor æmulatus, flectio, ait, genua ad Patrem Domini nostri Iesuchristi. Pari ideo honore ac cultu cum Patre filium etiam venerandum esse tali quoque ratione admonemur: *Christus* enim in terris conuersans, omni licet honore dignus, homines, vt eum hîc colerent, minimè cogebat, sed suam apud Patrem suum clarificationem optauit, quam se ante mundi constitutionem habuisse enunciauit, vt illic à veris cultoribus post Ascensionem suam residere fateatur, & illic etiam adoretur. Aliter se in eripso habere vel facere vtroque prohibet testamento: veteri quidem, Non facies, ait, tibi sculptile, nec imaginem (similitudinem) vllam earum rerum quæ sunt in cœlo, nec in terris, nec in aquis: non adorabis ea neque coles. Nouo autem, Venient, inquit, multi, & dicent, Hic est Christus, aut illic: ne credatis, neque exeatis, neque sequimini, quoniam personaliter in naturali sua substantia nunquam nisi ad iudicium est descensurus. Quod & Catholico approbatur articulo, Ascendit ad cœlum, *Sedet ad dexteram Patris inde venturus iudicare viuos & mortuos.* Et in excusatione, quo iidem loco hunc panem credunt esse corpus Christi post consecrationem, & corpus Christi ibi esse (sic enim loquuntur, & hanc fuisse primitiuæ Ecclesiæ fidem. Subiiciunt, Et ea non errauit, & non fecit huic sacramento reuerentiam: quia illo tempore exemplo CHRISTI sedentes statim acceperunt. Et paulò pòst, Hoc sacramentum corporis & sanguinis sui CHRISTVS non dedit ad venerationem, vt ibi adoraretur, cum quo in superioribus sedet, adorari debet cum Patre & Spiritusancto. Nec ita pòst eadem & per eadem, omnia penè superiora repetunt, addentes, Si crederemus

Ioan.5.
Mat.6.
Ephe.3.
Ioan.17.
Exod.20.
Leuit.26.
Deut.5.
Matt.24.
Marc.13.
Luc.17.
Christũ in Eucharistia non idolum adoramus.
Nec ad eã hunc descendere docemus.
Et à sedentibus adorari potest.

Nec nos eadem esse modo credimus

corpus Iesu in sacramento cum eiusmodi existentia, sicut est ad dexteram Dei Patris: certum est quòd nos rebellantes venerationi huius corporis, essemus etiam contrarij nobis in adoratione. Sed credimus quòd panis & vinum est corpus & sanguis Christi in existentia benedictionis, factis solùm ad sumptionem, & vsum, & memoriam: Quia si Dominus corpus & sanguinem suum expenderet in huiusmodi forma, sicut nunc credunt esse sub sacramento: profectò suos non neglexisset, sed manifestasset Apostolis, vt surgentes primùm venerarentur, deinde sumerẽt. Si tunc noluisset, posteà tamen S. Paulo mandasset, qui de eo mandatum à Domino accipiẽs, non fecit mentionem, sed præmonuit Corinthios, vt nõ Idololatrarent. Et non reliquisset sic primos Christianos in ignorantia multis seculis, quod nostri ex sola consuetudine inducti hoc fecerunt, quam videntes, posteà confirmarunt propter obedientiam Rom. Pontificis. Nec procul à fine responsionis ita scribunt, Qui Christum in terris personaliter esse sentiunt, sicut in dextera Patris sedet, ij Christum diuidunt, & contra pręceptũ hîc monstrant. Mox quæstionem eis antè factam, qua interrogantur, si idem Christus adsit, quem sub sacramento corporis & sanguinis se simulant nobiscum credere, vel si est differens ab illo qui sedet ad dexteram Patris. Si ille est, quare non venerantur hunc vt illum (vel melius, Si idem vtrobique Christus est, cur eũ non hîc vt ilhic venerãtur?) hanc, inquam, quæstionem in facientes sic retorquent, Estnè ibi idem Christus, quem sub sacramẽto esse simul nobiscum dicunt, an ab illo qui sedet ad dexteram Patris distinctus? Si est idem verus Deus & homo, substantialiter & naturaliter in sacramento, & in fidelibus sacerdotibus, vel aliis hominibus id & Christum in eo sumentibus, nec diuisus ab eo qui in cœlis est, cur eum non venerantur & adorant in homine, sicut in sacramento & ad dexteram Dei? Et certè plus hoc facere deberent ex præcepto fidei, quia digniore modo est in homine quàm in sacramento: in sacramento enim propter hoc est ad tempus, vt eum sumant homines cum reuerentia, nõ solùm ad tempus, sed in perpetuum, sicut dici potest & cõfirmari

Manducauerunt & adorauerũt, Psal. 21. Aug. suprà. 1. Cor. 10.

Christus idem vtrobique, nõ diuisus, sedulitater atque aliter.

Ratio antè reddita est. & post adhuc reddenda.

firmari ex verbis Christi dicentis, Qui manducat hunc panem, viuet in æternum. Hactenus aduersus Euchari- *Ioan. 6.*
stiæ cultum Valdenses.

Quæ quia moderni nouatores (vt ad eos quoque tandem aliquando veniamus) ad verbum sua fecerunt, nos præter superiora scholia, locis quibus breuiter satisfactũ iri posse putauimus, breuiter affixa, & vbi simpliciter, nullaque probatione proposuerunt, eadem nos simplicitate absque probatione negauimus, nostra etiã faciamus nostratium, hoc est, Catholicorum recentiorum ad illos & ad illorum probationes responsa. Adeò enim hæc Valdensia ab iis quæ paulò pòst tradiderunt hac de re nõ sacramentarij tantùm, sed quidam etiam Lutherani, aliena non sunt, vt ab eis hæc ad verbum accepisse videãtur, nos sua in eos argumenta, quę totidem penè verbis cum Valdensibus recitant, totidem quoque propemodum cum quodam ex nostris doctissimo retorquemus. Sic enim, vt *Rosseñ. in* superiorum hæreticorum primi, medij, vltimi, & qui eos *Oecolamp.* sequuntur, nouatores & reformatores hodierni volunt, *lib. 1. cap. 2.* si corporis & sanguinis Dominici in Eucharistia cultus & latria esset idololatria, vel vt quidam eorum loquitantur, artolatria, tota ita inquã, Ecclesia annis iam plus mille quingentij idololatra fuisset, ac proinde omnes ad vnũ damnati, quotquot ante nos, minime patrum catholicorum prohibente, Christum in hoc sacramento adorarũt. Quæ idololatria cũ longè grauior esset quouis sacri sym- 18.
boli abusu, mirum quòd ex innumeris qui eam commiserunt, Christicolis, in neminẽ Deus animaduerterit, qui 30.
leuiores alioqui rerum sacrarum violationes tam seuerè *Proem. li. 3.*
vindicarit. Tandiu passus sit Ecclesiam adeò crassè errare, vt hæc creaturam vice ac loco creatoris, merũ panem *& ca. 15.*
pro vero Christo tot seculis cum tanta hominũ adoran- *Lib. 1. c. 15.*
tium pernicie adorarit. Neque verò sic auelluntur fideles 20. 22.
ab adoratione Patris, aut ab ea subducuntur, seducuntúrve, qui filium in sacramento adorant. Adorãdum in cœlo Dominum nemo negat, sed & eundem in Eucharistia etiam præsentem, imò vbicunque fuerit seu adfuerit, non solùm fatemur, sed etiam profitemur. Si quod repererũt Concilij decretum in ea Christum vetantis adorari, pro- *Lib. 3. ca. 5.*

ducant. Nam vt Deum, qui in cœlis est, adorare nemo vetat, ita cùm eundem in sacramento certò pariter esse credamus, meritò impietatis argueremur, nisi pariter hîc eum quoq; adoremus, corpus videlicet Deitati hypostaticè vnitum, & totum verè sub vtraque specie sese nobis exhibentem Christum. Cuius in his mysteriis cultus & adoratio, latria est, & ad primum legis Dei præceptum pertinum, vt constat ex Græcis liturgiis ita, respice, Deus, super hanc nostram latriam, & hanc acceptam habeas, vt accepta olim habuisti Abelis munera, immolationes Abrahæ, Moysi, Aaron, Samuelis pacificas, & sacerdotum sacrificia, & quemadmodum cœpisti ab Apostolis veram hanc latrian, ita hæc ex nobis dona peccatoribus accipe, &c. Angeli sanè tot mirabilibus circa hoc sacramentum factis, vel moliebãtur populi hac de re fidem augere, vel nimis stupidi, cùm hæc operentur miracula, periculũ minus aduertebant, ne populus pro creatore creaturam adoraret. Et huius Idololatriæ quã redderent rationẽ patres, qui Christum ibi & adorarunt, & adorandum scripserũt? Quid quòd iustorũ argutia meris insistit negatiuis? Non legitur, non traditur in scripturis Apostolos adorasse. Respondemus adeò stupidos non fuisse, vt cùm Christum ipsum coràm cernerent, eo relicto, signum adorarent (at rem ipsam iuxta præmissa, manducarunt & adoraverunt, &c) Erant (aiunt isti) perseuerantes in doctrina Apostolorum, communicatione, fractione panis, & orationibus. Quid tum? An ex hoc loco volunt nullam eos huic sacramento reuerentiam exhibuisse? An non reuerenter & Apostolicam doctrinam audiuerunt, & inter precandum se gesserunt? Quid ergo de interposito dubitãdum, quin hoc sacramentum ab Apostolis distributum cum reuerentia primitiua illa Ecclesia communicauerit? Rursum, non credimus, inquiunt, Christum soluisse legem de adorando Patre in spiritu, & adoratores ad carnem suam transmisisse, à qua semper reuocarit. Respondetur, Si Christus in carne, etiam diuinitati personaliter coniuncta non est adorandus, cur toties in ea seipsum permisit adorari, & ipsum adorantium tam sæpe fidem laudauit? Nam quod vrgent de adorando Christo sic in

Lib. 2. c. 20 Basil.

15.

Angeli. Miracula.

Proem. li. 4

Lib. 1. c. 19.

20. *Dialectica negatiua inefficax.*

Psal. 21.

Act. 2.

Lib. 3. ca. 5.

homine, vt in sacramento, Nos vti non adoramus externam panis & vini speciem, sed præsentem sub vtraque IESVM, ita siquidem de quoquam certi essemus, quòd eum haberet in pectore, qui in eo prohiberet, non hominem, sed in homine præsentem Christum adorare? Nam verba illa Domini, Ecce hîc ecce illic, nihil minus quàm huc spectant, sed fugiendas hæreticorum sectas, & schismaticorum falsa dogmata, qui Christum, id est, germanum verborum eius sensum in Catholica esse negantes apud se suosque supplices, in angulis & conciliabulis suis falsò ostendunt. Hæc ille Catholicus ad superiora Valdensium, vel potius quia eos non nominat, ad modernorum, in quibus illi renati quodammodò sunt, argumenta eatenus sui similium, quod vt Christi in his sacramentis præsentiam, ita cultum non inconsequenter negare videntur. Inconsequentissimè verò, vt sic dicam, alij, qui Christum verè hîc & realiter adesse nobiscum contendunt, & contra nos adorandum peræquè vt illi, negant, Non est hîc aiunt, vt adoretur, sed vt manducetur à fidelibus. Et nusquam legimus in scripturis hîc coli se nec adorari velle. Omnis autem cultus, Deo, nullo eius verbo, quo sic à nobis coli se instituerit aut exegerit, exhibitus, est idololatricus. Respondet alter aduersariorum antagonista acerrimus. Ergo idololatræ fuerunt Magi, qui procidentes. CHRISTVM in cuius, materno ve sinu adorarunt, quasi non ad hoc incarnatum vt adoraretur hîc in mortali corpore, sed vt conspueretur, cæderetur, crucifigeretur, qui ministrare, non ministrari venerat, cuiusque cultus hic nullo expresso ex scripturis, quòd isti proferre possint, verbo à Magis fuerit exactus. Si præsentem CHRISTVM corporalibus oculis viderent aduersarij, vt hîc eum in terris adhuc agentem in corpore primitus mortali, deinde glorioso viderunt discipuli aliiq;, neque dubitarent eum verè esse quem viderent, qua ei cunque demum causa placeret se illis ostendere, an tamen sic quoque dubitarent eum adorare? An verò potius eundem fortasse antè interrogarent, an ab eis adorari vellet? Hoc certè

Aliter respõ sum li. 1. ca.

Ecce hîc, Illícve, li. 5. cap. 31.

Alber. Pig. controue. 8.

Mat. 3. Magi de quibus antè ex Chryſoſt. Theodo. &c. Matt. 20. Mar. 10. Luc. 22.

Psal.4. docet diuini vultus lumen super nos signatum, vt numen diuinum, vbicunque singularem eius præsenti am persentiscimus, adoremus. Quid igitur ij dubitant Christum in Eucharistia nobis quasi familiarius se ingerentem, ostendentem, apparentem, adorare? in qua certioribus fidei quàm carnis oculis tam verè præsentem vident, quàm in matris erat gremio, cùm adorabatur à Magis, quàm cùm in cruce pendens, à Centurione Dei filius, nedum homo iustus agnitus coleretur, quàm nunc sedens ad dexteram ab angelis indubiè adoratur. Hæc ille solidè, meo quidem iudicio, atq; consequenter. Vt igitur Christus etiam hîc seu adhuc in mundo se adorari non compulit, quo odioso sanè verbo minus sanè Valdendes, sed nec vetuit, imò sæpius admisit, à Matre primùm, quæ quem genuit, adorauit: A. Magis, Matt.2. à leproso, Mat.8 Mar.1. Luc. 5. ab Archisynagogo, Mat.9. Mar.5. Luc.8. à dęmoniaco, Mar.5. Luc.8. à Chananæa, Matt.15. Marc.7. à discipulis, Matt.14. à cæco nato, Ioan.9. à matre filiorum Zebedęi, Matt.20. & quidem adhuc mortalis. Suscitatus autem, à mulieribus & vndecim Apostolis, Mat.28. & cœlũ ascendens, Luc.24. Deum autem vnitrinum in omni loco dominationis eius, nedum in cœlo benedicimus, oramus & adoramus, Psal.102. Soph.2. Matt.1. Ioan.4.1. Timot.2. monitũ & interdictum, vt ne hîc eum aut illic ostendentibus credamus, dicimus suo eos more facere, hoc est, scripturæ cõtortas & alienas, & nihil ad rem facientes expositiones afferre. Constat enim ex huius apud tres Euãgelistas textus circunstantiis, Dominũ de sectis futuris tum prędmonuisse, ac sectaris, quales statim post Christũ extiterunt, qui se aliquos, magnos, Christos etiam dicerent, Theudas, Iudas, Simon, & nescio quis Ægyptius, & in vtbis sanctæ obsidio tres illi totidem factionum principes, zelotæ, turbas post se trahebant, & in vniuersum hæretici, quorum primus Simon Magus, extremus est Antichristus, falsi peruersique magistri, quorum dogmata vt sunt particularia, sic particularia obtinent loca, cùm doctrina Christi vt catholica est, ita totum orbem complectitur, & ab orbe toto amplexa est. In horum ergo neque partibus, neque doctrinis morandum. Quem locũ nihil im-

Sic antè Chrysost. cõtra Anomeros.

Matt.7. Mar.15. Luc 23. Psal.96. Hebr.1.

Ecce hîc, aut illic.

Sectæ & sectarij. Act.5.8.21 Hie. Bed. Aug.

pedit,quin vt D.Augustinus Donatistico, ita hodierno schismati,pauculis immutatis citra vim vllam sic accommodemus. Tam multis enim hodie clamantibus, Ecce hîc apud nos Iesus: aliis verò reclamantibus, ecce illic, procul, aut etiam propiùs, vel in profundo Alpinarum gentium deserto, vel in mediis Germaniæ penetralibus, vel in penitus toto diuisis orbe Britannis, vel in Gehennæ cubiculis, quasi vbi non magna sit multitudinis frequentia, vel in Gallicis etiam conuenticulis, Aliis deniq; aliò vocantibus & reuocantibus. Sic autem vniuersis Iesum, cùm sit vnico, vt ait ille, magis vnicus, sibi arrogantibus, vt aliis eũ præter se, omnibus abrogẽt, eccui quęso, crederemus, quàm dicenti, ne credideritis? Quem sequeremur, nisi mouentam, ne sequimini? Quò exiremus? an non potius audientes, nolite exire, quicquid alij vndecunque contrà afferant, in corpore, in toto, non in aliqua terrarum parte, sed vbique diffuso, cunctis conspicuo & notissimo remaneremus? Ergo siue in scripturis canonicis, omnium vbique consensu receptis, quasi in domibus, siue extra scripturas, aut in scripturarum inauditis expositionibus, qualis est hæc Valdensium, & qui eos hodie sequuntur, aduersus Eucharistiæ cultum torta & tortuosa, quasi in solitudine, Christum contra Christum ostentent, nos eis credere non debemus, nec à fidei regula, aut prima & Ecclesiastica traditione, qualis est hæc de sacræ Eucharistię cultu, exire, & non aliter inquam, credere, nisi quemadmodum Dei nobis tradiderunt Ecclesiæ, hic sit ergo Valdensium, & ita veterum huius, cultus hostium tandem finis.

De vnitate Eccles.ca.3. 10.20.

Christus vnico magis vnicus.

Origen.tra. 29.in Matt.

LIBER QVINTVS,

QVI EST MODERNIS EVCHARISTICI CVLTVS aduersariis.

Lutheriana, & Melanchthoniana.

CAPVT PRIMVM.

HIC labor ille domus, & inextricabilis error.

Modernorum inquam, Nouatorum de hoc argumento Labyrinthus quouis Dædalyo, magis inobseruabilis, vt cuius artifex quouis Dædalo plus logodædalus, quouis crete cretensior, de Eucharistiæ vt substantia, sic cultu, aliud stans, aliud sedens senserit & scripserit, visitator verum Christi corpus in pane, & in vino sanguinem astruxit, doctor species tantum agnouit, pòst & substantiam cum accidentibus affirmauit, mox liberam hoc vel illud sentire permisit, nihil hîc referre quicquid à quouis credatur. Hic scepticus, imò vti dicere solebat, Suermerus, Aliàs Vicleffista factus, hîc elementorum retinuit substantiam, & tam identicam asseruit propositionem esse hanc, Panis est corpus, & hanc, vinum est sanguis, quàm hanc, Deus est homo, vt contra omnem naturam, rationem, logicam, philosophiam, duas essentias differentes, imo disparatas, vnam essentiam esse atque dici: Sic præter omnem scripturam, in qua nusquam propo-

Lutherus sepiceps. c. 19.20.21.

Thesaurus pa. 609. ex captiuitate Babylonica. Impanatio vt incarnatio.

sitiones illæ neque pictæ, neque fictæ, neque scriptæ. Sacramentariorum tamen hostis adeò irreconciliabilis, vt diceret habere se malle cum papistis merũ corpus & sanguinem, quàm cum illis merum panem atque vinũ. Nunquam verò melius, quàm cùm explosa omni curiositate simpliciter in Christi verbis hærens, contentus erat verũ Domini corpus eorundem verborum vi hîc adesse, paratus alioqui, quicquid ibi fiat ignorare, nec enim necesse operationis diuinæ modos omnino cõprehendere. Qui adeò se exercent & subtilitatem suam, meditantes vbinã panis maneat, quando in Christi carnem transmutatur, & vinum in sanguinem, superfluè curiosi sunt. Nõ enim refert si nescias, & non quæras: satis est nosse quòd sit signum diuinum, in quo verè est caro & sanguis Christi, sed vbi & quomodò ipsi committe. Quid igitur idem super adoratione? Vbi externa sola est adoratio, ibi mera hypocripsis, Agnoscimus, Qualis totus regni papistici cultus in festo paschatis & corporis Christi, in Missis omnibus, & in processionibus vbi circunfertur Eucharistia. Hoc verò, Luthere, nimis est iudicare seruos alienos, eos prẹsertim, qui, quorum corda videt, & numerum nouit Deus, cultum internum cum externo iungũt. Alibi ergo, Qui non credit, ait, ibi esse Christi corpus & sanguinem, nihil mirum si is neque spiritualiter neque corporaliter adorat. Qui autem credit, vt credendum esse ostendimus, is certè vel sine monitere, reuerenter id & religiosè tractabit. Rectè quidem atque consequenter. At inconsequenter, neque rectè. Est inquit, nihilominus discrimen aliquatenus inter Christum in cœlo sedentem, & in sacramento, aut cordibus credentem existentem: Illuc ideo translatus, vt eum ibi adoremus cœli ac terræ Dominum, hîc non ideo vt adorari velit, sed vt tales viuificet. Ex hoc tamen id sibi respondet non consequi, prorsus hîc non esse adorandum, cùm & se in terra conuersantem adorantes Magos, cæcum, & plerosque alios non reiecerit. Liberum ergo relinquit hîc adorare, vt de quo nullum Dei extet præceptum. Cumque adoratio sine periculo non fit, vbi fides & verbum non exercetur, tutius forsan fuerit cum Apostolis nõ adorare,

Verborum vis.

Si manet, quomodo mutatur? si mutatur, quomodo manet.

Adoratio externa sola hypocri. Rom. 14.

Adoratio libera periculosa.

quàm pro vulgi more adorare, non quòd prorsus impiũ per se sit, sed quòd in adoratione plꝰ inest periculi, quàm vbi amittitur. Nos, Luthere, adorationem fidei dicimus esse professionem ac exercitium, eam proinde sine fide, non tantùm non esse sine periculo, sed cum certissimo esse periculo. Apostolos verò tũ non adorasse, tibi quondam tuus negitaret Augustinus, cuius præclarum illud est in contrarium testimonium, Carnem illam nemo mãducauit, nisi qui & adorauit. Malè ergo contrà à te præsuppositum, præsumptum, assumptum, peius & assumptum & illatum, pessimè dubitatum, & nihilo melius liberum relictum. Breuiter aut nega ibi Deum tuum corporaliter & substantialiter, quod toties ais, esse, aut more patrum tuorum venerare. Ait ergo, Plerique se torserunt inanibus quæstionibus, quomodò Christi anima tota deinde diuinitas, Pater & spiritussanctus sint in sacramento. Mirum vero quòd iidem non solliciti sunt, quomodò tot chiliades Angelorum, Sol & Luna, & sidera immensi numeri, & hæc tota rerum vniuersitas simul cũ Deo suo sint in hoc sacramento. Deus non iubet me scrutari, quomodo Diuinitas, Pater & Filius & spiritussanctus hic sint, satis mihi sit me scire, quòd verbum hoc quod audio, & corpus quod recipio, sit verè verbum, & corpus Christi Domini mei. Scrutationem tam imperuestigabiliũ profunditatum relinquo Sophistis, &c. Hactenus Lutheriana. In quibus eius quicquid est siue boni, siue mali (& is enim sæpe, quod est in prouerbio, valde opportuna locutus) loca sunt à Cochlæo indicata. In iis & illud, quod alicubi scripsit Lutherus, malle se fusto corpus Christi sacramentum stare intus, cùm processionẽ non posset prohibere, aliqua saltem coniectura est non omnem ab eo reiectam fuisse huius sacramenti asseruationem. De rei autem summa, hæc sunt, quæquidem viderim, scripta eius nouissima, superiore nimirum quàm obiit anno, ad Articulos Louanienses, in Eucharistia sacramento venerabili & adorabili esse, exhiberi, sumi verè & reipsa corpus & sanguinem Christi tam à dignis quàm indignis. Et hæreticos seriò censendos, & à Dei Ecclesia alienos omnes sacramentarios, qui negant corpus & sanguinem

Anno, 1545. Articul. 16. 28.

Christi ore carnali sumi in venerabili Eucharistia. Habemus igitur retentam à Luthero in hoc sacramento rerum cum signis veritatem præsentiam, adorationem, etiam externam, cum interna modò, quam & ipsi requirimus, coniunctam. De quo vtroque honore sic alicubi scripserat, Honor est vt credam verum esse, ac fieri quicquid sacramenta significant, & quicquid in eis Deus dicit & indicat, vt dicam cum Maria Dei genitrice, Fiat mihi secundum verba & signa (sacramenta) tua. Cùm enim loquatur & designet ibi Deus per sacerdotem, non possit in suis verbis & operibus magis inhonorari, quàm dubitare quempiam an verum sit: neque magis honorari, quàm credere quòd verum sit, & ei seuerè confidere. Et alibi, Multò magis ædificat in piis, expendere & fide apprehendere verba Christi hoc sacramentum instituentis, quàm occupari in honore externo sacramenti, vt quidam faciunt, qui ad pompam externumque cultum sacramenti verba seduxerunt. Proin si flexo poplitè, aut nudato vertice sacramentum veneraris, & non idem, aut etiam plus honoris exhibes sacramenti verbis, corde saltem & affectu, tunc iam plenè inuerteris sacramenti honorem debitum. Ex re igitur pietatis esset, ac necessarium, siquidem velis hominum conscientiis consulere, eos à sacramento ad verba reuocare, vt assuescerent multò plus verba quam sacramentum considerare. Et hoc quoque non ille quidem malè, si addidisset, mẽtes in res ipsas omnium maximè intendendas. In Thesauro item annis xx. post eum mortuum in lucem edito, Nos, ait, non tantùm orantes, sed & baptisantes, absoluẽtes & absoluti, & accedentes ad sacram Synaxim, quin & ad recitationem Euangelij, genua flectere, vel saltem stare debemus, in signũ adorationis siue reuerentiæ & gratitudinis vt, vel si in cœna Domini, nihil aliud porrigeretur præter panem & vinũ, sicut sacramẽtarii blasphemant tamẽ quia est ibi promissio, & vox diuina, & spiritus sanctus operatur, ideo cum reuerentia decebat accedere. Quãtò magis id fieri par est, quanto credimus adesse cum verbo verum corpus & verum sanguinem? Sic enim Patres adorauerũt Deum Deique promissiones, eorumque signa, quia norãt

Luc. 1.

Anno 1566. pag 585.

Reuerentia in tractando verbo & sacramẽto.

Patres vt adorauerũt.

adesse verbum,& opera habebant sacrosancta, & dignis-
Gene.24. sima reuerentia & adoratione. Vt Abraham,cùm ageba-
47 tur diuinum negotium,nimirum iuramentum sub fœmo
Hebr.11. re, in fide Christi incarnandi. Ad cuius etiam mentionem Iacob monet gestu adorationis, honorat promissionem, & inclinato capite ad partem anteriorē non retrorsum,eo se gestu testatur in Christum venturum credere ac respicere. Ea inquam,spe ac fide caput flectit ad lecti caput,non ad medium vel finem, & manus complicat, vt nihil aliud sit nisi gestus reuerentiæ & adorationis in tanta re, in promissionis nempè diuinæ recordatione, quam tunc habebat in verbo, pòst reipsa & opere ad-
3.*Reg.*1. implendam. Sic Dauid vidēs filium Salomonem sibi successurum in regno, pectore & capite inclinat, & inuocat Deum,& gratias agit: Ita nos quoque cùm Dei verbum audimus,si non poplite flexo,corde tamen humili, cumque reuerentia & singulari pietate id excipere debemus. Sic bonum est, quòd sacramentum altaris colitur flexis genibus,quia ibi est verum corpus & sanguis Domini,& spiritus sancti præsentia, & promissio, & verbum diuinum,reuerenter vtique audiendum, quia ibi Deus opera-
*Gene.*32.33. tur,& ostendit se Dominus. Quod in Mose aliquoties di-
*Exod.*33.34 citur facies Domini dicitur, Nimirum quòd adest & ap-
Sacramēta sunt facus Dei. paret mihi Dominus,vbi certè decet me assurgere,aut in genua procumbere. Nostræ enim apparitiones vel facies Dei,pares,imò superiores sunt omnibus in Mosi lege apparitionibus. *Sacramēta* sunt facies diuinæ, per quas nobiscum loquitur & operatur Deus in particulari, siue singulari,& indiuiduo. Me baptisat,me absoluit, mihi porrigit corpus & sanguinem suum ministri lingua & manu,
Sacramēta salutis instrumenta.
Baptismus.
*Mat.Luc.*3 In his instrumentis salutem operatur. Ea est Dei præsen-
Marc. tia, forma & apparitio. In baptismo non geritur huma-
*Ioan.*1. num aliquid,sed aqua est velū seu instrumentum mediū, sicut etiam verbum quo velatur Deus. In eo referendi semper oculi ad manifestam illam in iordane apparitionem,vbi auditus Pater est,& visus Filius,& apparuit spiritus,in eo sonat vox Trinitatis, nec aliter audienda aut accipienda Baptismi verba. Sic cœna quoque instrumentum est, quo dat mihi corpus suum, & ita reuera pascit

& cibat nos Deus, non minister. Iustum igitur est, vt si non corpore, at toto corde inclinemus, & reuereamur Deum in iis nobiscum loquentem, nobis apparentem, & in nobis operantem. Et necessaria est adoratio, si non corporali incurratione, at spirituali reuerentia. Hodie verò in tanto verbi & sacramentorum contemptu pauci hæc curant, siue sedeant, siue assurgant, præsertim vbi, vt in populo quondam Israël, neglecta vera verbi & pietatis cognitione, ceremoniarum tantùm dediti sunt obseruationi, cùm in Euangelij lectione aut prædicatione, tum in sacramentorum vsu & administratione. Et hactenus etiam non malè, si vtranque modò, mentis inquam, & corporis coniungat adorationem. Extat & in eadem Thesauro, eiusdem de circungestatione fragmẽtum, huius oppugnatoriũ, sed nulla probatione, &, vt ita dicam, gratuitum. Cui nos opposuimus quæ super Eucharisticis antè processionibus nobis occurrerunt. Fuit & illi non minus penè cum suis, quàm cum nostratibus super reliquiis sacramenti negotium. De qua etiam controuersia sic idem Theusaurus, Docuerat sacramẽta actiones esse, non stantes factiones, proinde reliquũ sacramenti cum communicantibus ebibere & comedere. At eidem nixus fundamẽto Vvolferinus quidã, eiusdem reliquũ cũ priore pane atq; vino miscebat, & confundebat, solito scilicet schismato inter schismaticos. Ad hunc sit ille rescripsit, Quæ est ista singularis tua temeritas, vt tam mala specie non abstineas, quam scire te oportuit scandalosam esse? Quo exemplo id facis? non vides certè quàm periculosas quæstiones mouebis, si tuo sensu abundans contendes, *Cessante actione Cessare sacramentum.* Vis fortè Zuinglianus audire, vt Zuinglij te insania laborare credam, & hac via simplicibus & aduersariis suspicionem dare, te sacramenti esse contemptorem, & hac mala eos specie offendere. Cur non imitaris alias Ecclesias? cur solus vis nouus & periculosus autor haberi? Nugas ais esse, & pro nugis sic insanis, sed sunt nugæ nimirum seriæ, vt non sit necesse quæstiones istas scandalosas & periculosas moueri, de cessatione actionis sacramentalis, in quibus suffocaberis, nisi resipiscas. Et hoc enim argumẽto totum

Adoratio insita & necessaria, ergo non libera.

Pag. 595. Circungestatio, Reliquiæ Sacramẽti.

Pag. 609. Vvolferimus.

Retorque hac in Lutherum.

Actione cessante non cessat sacramentum.

sacramentum tolles, non habens quod respondeas obiicientibus, inter agendum plus cessare sacramẽtum quàm exerceri. Tandem deueniemus ad Cratyli portenta, vt cogamur actione tantùm habere sacramentum, non intermissione accidentium. Et tandem erit tempus & momẽtum sacramenti causa, & alia multa absurda sequentur. Quare este conformis aliis Ecclesiis, nec bellum inferto, ne succumbas cum ignominia. Ego pro viribus singularitati tuæ scandalosæ & offensiuæ aduersabor, nec vltimam horam meam tuis scandalis onerari. Et iterum, Philippus (vt de hoc quoque hac in re nonnihil dicamus) rectè scripsit, Sacramentum nullum esse extra actionem sacramentalẽ, sed hanc vos nimis præcipitanter & abruptè definitis, sic effecturi vt nullum prorsus habere videamini sacramentum. Nam si ea stet tam festinata actionis præcisio, sequetur quòd post prolationem verborũ, quæ est potissima & principalis in sacramento actio, nullus percipiat Christi corpus & sanguinem, eò quòd desierit actio. Et generaret hæc definitio infinitos conscientiis scrupulos, & quæstiones interminabiles, vt apud Scholasticos disputatur, An sub primis, mediis, vel vltimis syllabis res ipsæ adessent. Spectandus ergo est non tantùm motus actionis instantis vel præsentis, sed tempus quoque, non mathematicè, sed physicè, hoc est, dãda est huic actioni mora in iusta latitudine, vt dicunt, ἐν πλάτει. Sic eam ergo definiemus actionem, vt incipiat ab initio orationis Dominicæ, & duret donec communicauerint, calicẽ ebiberint, particulas comederint, populus dimissus, & ab altari discessum sit. Sic eam definit ille relatiuè ad extra, id est, contra inclusionem & circungestationem sacramenti, non eam diuidit intra seipsam, nec definit contra seipsam. Quare curabitis, vt si quid reliquum fuerit, accipiant, vel aliqui communicantes, vel sacerdos & minister, non vt solus diaconus vel alius tantùm ebibat reliquũ, sed aliis det iam de corpore participatis, ne malo exemplo videmini actionem sacramentalem irreuerenter tractare, &c. Sic illi, Sed nec sic quidem à scrupulis, scandalis, offendiculis, & quæstionibus infinitis tuti ac liberi. Dum enim suum super hoc commentum, cessante

Cratylus.

Melãchthõ de actione sacramentali.

Prolatio verborum res in sacramentis potißima.

Actio quãdiu duret.

videlicet actione aut vsu, cessare sacramentũ, quàm axioma Scholasticum, quòd Eucharistia quidem in cõsecratione materiæ perficitur, alia verò sacramenta in materiæ consecratę vsu atque applicatione, sequi malunt, hoc inquã, sublato inter hoc & alia sacra mysteria discrimine Catholico, dum quandiu & quousque ibi Christi corpus & sanguis maneant (manere autem verum certúmque sit necesse est, si ea ibi fideles sumere verum ac certum est) & quando primùm illic esse desinant, illi vrgentur: Sic e iusmodi quæstionibus quasi tormentis, vt & anteà diximus, astringuntur, vt vix ac ne vix quidem habeant quod contrà hiscãt. Quod & partim suprà Lutherus agnoscit, ex suo scilicet paradoxo quæstiones sequi nunquam finiendas, siue interminabiles. Et antè cùm ex aliorum patrum, tum ex Cyrilli testimonio audiuimus Dominicum in Eucharistia corpus non permanere, aut asseruari non posse, meram esse sic sentientium insaniam. Multiplices contrà seculis omnibus huius asseruationis casus atque vsus in rem & salutem ægrotantium, peregrinãtium, aut aliàs superuenientium, ídque sacrum petentium, vt meritò in Lutherum sua sibi suísque verbis retorqueatur noxitas, temeritas, & singularitas. Quo certè vitio nemo hoc non minus impatiente quàm imperioso monacho magis vnquam laborauit, eíque dicamus quod ipse suo Vvolferino, Cur non imitaris veteres Ecclesias? Quo cuiúsve Catholici patris exemplo, Eucharistiæ reliquum clericis, laicis ea iam præsertim participatis, potis & saturis, edendum ebibẽdúmque porrigis? Vbi enim vnquam vel fando auditum, vt plusquam semel in die communicaret populus? Nam cùm laudabilis quidem sit frequens huius sacramenti participatio, obiicientibus tantò ergo laudabilius fore, quantò frequentius, ac proinde sæpius in die sumeretur, Responsum est, id Ecclesiæ consuetudinem non habere, sed quia dicit Dominus, Panem nostrum quotidianum da nobis hodie, non esse pluries in die communicandum, vt saltem per hoc quòd aliquis semel in die communicat, passionis Christi repræsentetur vnitas. Ne Natali quidem Dominico, cùm clerus Telesphori papæ ac martyris à B. Petro quarti, vt ferunt, instiEuchari-
stiæ ab aliis
sacramentis
differentia.
Tho. par. 3.
quæst. arti.
75 1
74 2
78 1
80 1
82 4 & 10
84 3 & 4

80. 10
Communi-
candum nõ
sæpius quã
semel in die.
Matth. 6.
Rationale
li. 6. cap. 13.
paragr. 17.
Platus.
Martin.
Polon. Mis-

ſæ tres in Natali. tuto ter Miſſarum celebret ſolennia, populus pluſquam ſemel communicat. Peræquè diſcipulus eius Philippus nullo veteris Eccleſiæ exemplo, imò contra tam vetuſtũ Euchariſtiæ aſſeruandæ moram, inconſultiſſimè conſulit, quoties neceſſitas poſtulat, aut alioqui opus eſt, ſubitò potius conſecrare, quàm præconſecratum ægrotis aut aliis aſſeruare. At verò ex tã antè multis audiuimus, neq; ſemper, neque paſſim, neque ab omnibus hoc ſacramentum confici offerriq;, ex ipſius primùm Chriſti, dein Eccleſiæ ac patrum fas eſſe inſtituto: Nec enim vel ante lucem, vel poſt meridiem, nec niſi à preſbyteris & quidem ieiunis, nec vbique, ſed in locis tantùm ſacris, ſiue ad id conſecratis. Et nobis enim periculum eſt (ait ſacer Baſilius) mandati malè obiti, ſi loci rationem neglexerimus, maximè ſi ſacerdotij myſteria in locis profanis celebrauerimus, propterea quòd ea res indicium haberet contemptus in celebrante, offendiculum quoque generaret pro varietate affectionem, ob variam multorum in rerum diuinarum ſcientia infirmitatem, &c. Vnde & ſacramentum altaris cùm à patribus pleriſque omnibus, tum ab Auguſtino appellatur, cùm aliis aliàs hoc opere allegatus, tum ad Bonifacium, & in Confeſſionibus.

Groper. lib. 2. ca. 9. 10. li. 4. ca. 30.

Euchariſtia non vbiuis, &c. conſecrãda.

De baptiſmo lib. 2. cap. 8.

Sacramentũ altaris.

Bucerana. Cap. II.

VT adorationem repetam, ſuper hac in Luthero plũſculum immoratus ſum, vt hodiernorum Nouatorũ principe. Quos inter ab eadem, in vſu ſaltẽ, non alienus Bucerus, ſuper ea ſuis ſic dictabat Argentinẽſibus in ſchola publica, Quia de hoc tanto myſterio ex me nihil intelligere, eóque minus eloqui valeo, & nihil queat Chriſti verbis & Spirituſſancti loquendi formulis magis diſertè, & ad doctrinam noſtri ſalutarem magis appoſitè & propriè dici, hæc Domini ſequor ſimpliciter, quódque in eis comprehendere ratione mea non poſſum, fide tamen amplector & adoro. Ecquid quæſo, credis & adoras? Sequitur, Credo itaque & confiteor planè, Chriſtum ipſum, non tantùm ſpiritum aut vim, aut

Cõfeſſionis anno 1544. artic. 3.

opus eius,esse nobiscum,&c. Et,vbi audio, Hoc est corpus meum,Hic est sanguis meus,&c. hæc verba Domini ea mente ac religione accipio & adoro, vt agnoscam his ipsis verbis & symbolis, pane & vino, mihi dari Christi corpus & sanguinem,eóque Dominum ipsum, in cibum vitæ æternæ,&c. Quidni qui verba adorat, res adoraret Bucerus,præsertim præsentes? Subiicit enim paulò pòst, præsentes haberi in sacra Cœna duas res, vnam cœlestẽ, Christi corpus & sanguinem:alteram terrenam,&c. Et aliquantò antè in Epistola præfixa enarrationi Euangeliorum ad Episcopum Herephordensem,Est Augustino secundum quendam modum sacramentũ corporis Christi,corpus Christi: sacramentum sanguinis Christi, sanguis Christi. At secũdum quem modum? vt significet tantùm corpus & sanguinem Domini absentia? Absit. Honorari enim & percipi in symbolis visibilibus corpus & sanguinem Domini idem passim scribit. Et adhuc paulò anteà ad D. Episcopum Abrincensem, de adoratione Christi in Eucharistia, Nec nos,inquit, suam sacro reuerentiam negamus, & Christum quocunque modo eius admoniti adoramus, vtinam semper in spiritu & veritate. Quod autem vos Christi adorationem ita sacramento affixistis, vt putent homines se magnum quiddam fecisse cùm genu flexerint viso pane & calice Domini. Cæterùm sine omni solicitudine veræ adorationis & cultus Christi, quód denique Eucharistiam circunlatam omnia facitis mala depellere, bona accersere, de fide solida sæpe ne verbum quidem facientes, Hæc, vt abusus, damnamus, & nostros ab eis reuocamus. Dominus dixit, Accipite,mãducate, & hoc in memoriam mei facite: non, Ostendite, circunferte, vt fruges benè proueniant, vis cedat aquæ & ignis, crudelitas arceatur hostis, & reliqua auertantur incommoda. At sicut Domini vera fide meminisse semper & vbique & ad omnia prodest, ita debita religione hanc fidem excitari per ea quæ in id Dominus nobis commendauit, nemo non laudat. Semper autem tutum manere intra præscriptum Domini, & vsum sanctorum. Sic Bucerus. Cui respondet D. Cænalis, Si in nomine Iesu omne genu flectitur, cur non & ad corporis eius

8.

17.

Anno 1536. *Epist.* 23.

Anno 1534.

Phil. 2.

præsentiam ? Tu enim Christum in Eucharistia præsentem asseueras. Quid igitur hîc te lædit ? Id nimirũ, quod vulgus veram nesciat adorationem? Atqui multi è vulgo multò quàm tu tuíq; similes, Christum religiosius in sa-
Rom.14. cramento venerantur, Quis es qui iudicas alienum seruum? Et vt hîc in multis multi offendamus, nũ ideo cessandum ? imò hoc plus imprimenda huius sacri fides & adoratio. Sed te malè habet circũlata Eucharistia accersi bona, mala depelli. Quídni corpus in ea Domini præ-
Arca testamenti. sens faciat, quod ab arca testamenti olim factum legere est?oblitus es officij Leuitarum, qui eam leuantes psallebant, Exurgat Deus, & dissipentur inimici eius, &c. Suo reponentes loco acclamabãt, Surge Domine in requiem tuam, tu & arca sanctificationis tuæ. An non meministi quid quantumque frugis & commodi Obed edon accesserit ob eam reuerenter exceptam? Vel recordare quid dixerit fecerítque Dauid, dum ea circunferretur. Et quod super hæc admittas inuitus oportet, Christi (quam præsertim agnoscis) præsentiæ denegabis? Nam nos de solida hîc fide nihil dicere, quod te dicere non pudet, mirũ si nostros legeris, &c. Hæc ille. Quídni nos etiam Bucero suis verbis respondeamus, nos hîc ad spiritum & veritatem eũiti, ídque dari nobis, & indies augeri supplices orare ? Nos etiam nostros hîc ad Domini præscriptum,
Act.2. hoc est, ad communicationem, sicut scriptũ est, cum exul
Dialectica negatiua. tatione & simplicitate cordis, collaudãtes Deum & gratias agẽtes, &c. vrgere? Negatiuæ autem eius Dialecticæ, non dixit hoc vel illud Dominus, eandem regerimus, nihil eorum quæ hîc Bucerus improbat, Dominum prohibuisse. Et pessimè meretur de multa, ne dicam omni antiquitate, si sanctorum vsum esse negat hoc sacrum vel ostentare vel circunferre, vt quod ea omnis, inter vtendũ saltem, adorandum ostenderit, permulta etiam extra vsum & peruetusta tum asseruauerit, tum & interim circuntulerit, & inter suæ de hoc fidei exercitia non hodie aut nudiustertius habuerit, An verò vspiam vel olim, vel nunc ad eos, quos Bucerus imponit vulgo, vsus, non satis scio, Nuspiam enim nec in recẽtioribus Scholasticis, nedum classicis illis legere memini. Neque hîc omnes plebeculæ,

beculæ,quas vocant,deuotiones,aut bonas etiam intentiones tuēdas ſuſcepi. Illud ſcio,oratione Dominica,quā ex ritu Apoſtolico ſuper Chriſti corpus & ſanguinem ſacerdotis ore in hodiernum vſque diem recitamus,omnis etiam populus apud Græcos olim dicebat, nos Domini inſtituto omnia nobis bona comprecari, & interim impetrare, mala deprecari atque amoliri. Quídni de fidei noſtræ in re Euchariſtica exercitiis idem ſentiamus? *Gregor. Regiſtri, li. 7. epiſt. 63.*

Vveſtphalica. Cap. III.

VEnienti ad reliquos occurrit in pugna ſacramentaria miniſtrorum Proteſtantium nō poſtremus Ioachimus Vveſtphalus. Ex cuius ſcriptis ſatis hac in re prolixis, conſtat Lutheranos non minus quàm quos vtrique vocant Papiſtas, à Cinglianis, quos vtrique vocamus Sacramētarios, hîc idololatrię reos agi: Et horū quidem, cùm Chriſtum hîc diuinitate ſaltem præſentem eſſe confiteantur, non poſſe doctrinā conſiſtere, quin eum hîc quoque adorent. Chriſtus enim verus Deus eſt adorandus, neq; tamen idololatras ſe agnoſcere. Multò minus illos qui Chriſtum nobiſcum hîc ſancta carne & ſanguine ſuo, nedum diuinitate præſentem in vſu ſaltem adorent. Quid enim præſentē adorare prohibeat? Aut vbi Eccleſia mandatum habet Chriſti non alibi niſi definito cœli loco adorandi? Non alligat adorationem ad certum locum, cùm inquit veros adoratores adoraturos Patrē in ſpiritu & veritate, Cùm Deus ſuam olim præſentiam in Tabernaculo templóve veteri exhibebat, nónne piè faciebant qui præſentem eum ſecundum promiſſionem adorabant? Iámne ergo idololatria, qui Chriſtum adorat præſentem apud fideles in eius nomine ad peragendam ſacram communionem congregatos? A qua Chriſti in medio cultorum ſuorum præſentis adoratione vſitata admonitio *Surſum corda*, non reuocat, ſed prouocat. Nec enim ſurſum remittit ad definitum cœli locum, vbi pia mens intuens in aureo eum throno ſedentem adoret. Eleuatio mentis non eſt localis ſuper cœleſtes ſphæras *Contra Valeran. Pollanum.* *Ioan. 4.* *Tabernaculum.* *Templum.* *Surſum corda.*

euectio, sed fidei intētio in promissiones, actiones, ac res verè cœlestes, in terra tamen præsentes. His cùm animos intendimus, verè sursum corda eleuamus, etiam si non speculamur localē in excelso cœli loco sessionem. Agere, meditari, precioſa habere verbo diuino præscripta, est verè circa sublimia & cœlestia occupari, sublimitatem illam fides rerum maiestate, dignitate, excellentia, non verò locorum distantia metitur & altitudine. Pauli locus, Quæ sursum sunt, vbi Christus est ad dextram Dei, peruertitur, & prauè torquetur ad contemplationes & locales mentium euectiones. Nam & verba & sensum vigilantius inspicientibus & ponderantibus, *Sursum* non significat localiter, nec magis Dextra Dei definitum locum, quæ cùm in terra sit, non solùm in cœlo, Ecclesia etiam quæ sursum sunt, quærit, cùm verbum Dei audit, sacram cœnam administrat, Christo digna meditatur. Vt non præfractè veritati reluctantibus appareat sacramentarios inani fallacique prætextu obtendere, ideo se à doctrina de Christi hîc præsentia abhorrere, quia veri adoratores fugiunt idololatriam, & animis sursum euectis Christum in cœlo sedentem ad dextram Patris adorant. Nam dum consistimus intra metas verbo Christi & insti tuto præfixas, nihil periculi est, ne committamus idololatriam. Etsi verò Christi corpus propter vnitatem personæ semper adorandum, non tamen etiam panis, cum quo distribuitur, adorandus, Sicut nec arca eò quòd ad eam Deus adoraretur, adorāda erat. Diuinum honorem non transferendum esse in creaturam panis, & quamuis sit adorandus Christus, elementum tamen neutiquam adorari oportere. Scripserit fortasse vel dixerit nostrorum (ait) quisquam de adoratione sacramēti seu Eucharistiæ, num is propterea insimulandus de pane adorando? Respondi Christum pręsentē adorandum esse & colendum iuxta verbi sui præscriptū, vbi in ordinato suo vsu cœna administratur, nū quia feci mentionē Christi (hîc) adorandi, calumnia panis adorationē mihi obiiciet? Est autē duplex adoratio in scripturis, externa, & spiritualis: illa est gestus corporis in reuerentię signum exhibere, quales Publicanus tundens pectus suum Deū in templo adorās,

Col.3.

Sursum. Dextra Dei.

Arca. Apologia in Caluinū cap.34.

Adoratio duplex. Luc.18.

Christus ipse in horto procidens in faciem orãs. Paulus flectit genua sua ad Patrem, vult orantes eleuare manus puras. Externè Christum pleriq; fideles adorarunt, Magi prostrati puerum, Chananæa & leprosi in faciem procidẽtes & genua flectẽtes. Cùm ergo Christus verus Deus & homo dispensationis suæ tẽpore adoratus se nõ prohibuerit adorari, cur superstitiosum iudicetur adorare post quam exaltatus est ad Dei dexterã, eum in medio populi secundum verbum suũ præsentem? Quando sacramentũ seu Eucharistia denominatur à præstantiore parte, à re nempe cœlesti, sentio piè dici adorationẽ sacramenti vel Eucharistiæ, pro adoratione Christi præsentis in Eucharistia. Quãuis libẽter abstineã ab ambiguis & periculosis loquendi formulis, quas vitare satius sit, quàm periculo, cõtentioni, & calumniis occasionem & materiã dare, vt dicere malim, honorare, reuerenter tractare, cũ reuerentia dispensare Eucharistiã, quàm, adorare sacramentum, etiam si eodem quo illa sensu accipiatur. Ad externã adorationem, quę in mentibus piis internã coniunctã habet, pertinent quæ ex Augustino (ait) repetiui, quàm olim in Ecclesia reuerenter administrata sit Eucharistia, quantáque sacramentum hoc cum reuerentia Christiani sumpserint. Qua de re multa passim occurrunt in veterũ scriptis, in quibus de Cœna Domini loquentes, vti solent nominibus, honoris, reuerentiæ, venerationis, & similibus (etiam adorationis) Hæc ille. Ex cuius adhuc antè Collectaneis Sententiarũ D. Augustini de Cœna Domini, libet in gratiam lectoris locos super huius sacramẽti cultu, non quidem repetere, vt à nobis anteà hîc collectos, sed duntaxat indicare. Extant autem in Epist. 118. in Psalm. 98. serm. 28. de Verbis Domini. De Doctrina Christiana lib. 3. cap. 9. de Catechisandis rudibus, cap. 26. Quibus & similibus locis ostenditur veterem Ecclesiam credidisse dignius aliquid & excellentius in Eucharistiæ sacramento distribui, quàm panem & vinum, quæ nihil aliud sint, nisi symbola quæ admoneant de morte Christi, & de spirituali communione. Fideles enim non ea ratione honorem sacræ Synaxi facere, sicut panis & vinum, vel alij cibi tanquam Dei dona tractantur,

Matth 26. Marc. 14. Luc. 22. Eph. 2. 1. Tim. 2. Matt. 2. 8. 15. Marc. 7. Luc. 5. 17.

Christus adhuc mortalis sæpe adoratus.

Eucharistia quo sensu piè dicatur adorari.

Anno 1555.

Augustini loci de cultu Eucharistiæ.

sed, vt inquit Augustinus, corpus Christi eiúsque sanguinem honorauerunt. Pergit tamen vbi anteà Vvestphalus, Vt autem Ecclesia suam libertatem habet in rebus indifferentibus, quas nullo Dei nec mãdato obseruare, nec interdicto tenetur omittere, ita libera est obseruatio externæ adorationis in suscipiẽdo sacramento, dummodò fiant omnia decenter, & contemptus absit. In orãdo nullo præcepto pius astringitur vt genua flectat, manus eleuet, in faciem procidat, neque prohibetur quominus hos adhibeat externos gestus. Et rectè olim quidam monuit, adorationem externam liberam relinquẽdam cuiusque fidei & spiritui, non damnandos qui non adorant, neque qui adorant, accusandos. Nam Christum in sacramento, & in cordibus piorum esse quidem vt viuificet credẽtes, non verò propriè vt ibi adoretur, nec enim cœnam instituisse ita vt in proposito (ibi) pane peculiaris (ei) cultus præstetur. Externam ergo adorationem liberam, imò nihil nisi hypocrisim esse absque interna. De hac illa ceu disciplina monefacit, & hæc illam vicissim gubernat, & intra suas metas in legitimo vsu suo continet. De spirituali ergo adoratione præcipuè ac sedulò populũ erudiendum, ne externa in hypocrisim abeat: cùm illa non negligitur, hæc vltro sequitur. Spiritualem culto requirit Dominus, sui suæque erga nos charitatis, & ex ea beneficiorum, mortis, passionis, &c. memoriã, fidem, agnitionem, ea prædicare, pro iis gratias agere. Sacramentarij Christũ non credunt (hîc) esse præsentem suo corpore ac sanguine, ideóque adorationem damnant, Nec sanè mirũ eum qui ibi ea non credit adesse, si nec externè nec spiritualiter adoret, sed pro idololatria auersetur elemẽtorũ adorationem. Diabolica igitur calũnia Cingliani nos incessunt, qui ad panem transferũt quod nos Christo tribuimus, & nos diffamãt docere panis adorationẽ, quia Christi (hîc) præsentiam & adorationem astruimus. Simili sophistica illusione impudenter cauillãtur nos asserere templum & cœlum esse adorãdum, quia Deum in templo & cœlo adorandum asseramus. At non prius credibile efficient idololatriam esse, adorare Christum præsentem in medio Ecclesiæ suæ, quàm idololatriam esse conuincãt,

Adoratio externa indifferens.

Lutherus supr. cap. 1.

Adoratio duplex.

Templum cœlum.

Christo in terra, in domo, vel vbicunque duo tréſve in eius nomine fuerint congregati, cultum & honorem debitum, & verbo Dei præſcriptũ præſtare. Ritus porrò eleuãdi panis & calicis apud nos vbiq; ferè deſiit, & prætermittitur. Quod ſi vſpiam adhuc in vſu eſt in Eccleſiis noſtris, non ideo Iudaiſmum ſapit. Hinc autem & originẽ habuit, & in Eccleſia manſit, ſolebant Chriſti fideles ad Miſſam congregandi, ſecum ferre cibum & potum, quæ Apoſtolico exẽplo diſtribuerentur egentibus. Ex quibus ſumebatur, quod conſecraretur panis & vini ſacraméto, & quia hæc ſanctificabantur per verbum & orationem, ritu Hebraico, quo ſurſum leuabantur, vt in Moſe legimus, relicta ſunt verba & ritus leuãdi ſeu offerendi, abolito iandudum vſu conferendi & colligẽdi ea quæ offerrentur ſeu leuarentur. Sic Ezechias iubet Eſaiam leuare orationem in conſpectu Dei pro reliquiis. Dauid, Extollite manus veſtras in ſancta. Paulus, Leuate manus puras, vt oblationis & ſacrificij vocabula referri debeant ad ſuperiores collectas (vnde & relictũ eſt Collectæ vocabulum pro precibus in Miſſa dictis) non ad ſacramentũ. Idem facit quod ſacerdos conſecratum panẽ & calicem mox eleuat, non quo ſe Deo aliquid offerre oſtendit, ſed eſt vel ritus Hebraici reliquum, quo cum gratiarũ actione accepta Deo referebantur, vel admonitio noſtri, quo prouocemur ad fidem teſtaméti (Dei) quod cum verbis Chriſti protulit & exhibuit, vt ſimul & ſignum eius oſtẽdat, & oblatio panis propriè reſpondeat huic demõſtratiuo, Hoc eſt corpus meum, nóſque circunſtantes alloquatur hoc ipſo ſigno. Sic oblatio calicis propriè reſpõdet huic demõſtratiuo, Hic calix noui teſtamenti. Fidem enim in nobis excitare debet ſacerdos ipſo leuandi ritu. Hæc apud Veſtphalũ Lutherus, partim vera, quatenus ea cùm ab aliis Catholicis, tũ à Lyrano antè à nobis ſuper hac eleuatione citato didiciſſe, & mutuo ſumpſiſſe videri poſſit: partim verò non modò falſa, quatenus hoc ſacramentũ negat eſſe ſacrificium aut oblationẽ, quibus contrà & ſimilibus id vocauit & ornauit omnis retro Eccleſia Græca, Latina, Barbara: ſed etiam incõſequentia & pugnantia, nedũ malè cohærẽtia. Si enim ſignorũ ſacro-

Matt. 18.

Cap. 36. *Eleuatio.*

Luth. de captiu. Babyl.

Act. 2. 4.

1. *Tim.* 4.

Eſa. 37.

Pſal. 133.

1. *Tim.* 2.

Collecta.

Falſum & male cohærens.

HOC

HIC

Euchariſtia ſacrificium eſt & oblatio, nedum ſacramentum.

rum, panis scilicet & vini, oblatio propriè respõdet pronominibus demõstrantibus res ipsas, etiã iuxta Lutherũ, præsentes, Domini vtiq; corpus & sanguinẽ, quomodò vel sacrificiũ & oblatio non refertur ad sacramentũ, hoc est, & ad res & signa (his enim cõstat & cõfit sacramentum) vel sacerdos Deo totũ non offert sacramentum, id est, res ipsas, Christi corpus inquã, & sanguinem, nedum signa, panẽ vtiq; & vinũ? præsertim cùm in Catechismo sic diffiniat, Sacramentũ altaris est verũ corpus & verus sanguis D.N.I.C. quæ sub pane & vino nobis Christianis exhibẽtur ad manducandũ & bibendũ iuxta Christi institutionẽ. Siue, quod idẽ est, Sacramentũ altaris est verum corpus & verus sanguis D.N.I.C. sub pane & vino, ab ipso Christo ideo institutũ, vt ea Christiani mãducarẽt & biberẽt. Sed de sacrificio aliàs, & proprij enim loci atq; tractatus esset. Concludit autẽ Vvestphalus ita, Etsi igitur ritus leuãdi in vsu fuit in lege Mosis, non tamẽ panem instar sacrificij ex præscripto legis Mosaicæ leuari, quãdo ex Domini institutione sacra cœna dispensatur, Aliud siquidẽ est Christiana libertate vsurpare ceremoniam aliquam Mosaicæ similẽ, aliud eam ex præscripto legis Mosi obseruare. Peræquè malitiosa calumnia est, plebem inuitari sonitu campanæ ad panem adorandum. Ea verò melius, Dei gratia, instituta est, quàm vt panem adoret. At popul', aiũt Cingliani, ea fide imbuitur, quòd panis sacræ Cœnæ sit corpus Domini, vinũ sanguis eius, vnde consequens est panem adorandum esse. Respondet Vvestphalus, Talem consequentiam fabricata dialectica Cingliana non iam nobis, sed Dei filio, Euangelistis, & Paulo obiicit, Nam Christi sermo est de pane, Hoc est corpus meũ: de calice, Hic est sanguis meus. Nec hi tamẽ ἀρτολατρίαν inuexerũt, aut de panis adoratiõe impiè sunt accusandi: Horũ verbis vnius formæ ac sententiæ simplici fide insistimus, quibus libẽtius vtimur quã humanis, nec eis vt perspicuis, addimus cõmenta tropósve nostros. Et his credimus duo adesse ac dari in cœnæ cõmunione, cũ pane nimirũ & vino verũ corpus & sanguinẽ: cũ veritas clarè dicat se dare panẽ & corpus suũ, vinũ & sanguinem suũ, cõfitemur veri corporis & sãguinis Dñici præsentiã.

Thesaurus. pag. 582.

Campanarum vsus in sacris.

Artolatria.

Instant igitur aduersarij, & sic ratiocinantur, Si corpus Christi & sanguis adsunt cum pane & vino, certe & (hic) adorandus est. At longè diuersa hæc sequela ab altera de adoratione panis. Aliud est panem, aliud Christum adorare: à panis adoratione piæ mentes abhorrent. Christo in suo cætu iuxta verbum suum præsenti præstant quem instituit & requirit in his mysteriis ritè celebrandis, cultum, annunciantes mortem eius, gratias ei agentes: ita eum adorant in spiritu & veritate. Inuitatur itaque populus campanæ sonitu, non ad panem adorandum, sed vt intendat cœlesti mysterio, recolat Domini mortem, & parta per eam beneficia, pro iis gratias agat, & ita cordibus sursum eleuatis cœlestia meditetur, & honorem cultumque Christo debitum deferat. Idem & contra quendam tertium, veritas sermonis Christi, & fides in eius verbum, facile nos liberant à crimine idololatriæ, qua nos accusant sacramentarij, quasi nos panem adoremus. Nos verò panem non adoramus, dum in sacra cœna sanctissima Christi carne & sanguine nos pasci reficique credimus. Sed Iesum Dominum Deum nostrum, secundum promissionem & verbum suum præsentem adoramus, qui cum tribus Euangelistis & Paulo ex ore filij Dei dicimus Panem Eucharisticum esse corpus Christi, & calicem sanguinem. Verius sacramentarij, vt qui à verbo Dei discedentes, ei quod ipsis placet præferunt, & præter panem & vinum in communione nihil adesse ac sumi contendunt. Idololatriæ culpa se astringunt, veri Artolatræ esse conuincuntur, qui sibi cœnam vero Christi corpore & sanguine vacuam fingunt, & in solo pane & vino sacra peragunt. Obseruant igitur & peragunt cultum sine verbo, adeóque contra verbum Dei, &c. Hactenus Vvestphalus, cuius adhuc reliquum nonnihil viderimus in Oecolampadio posteà & Caluino. In huius ergo tam multis hæc animaduerterimus. Primum, sicubi de Eucharistiæ cultu contra communes aduersarios rectè scribit (vt alicubi certè rectè scribit) sic iisdem penè ac communibus cum catholicis & verbis & argumentis vtitur, vt ab eis didicisse ac mutuo sumpsisse videatur. Quidni enim vbi communis est causa, communis esset

Cõtra Ioã. à Lasko. Anno 1557.

Artolatræ

1.

& ſtilus & dialectica? Alterum, cùm Lutheranus ſit, &
II. quidem coniuratus, & proinde impanator, nos inter
eum legendum meminerimus, Dei quod toties verbum
iactat, nuſpiam habere, panem eſſe Chriſti corpus, &
calicem aut vinum eiuſdem eſſe ſanguinem. Proinde qui
panis hîc & vini ſubſtantiam retinens tam ſeriò tamen
ac toties idololatriæ & artolatriæ crimen à ſe deprecatur
ac amolitur eodem quo ſecum alios candore agere vult,
cùm aliis agat, qui adeo panem hîc non adorant, vt ne-
que hîc remanere quidem credant, ſed cum veteribus
Aug. de verbis Domini ſerm. 28. Orthodoxis, quod hîc ante verba Chriſti panis dicitur,
poſt eadem non iam Panis, ſed Domini corpus appella-
tur. Quod nos vtique hîc in ſacris adoramus, non verò
panis & vini vel ſubſtantiam in res nimirum ipſas con-
uerſam, vel ſpeciem, hoc eſt, vel creaturas, vel, vt ſic lo-
Cõcreaturæ quar, concreaturas, pro eorum more, qui accidentia non
eſſe, ſed ineſſe vel ſubeſſe dicunt. Proinde multo minor
in Papiſtis, vt iſte paſſim loquitur, tranſſubſtantiato-
ribus, quàm in Lutheranis cõſubſtantiationibus ar-
tolatriæ hîc aut vllius idololatriæ hæret actio vel ſuſpi-
cio. Nam vtri, quæſo, panis hîc adorandi crimini aut
III. ſuſpicioni affiniores, hinè qui panem hinc abeſſe, an qui
hîc adeſſe ſentiunt & contendunt? Adhęc vbi contentio-
ne tanta, totque paginis corporis hîc & ſanguinis aſtru-
xit adorationem, & quidem externam (nam interna non
controuertitur) dum eam tandem liberam relinquit,
Col. 2. quid aliud quàm deſtruit, ac proinde iuxta Pauli dialecti
cam, prævaricatorem ſe ac tranſgreſſorem conſtitui? Sed
Lutherus ſcilicet, ſuper hac, vt prædiximus, modò ait,
modò negat, & hanc ergo eius diſcipulum oportuit, ne
ſupra magiſtrum ſaperet, modò retinere, modò relin-
quere. Equidem Chriſti hîc adorandi alios aliis, & ſuos
cuique Eccleſiæ ritus ſcio, ſed ſingulare hoc Dei benefi-
cium, peculiari vt fide, ita cultu opus habere ſatis, opinor,
ſuperque probatum, vt hîc adoratio in genere, iam non
Rom. 10. libera aut indifferens, ſed cum fide, vt confeſſio externa,
coniuncta ſit, & ad ſalutem fiat, nec ſine huius periculo
omittatur, iuxta illud toties cantatum, quod, non vt ait
poëta, decies, ſed centies & millies repetitum placeat,

Christi carnem nemo manducauit (salutariter vtique ac fructuosè) nisi qui & adorauit, non interna tantùm seu fidei adoratione, vt perperam exponit Vvestphalus, sed externa quoque. Quo enim vel loco vel tempore cultus internus externo profitendus magis atque exerendus quàm inter sacra Missarum solemnia? Hinc illud Ambrosij ab Augustino recitatum & resumptum de carne Christi, quam (ait) hodie quoque in mysteriis adoramus, & quam Apostoli in Domino Iesu adorarunt, &c. Postremò ne per omnia non Lutherizet Vvestphalus (vt nihil huius hac de re celem aut dissimilem) omnem is Eucharistiæ vsum extra sacramentalem, improbat, qualis est vsitata in Ecclesia tot annis, imò seculis, asseruatio, eaque multiplex, aut spectanda proponitur, aut in pompis sacris siue processionibus circungestatur. De quibus secundo libro dicta hîc agnoscantur.

Aug. in Ps. 98. Amb. de sancto li. 3. cap. 12. 1111.

Kemnitiana. Cap. IIII.

PRotestantium pastorum, quosquidem legerim hac de re, vt postremus, ita vir omnino dignissimus, qui Luthero minus esset addictus, hîc quædam nobiscum, quædam contra nos etiam scribit in examine Synodi Tridentinæ. Et nobiscum quidem contra omnes aduersarios, quos etiam vocat Sacramentarios, & à quibus nominatim sese suosque seiungit, sic præfatur, Christum Deum & hominem adorandum esse, nisi Arrianus: humanam etiam naturam propter vnionem cum diuinitate, nisi Nestorianus, nemo negat: nam & ab Angelis, & ab Apostolis adoratum constat. Dei autem adorationem nec loco nec tempori alligatam, semper ergo & vbique adorandum Christum. Quem siquidem in cœna suis peculiari modo præsentiæ & gratiæ adesse, sic vt ibi verè & substantialiter exhibeat vescentibus corpus & sanguinem suum, verè & ex animo credimus, fieri non potest, nec debet, quin eum fides in ea actione præsentem veneretur & adoret. Sic Iacob, Moses, Elias absque peculiari quidem mandato, vt iis Deum locis adorarent, sed ge-

Part. 2. ad ca. 5. & cā. 6 de hoc sacramento. Sacramētarij à Lutheranis excōmunicati. Arrianus Nestorian⁹ Ioan. 4. 1. Tim. 2. Substantialiter. Gene. 28. Exod. 34. 3. Reg. 19.

nerali vt vbique, certi sub externis eum & visibilibus symbolis verè adesse, & peculiari eis gratiæ modo ibi se patefacere, quem ibidem præsentem esse credebant, adorabant: nec verò vera fides fuisset, si non secuta quoque fuisset inuocatio, seu adoratio, honor Deo nimirum debitus. Seruus Abrahæ ex Rebeccæ responso intelligens
Gene.24. Deum in sua ei legatione adesse ac benedicere, inclinat
Exod.4.12. se, & eum adorat. Filij Israël audientes Deum eos respexisse, eosque visitaturum, de percussoris item Angeli tran
1.Cor.14. situ, & Phase, incarnati adorarunt. Si omnes prophetant, intrans idiota conuictus ab omnibus & diiudicatus, cadés in faciem Deum adorat, & pronunciat eum in nobis esse. Nec verò Deum procul in cœlo à se remotum & absentem, sed verè præsentē & peculiari modo præsentem ij adorarunt. Tum citatis Augustini & Ambrosij celebribus antè locis de carnis Dominicæ inter hæc mysteria cultu, Lutheri etiam sui testimonio de hoc venerabili &
Substantialiter. adorabili sacramento, sic concludit, Christū igitur Deum & hominem, in diuina & humana natura verè & substātialiter in actione cœnæ præsentem, in spiritu & veritate adorandum, nemo negat, nisi qui cum Sacramentariis vel negat vel dubitat de Christi ibi præsentia. Nec enim mortis ibidem Dominicæ memoria & annunciatio sine illa adoratione rite fieri potest, ne quis nos suspicetur in dubium vocare, an Christus Deus & homo in cœna præsens, sit adorandus. Hactenus rectè. Minus autem candi-
1. dè pòst nobiscum agit, Primùm, quasi nos totum hoc sacramentum, ac proinde panis etiam vinique terrena elementa, nedum Christi corpus & sanguinem, latriæ cultu
Rom.1. hîc adoremus, & sic præter creatorem nos creaturam
De cōs.dist. quoque colamus, Pura puta impostura. Nos verò con-
2.can. Nos autē. Et li. trà, Kemniti, non quidem signa visibilia, sed res hîc inui-
4. sentent. sibiles honoramus. Et quidem sic distinguere, non à te
Dist.10. tuique similibus, sed à canonibus Ecclesiasticis, & Theo-
Accidentia cōcreaturæ. logicis sententiis didicimus. Et horum elementorum siue substantias (quas qui residuas negant, quo, quæso, mo-
Arca. do colerent?) siue accidentia, creaturas seu concreaturas,
Tabernac. vt quidam vocant, esse scimus. Ideóque latriâ non colimus magis quàm Israëlitę vel arcā fęderis, vel Cherubin,

vel lignum, vel aurum, Deum in tabernaculo vel templo iuxta promissa sua præsentem adorantes. Quod & ab Athanasio, aliisque priscis, non à vobis primùm, contra sacramentarios respondendum item didicimus, Signa quidem reuerenter sumenda nostrum quoque est, nõ tuum tuorumque tantùm, vt signis Christi cultum nec alligare, nec affigere, addo neque affingere, quoniam iis localiter nec includitur, nec inclusus cõtinetur. Christi enim corpus in hoc sacramento nullomodo esse localiter, nec circunscriptiuè quidem aut diffinitiuè, axioma nobis est scholasticum, imò catholicum. Quod item ais, non hoc adorandum sacramentum, vt in persona Christi ob hypostaticam vnionem, vna adoratione (de qua nos abundè antea) humanitatem diuinitatemque colimus, quia panis & Christi corporis in cœna vnio, non est personalis, nihil ad nos aut contra nos. Litiga si voles, cum Impanatione vel priscà Berengarij, hoc enim monstrum ei Guitmũdus, Algerus, & Anselmus impegerunt: vel nouâ Lutheri, nã & huic eandẽ imponunt nõ catholici modò, sed & Sacramentarij. Certè cùm verbum cœnæ, Hoc est corpus meũ, hic est sanguis meus, cõferat, aut etiamnum æquet huic, Verbum caro factum est, vix eâ suspicione se expediet, quin cum Berẽgario Christum faciat Impanatum, Inniuatum, & vt loquitur Algerus, Impersonatum, quasi parum sit semel fuisse incarnatum. Rectè Ioannes quidã Parisiensis, Non solùm verũ credendum, sed verè credendũ verum. Qui credit carnẽ Christi substantialiter in sacramento existere, veritatẽ credit: sed qui eam credit vel impanatã, vel per modum impanationis ibi esse, quia falso modo verũ credit, nihil credit, & sanctæ cõmunionis articulũ detrimento afficit, vt ante hunc Guitmundus Impanatores vmbraticis eorum fratribus nequissimis nequiores putauerit. Post vtrunq; Simon à Cassia, In hoc, ait, mysterio neq; descensio, neq; assumptio, neque vnio facta est, sed cõuersio, &c. quod vocabulũ cũ synonymis aut æquipollẽtibus tanto sæpius in patribus occurrit, quã quo hic vtitur Kemnitius, *Vnio*, vix vsquã patrum obuia. Ad quem vti redeamus, neq; nos hic adorationẽ ad hæc elemẽta dirigimus, sed ad Christũ, quà Deũ, quáq; homi-

Templum.

Signa reuerenda.

Thom. part. 3. quæst. 76. artic. 5.

Lib. 3.

Impanatores, priſci & moderni.

Ioan. 1.

Lib. 1. ca. 6 & 8.

In valerandũ epiſcop. anno 1234. Intante. D. Garetio.

Subſtantia.

Anno 1060

Anno 1348

Lib. 1. de myſteriis verbi increati. c. 2.

Vnio.

nem, peculiari modo hîc, vt promisit & instituit, præsentem. Sed extra vsum (hoc alterum est quod in nobis reprehendit hic examinator) & actionem Eucharistiam adoramus, repositam vtpotè vel circunlatam. Quidni verò vbi eacunque fuerit, reuerenter & in honore habeamus? Certè qui prius adorat, quàm manducet, nemo autem non prius adorat, quam manducet, vt rectè, te quoque teste ac laudante, disputauit Augustinus, ante vsum, & sic extra vsum, vsurus licet, adorat. Et scis quàm latè Luthero tuo hæc patet actio, ac sic adorandi tempus, vt non vtentes modò, sed & vsuri & vsi adorent, ne nos fortè tam angustis, hoc est solius modò vsus cancellis, solóve inter vtendum momento aut articulo circunscribas, includas, & coërceras. Et laudata tibi quoque Emisseni sententia, dum ad altare reuerendum accedentem iubet sacrum Christi corpus honorare, non ait vescentē (quanquam vel maximè vescentem conuenit honorare) sed & cibo hoc spirituali satiandum, hoc est, etiam antequā satieris, aut vescaris, priusquam māduces, ait vbi suprà, Augustinus. Nam quo Gorgoniā quoq; Nazianzeni sororē loco laudas Christum inuocasse, qui in altari honoratur, quando, addis, quādo scilicet cœnæ mysteria celebrantur si quàm curiosè (ne quid grauius dicā) canonem Tridentinum examinas, eum Theologi locum excuteres, nō leuiter coniiceres eum Christi in altari à fœmina sanctissima pariter & doctissima cultum, non in æde sacra, siue in publico templo aut conuentu, sed in ædibus priuatis obtigisse, pro more nimirum Eucharistiæ domi cuique suæ asseruandæ tum recepto, quà nec Gorgoniam tunc vsam illic probaueris, & nulla ibi actiones mentio. Et aliquantò pòst eam scribis vtrūque & corporis & sanguinis Dominici antitypon secum domum ex Ecclesiæ cœtu asportasse, nec sumpsisse facis, quia id probare non potes, adorauit tamen & inuocauit. Iam cùm etiam canistra viminea apud Hieronymum, nodum apud Optatum, altaria corporis Dominici sedes, & calices sanguinis portatores legis, in quibus hæc, Christi inquā, corpus atque sanguis per certa momenta inhabitent, túne nobis certa hęc momenta ad vsus tantùm & actionis tempora alligabis? At-

11. *Vsi & vsure, nedum vtentes Eucharistiam adoramus.*

Gorgonia.

ἀντίτυπα. *Loci hieronymi. Optati, & Cyrilli hoc fede opere alias citati.*

qui sic audies ab alio patre peræquè antiquo, pio, erudito Cyrillo, insaniam esse, nedũ errorem, si quis dicat hoc sacramentum à sanctificatione cessare, si quæ huius reliquiæ in diem sequentem, nedum in momentum, siue tẽpus breue remanserint. Non enim mutari sacrosanctum Christi corpus, sed vim virtutemque benedictionis, viuificamque gratiam iugem in eo inesse seu manere. Sed & Dei quidem verbo, non ministrantes vel accipientes fide fieri vt hîc adsint & præsentia sint corpus & sanguis Domini, vobis cum nobis conuenit, contra communes aduersarios, quod Lutheri tui & aliquot vestrum, qui mihi videbantur aliquid esse, viri certè per illustres, & quorum in vobis autoritas præcipua, inter quos & tu vir quoque doctissime, testimonio, locisque densis & crebris probasse mihi videor. Eãdem porrò rerum hîc præsentiam cãdem Verbi Dei vi, non hominis magis vsu quàm fide, si scriptoribus non credis Scholasticis, at certè crede classicis. Thomisticum sanè sit, Eucharistiam quidem perfici materiæ consecratione, alia verò sacramenta eius vsu & perceptione, ex locis alibi bono satis numero notatis, vt alterius verbis dicam crassius atque pinguius. Alia sacramenta in vsu & in fieri, quod aiunt, consistere, vt idem sit sacramentum & eius perceptio, nec id permaneat, sed vsu cessante cesset: hoc autem quoddam esse permanens, & iam habens esse ante vsum, & ob hoc, hoc est, propter Christi corporis & sanguinis in eo existentiam, cæteris sacramentis excellentius tum dici, tum esse. Noui sint hi, horumque similes. Atqui pater erat qui ante annos plus duodecies centum in oratione Catechetica, hoc est, vbi vt clarissimè loquendum, ita minimè fallendum, sic scribebat, Rectè nũc etiam Dei verbo sanctificatum panem, in Dei Verbi corpus credimus immutari. Et hîc panem per verbum Dei & orationem sanctificari, non quia comeditur, eò progrediens, vt Verbi corpus euadat, sed statim per verbum in corpus mutatur, vt dictum est, à verbo, quoniam hoc est corpus meum. Relege quæ paulò ante in eodem examine post Ambrosium de vi verbi in hoc mysterio tradidisti, vel potius integra Ambrosiana relege, & videbis panem hîc fieri Christi corpus, conse-

In continuatione libelli de re verbi Dei, lib. 1.

Nicol. Gorzan. Anno, 1460. Gregor. Myssen. citante Euthymiæ id Panoplia Part. 2. cap. 21.

cratione,non comeſtione:& diuino verbo, non humano vel vſu,vel eſu Quo fortè pertinet illud Chriſti apud B. Bernardum ſic loquentis, Hoſtia quam vides, iam non eſt panis,ſed caro mea: mutatio ſanè iſta benedictionis eſt,non originis:virtus hoc facit, non vſus: effectus eſt potentiæ, non vſus naturæ: Diuinum eſt, non humanum. Similiter liquor iſte quem vides iam vinum non eſt,ſed ſanguis meus, quem pro te fudi in precium, tibi reſeruans in altari poculum, & cætera. *Fortè* dixi, nam vſus hoc fortè loco vſitatum naturæ curſum, non ſacramenti vſum eſunde ſignificat. Sed indubitatum eſt verbo,non vſu,licet ad vſum,hoc ſacramentum confici, interim donec ſumatur, confectum nihilo reuerenter minus habendum. Et huic quoque opponantur tam antè multa de multiplici Euchariſtię extra vſum,vt ſic loquar, vſu, Tertiò cauillatur nos de cultu externo quàm interno magis eſſe ſollicitos. Siquidem vel omnes hîc tales ſumus,vel nullos Dei ſacrorumque eius cultores habet præ poſteros,aut Kemnitiana Brunſuica, aut reliqua Euangelica Germania, rectè: Sin vtrobique nimiò plures ſunt huiuſmodi, & ſui non illis deſunt hypocritæ, percutiat ſanctuarium ſuum Martinus, & ab ea quam domum Dei putat, iudicium incipiat. Alienos ſeruos ne iudicet, eos præſertim quibuſcum illi conuenit externum cultum ſpiritualis & interni ſignum eſſe & profeſſionem,vt corde quidem credatur ad iuſtitiam, ore autem, adeoque & toto corpore confeſſio fiat ad ſalutem.

Serm. de cœna.

Vſus.

III. *Ezech.9.* *1.Petr.4.* *Rom.14.* *Rom.10.*

Oecolampadiana,& Althamerica.

CAP. V.

VENIO tandem ad Dominicę in hoc ſacramento tum præſentiæ, tum præſertim adorationis oppugnatores primarios. In quorum ſcriptis non admodum verſato, alibi quodcunque repertum eſt riman-

ti telum ira facit. Vt inchoem vnde nunc desij, vtriusque propugnator, vbi nullo antè medio, Vvestphalus, Cùm cultus, ait, ille (externus nimirum interno coniunctus in Eucharistiæ sacro de hoc enim loquitur) Christo præstatur, tum non violatur, sed impletur præceptum illud Dominum Deum tuum adoratio. Nam Christus Dominus & Deus noster iuxta verbi sui præscriptum colitur. Nec magis soluitur lex de adorando Patre in spiritu & veritate, vt impiè Oecolampadius obiecit, si Christi corpus sit (hîc) adorãdum: tum nos credere Christum soluisse legem de adoratione Patris in spiritu, & adoratores ad carnem suam transmisisse, à qua semper reuocauerit, cùm tamen fateatur carnem Christi nunquam separatam fuisse, aut separandam forè à diuinitate, & vbique adorabilem esse. Si à deitate non separatur, & vbique adorabilis est, cur pro idololatria habetur, Christum in medio suorum præsentem, cùm cœna sancta administratur adorare? Vbi Christus abhorruit ab adoranda carne sua, qua in terra à tam multis adoratus est? At in Eucharistia cogitatur corpus seorsum, Nec impletur superius illud quod Deus præcepit, D. D. tuum adorabis, & cætera. Quis verò cogitat corpus separatum, qui piè institutus nihil ambigit sanctum illud diuinitati vnitum esse, & credit Christum totum adesse? Si separent homines ignari doctrinæ Christianæ, nunquid istorum ignorantia præiudicabit veritati, & illos qui rectè sentiunt prægrauabit? Et subiicit sacramentarios nihil mirum si quæ hic adesse non credunt, nullo etiam modo adorent. Sed hic quoque meminerimus Vvestphalum Vbiquistam esse ac proinde Christum vbiuis potius quàm non in hoc adoraturum sacramento. Alioqui nondũ recepto vbiquitatis mõstro potius quàm dogmate, non deerant in Protestantibus, qui simul vrgerent rerum in Eucharistia præsentiam, & solita tamen sua dialectica negatiua earũdem inficiarentur adoratione, De pane, aiebat Altamer, & poculo Domini nihil tale dicimus, quòd diuina maiestas & omnipotentia iis inclusa sit, in eis diuturnum habeat habitaculum, & velit

In calumnium, cap. 34.

Deut. 6.
Ioan. 4.

Caro D. à diuinitate non separata, vbique adorabilis. Concomitantia.

Vbiquitas.

Dialectica Negatiua.

Conciliationum loco. 196.

coli & adorari, ſicut in templo Hieroſolymitano voluit. Non enim in hoc conſecrantur & ſanctificantur Chriſti inſtitutione ac ordinatione, vt ſint templum & habitaculum diuinæ maieſtatis, aut corporis & ſanguinis Chriſti, ſed vt per illa Chriſtus exhibeat corpus & ſanguinẽ ſuum ad manducandum & bibendum: imò vt hic panis ſit corpus ſuum, & poculum ſanguis eius, iuxta verbum & inſtitutionem ſuam, hoc eſt corpus meum, Hic calix no. teſt. &c. Nemo igitur noſtrum dicit, Panis eſt templum Dei, vel domus corporis Chriſti: &, Calix eſt templum Dei, & templum ſanguinis Chriſti. Etſi permittimus contentioſis ibi in pane habitare Chriſti corpus, & ſanguinem in poculo, ſicut qui propterea includunt ac reſeruant. Hunc tamen locum & habitationem, ipſi non effinximus, ac Dominico corpori ſanguinique parauimus, ſed ſuum verbum, ſic elegit ipſe, voluit, & inſtituit. Et concludit, Aliud eſt in loco præſentem eſſe, aliud in eo habitare. Nos aliquando in templo aut aquis ſumus, non etiam in iis habitamus: Sic Chriſti corpus in pane Synaxeos præſens eſt, non habitat, nec habet in eo fixam manſionem: pane iuxta Chriſti inſtitutionem exhibetur corpus ad edendum, calice ſanguis miniſtratur bibendus. Et nulla eſt hîc habitatio aut templum corporis & ſanguinis. Ideoque locus Stephani, Pauli, de Deo in templis manufactis non habitante, non tollit præſentiam corporis & ſanguinis à pane & vino Euchariſtię. Hæc ille, Multò vero minus, Altamere, quicquid ibi ratiocinaris, tollit eiuſdem Euchariſtiæ cultum, quam quidui appellemus Chriſti habitaculũ, vt optatus in altaribus per certa momenta Chriſti corpus & ſanguinem habitare ſcripſit? vtrum autem minus aut ſanctius ſacramentum altari. Chriſtum præſentiorem adeſſe nobis & offerri exhiberique, quàm in vlla vnquam Arca teſtimonii ſeu fœderis, aut vllo vel Moſis tabernaculo, vel Salomonis templo fuerit, vel ipſe nobiſcum fateberis, qui nobiſcum cõtra tuos illos Suermeros toties eo tibi opere decantatos, non æquas teſtamenta, ac proinde neque ſacramenta, non vmbras corpori, non ſignum rei, non promiſſiones exhibitioni, nõ imaginem veritati. Vt merito de Euchariſtia ſic excla-

Impanatio.

Templum.

Habitare & adeſſe differant.

Act. 7. 17. Lib. 6. Altare ca. & 5. D. habitaculum.

Euchariſtia pluſquã Arca.

In Euchariſtia ergo.

Tabernaculum.

Templum.

Suermeri.

Sacramenta non ſequenda, vt nec teſtamenta.

exclamare possimus, Ecce plusquam arca, tabernaculum, templum hîc. Vt mediæ quidem ætatis pij patres sic nobis præ Iudæis gratulabantur, si Dei filius in secundo tẽplo, in quo caro & brutorum sanguis offerebatur, ambulare voluit, multò magis nostram orationis domum, in qua caro & sanguis eius consecrantur, & vbi carnis ipsius & sanguinis sacramenta celebrantut, visitare gaudebit. Quodque præ gentibus gloriabatur olim Israël, nos præ Israële gloriemur, non vllam fuisse, esse aut fore nationem, quæ Deum habeat tam sibi propinquum, tam appropinquantem, tam familiurem, quàm & adest & præsens est nobis in his mysteriis Christus Deus noster. Proinde toties vrgeri Christi corpus in pane adesse, præsens esse, ac comedi, neque tamen adorari, est non magis sibi constare, quàm toti retro Ecclesiæ, res adeo diuinas quas hîc participabat, semper & vbique veneratæ. Cæterùm calumnia est nos res eas signis includere: Adesse dicimus, quia sic loquitur Orthodoxa antiquitas, includi non dicimus, quia nec sic eadem loquitur. Et res in iis sacris signis non diutius manera insania est, nedum hæresis à patribus, vt antè indicauimus, improbata. Neque verò consequens esse ibi ea localiter esse, vbi adorentur: Vt malè Oecolampadius. Si corpus (inquiens) hic loqualiter contineri inficias itis, quid volunt contentiones vestræ, quibus adorationem requeritis? Localem enim præsentiam hîc non requirimus, verissimam licet, & huic sacramento peculiarem. Reliqua autem contra cultum hunc Oecolampadiana, quoniam Vvaldensia sunt, ad roffenses anteà solutiones remittimus.

Albin. & Thom. in catena. Ioan. 10.

Deut. 4.

Inclusio localis hîc negatur. Tho. part. 3. Quest. 76 Artic. 5. Lib. 3. Epistola ad Melanchthon.

Zuingliana, siue Cingliana.

CAP. VI.

AT Zuinglius sacramẽtariorũ Coryphæus, magis, Primùm quidem ingenuè, sic germanam, inquiebat, sententiam citra offensionem docebitis, Deum nemo vidit vnquam. Patet ergo in Eucharistia nõ debe-

Ioan. 1.

re adorari, quod videtur, &c. Nos tecum, Cingli, eatenus sentimus, Res enim inuisibiles sub signis visibilibus adoramus, idque nostrates (si fortè nescis) agnoscunt Scholastici, Christi corpus, quod hîc nimirum colimus, spirituali modò intellectus oculo per similitudinem dicto, hîc per fidem, non etiam corporer propriè dicto, ne glorificato quidem, prout in hoc est sacramento, videri etiam posse. Tantùm abest, vt vel quod hîc corporaliter videmus, adoremus: vel quod adoramus, hîc propriè videamus aut etiam videre possimus. Cùm ergo ita pergis alibi, Damnosum esse idololatriæ commentum, & causificaris, Quis enim hoc sacramentum non adorauit? Respondemus, Cùm sacramentum hoc duobus constet, signis scilicet ac rebus, & signa quidem videamus tãtùm, res autem etiam adoremus, nihil vetat quin sacramentum, ab excellentiore sui parte vsitato loquendi modo acceptum, hîc adorare dicamur. Contrà verò (ait) cur Baptismum non eodem modo adorauimus? cùm sacramentorum, quod ad definitionem attinet, eadem sit ratio. Baptismus (aio) & Eucharistia longè lateque differunt, vel hoc maximè, quia vtriusque Christus autor, dixit, ac etiamnum dicit, non quod in illo, sed quod in hac dabat, dedit, dat, & donec redeat, daturus est, corpus ac sanguinem esse suum. Etiam si hæc in baptismo, suo quoque modo adoramus, quia nulli aliquatenus ambigendum, tunc vnumquenque fidelium corporis sanguinisque Dominici participem fieri, cùm in Baptismate Christi membrum efficitur, De quo suprà latè in Eucharistia paruulorum. Christum autem in Eucharistia quàm in baptismo vero suo corpore ac sanguine non esse præsentiorem, id verò Zuinglio & Zuinghanis pernegamus. Pergit ergo vbi antè, ita, Restat quod hac in re multò difficillimum, quonam simus Christi verba, quæ consecrationis appellant, detorsuri, Cùm enim Christus dixerit, hoc est corpus meum, quod pro vobis traditur, nõ possunt aliò verba trahi, quàm quòd hic panis quem Christus porrigebat, sit corpus eius, non mysticum hoc, Ecclesia (nam ea non est pro nobis tradita, sed ipsum verum, quod in cruce pro nobis est mactatum. Verba sunt

De conf. Dist. 2. cã. Nos autem Thom. vbi suprà artic.

Lib. 3. Epistola ad Alberum.

Sacramẽtũ quo sensu piè dicatur adorari.

Baptismi & Eucharistiæ non eadem in cultu ratio. Beda. 1. Cor. 10. ex Aug. De conf. Dist. 4. cap. Nulli. Lib. 2. cap. 12.

Consecrationis verba torquet. planatum, vt ait, & aperta.

Matth. 26. 24.

plana & aperta: & cœlum & terram facilius est deperire, quàm vel apicem ex eis, hîc omnes nerui fidei intendendi. Adeundus cœlestis gratiæ thronus, vt quicquid sit hîc abstrusum, referetur. Nam si verba hæc rectè non sunt hactenus intellecta, peccatum est hîc magis quàm vlla in re: vt nescio an maior fuerit abominatio adorauisse aureum in Dan vitulum, quàm adorauisse panem istum benedictum, siquidò panis solum modò est, & cætera. Adorationis ergo Eucharistiæ metu, sustulit Cinglius ab ea rerum, à mensa Domini esculentarum poculentarumque eius, hoc est, Dominici corporis atque sanguinis præsentiam, & verba cœnæ sacramenti huius consecratoria, vel ipsius testimonio plana & aperta, detorsit (vt & eiusdem verbis vtar) & traxit ad sensum & intellectum hactenus non intellectum. Vt in eis verbum E S T, vt aliquoties alibi, significare, portendere, exprimere, rememorare, breuiter, quiduis potius quàm esse significet, fiatque verborum Christi sensus, ad hunc modum apertissimus (scilicet) hoc conuiuium significat, aut symbolum est quo refricabitis corpus meum pro vobis esse traditum. Vel, Hoc quod nunc facere iubeo, significabit vobis, aut rememorabit corpus meum, quod iam iam pro vobis traditur, vt schemate nobis inusitatiore Matthæus & Marcus dixerint, hoc est corpus meum: pro eo quod est, hæc manducatio noui testamenti est symbolum, quod hîc robur suum habet, quòd ego meipsum pro vobis & pro tota multitudine trado. At, Hic est sanguis meus, pro eo quod est, hoc poculum est symbolum, aut significabit vobis, quòd sanguis ille meus sit pro vobis effusus, quam Paulus & Lucas, hoc poculum siue potus nouum testamentum, non dixerunt est sanguis meus, sed in meo sanguine, Nouum enim testamentum vim & fundamentum habet in sanguine Christi pro nobis effuso, vt poculum non sit sanguis: quod enim alio est, non est idipsum in quo est, sed testamentum, hoc est commemoratio viuificæ effusionis sanguinis Domini, & horum duorum posteriorũ verbis præbeatur clauis duorum illorũ priorum verba rese-

Verba hæc hactenus nõ intellecta.

Adorationis metus tollit præsentium

E S T.

Hoc.

Matt. 26.
Marc. 14.
1. Cor. 11.
Luc. 22.

Poculum.

Testamẽtũ.

Cœne verborum idem sensus & sonus. Apolog. lib. 7. cap. 6. De officiis diuinus lib. 2. cap. 22. To. 9. pag. 12. 84. Lib. 3. Epistola. Et tuum declamation. & præfation. Clauis feras intricans. Tertullian. in Praxeã.

randi. Hæc ille. Nos de verborum Domini, quæ consecrationis vocamus, sono atque sensu, ac proprietate, reiectis hîc, post vereres Orthodoxos Græcos & Latinos, figuris, tropis, & schematismis, alibi pro virili & gratia nobis data diximus. Quorum locos ea tum turba, tum fide indicauimus, vt nihil hîc sit necesse repetere. Absit, aiebant, hoc, vt dicamus, hoc est figura corporis Domini, Non dixit hoc Dominus, sed, Hoc est corpus meum, &c. Quibus eò loci mihi allegatis, D. Rupertus aliis quidem posterior, aliis etiam prior, nullo certè priscorum scriptorum inscripturis sacris minus versatus, in eo, inquit, quod panis ille consecratur, non ipsum indiuiduum corpus Domini significat, sed est, transfuso in se Dei verbo per fidem passionis, resurrectionis, & ascensionis Domini: Dominus enim non, Hoc significat: sed, Hoc est corpus meum, inquit. Et inter recentiores Erasmus in libello quem inscripsit, Detectio præstigiarum libelli cuiusdam. Cùm scripturarum, aiebat, autoritas stet à nobis, ab eius recta pronunciatione cur ad tropos deflectamus, nullam satis grauem video causam. Quin & Melanchthon ad Oecolampadium, non secus, Cùm verborum proprietas cum nullo fidei pugnet articulo, nulla satis magna causa est, cur eam deseramus. Nec vllam firmam rationem inuenio, quæ conscientiæ discedenti à proprietate verborum satisfaciat. Cingliana verò clauis ea est, vt Euangelicas feras turbare magis valeat aut intricare, quàm recludere vel extricare. Cùm enim oporteat secundum plura intelligi pauciora, & posteriora secundum priora: incerta de certis, obscura de manifestis præiudicari præscribique, quod hæreticorum proprium est, pauca aduersus plura clauiger iste defendit, & posteriora contra priora susçipit. Verba ergo panis consecratoria, quæ & apud plures, quatuor nimirum extant, & priora, & clariora sunt, per verba calicis consecratoria, quæ & apud pauciores, duos videlicet, & posteriora, etsi non obscuriora, minus certè clara exponere, est scripturas claudere, non recludere: obserare, non reserare. Æquinius ergo est, & scripturæ quoque, nedũ rationi & communi hominum sensui, nedum catholico patrum con-

sensui conformius, per hæc verba, Hoc est corpus meum, quæ extant apud Matthæum, Marcum, Lucam, Paulum: & hæc, Hic est sanguis meus, quæ apud duos priores, interpretari. Hæc, Hic calix nouum testamentum in meo sanguine, quæ apud duos posteriores. Præsertim cùm hæc forma seu formula, Hic est sanguis meus, allusio tum fuerit, & imitatio, adeoque impletio & consummatio Mosaicæ illius, hic est sanguis fœderis quod pepigit Dominus vobiscum, siue vt Paulus citauit, Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos Deus. Quæ legalis & fœderis formula cùm olim semper sit propriè ac ad verbum intellecta de præsentis sanguinis externa exhibitione, & Christus eam adiectis discriminis causa duabus tantùm voculis, nempe MEVS & NOVI in nomen fœdus proprio suo sanguine sanctum trāstulerit, necesse est eam etiam nunc propriè de præsentis sanguinis Christi exhibitione intelligi. Nec magis alterutrū sensisse, quàm dixisse, hoc est signum sanguinis, sed vtrunque sensisse nimirum & idem intellexisse quod dixisse, Hic, vel hoc est sanguis. Multò verò magis Dominum, vt cuius sanguis in veteri testamento in figura promissus, in nouo in rei veritate sit exhibitus. Ergo τὸτο τὸ ποτήριον, hoc poculum, hic calix, per se quidem nihil admodum, siue quanti aut quantuluis precij, cuius tandemcunque fuerit materiæ, sed noui testamenti est, & infiniti precij, in meo sanguine, siue per meum sanguinem, hoc est quatenus sanguinem meum: Meum inquam, qui Dei sum Filius, Deus, & cætera, sanguinem vobis non solùm nec simpliciter significat, sed etiam verè continet, offert, exhibet. Illud ergo duorum, Hoc poculum est testamentum nouum, fortasse contrà valeret, si apocopen admitti illic oporteret. Nunc autem sic dixerunt, Hic calix est testamentum nouum in meo sanguine, qui sine poculo tradi non potuit. Hæc aduersum Cinglianam clauim, cuius ne faber quidem ipse satis ei tum fidebat, præfatus se nihil definire, sed sua in medium proferre, vt siquidem Domino placeret, sic alii quoque sentire docerentur à spiritu, precatus contrà si cubi Balaam in morem veritati pertinaciter obluctaretur, suum Deus angelum op-

Exod. 24. Hebr. 9.

Thom. par. 3. Quæst. 78. artic. 3. ad. 3.

Numer. 22

Zuinglius neris suæ velut præsagus.

poneret, qui machæræ ſuæ minis aſinum ſic ad maceriem affligeret, vt pedem frangeret, ne vltrà is blaſphemaret nomen Domini. Hæc ille, aſinum quidem iuſtitiam audaciamque myſticè interpretatus, & gloriæ à ſe cupiditatem aut eius ſuſpicionem deprecatus amolitúſque, vt eſſe tamen ſolet præſaga mali meus, & ſiquidem licet ex euentu coniicere, videri poſſit nonnihil tum præſagiiſſe ſuam inter hoſtes conſertiſſimos ciuili bello necem parum eiuilem aliquantò pòſt ſecutam, tum de Euchariſtia ſententiam pro blaſphemia in Deum non à Catholicis modò, ſed & à Proteſtantibus ſuis alioqui in Eccleſiam Romanam ſymmachis hactenus habitam Et certè videre ibi eſt hominem animi parum ſoluti ac explicati, cui pronomen demonſtratiuum contra vſum loquédi omnium linguarum, aliud hoc loco demonſtraret quàm quod porrigebatur, ſed modò panem hunc, modò conuiuium hoc, modò hanc manducationem, ſic enim ibi enarrat. Et videns rem non bene ceſſiſſe in pronomine H O C, accepit verbum E S T, ſignificatiuè, non ſubſtantiuè, adductis vbi ſic accipiatur, duobus exemplis, ſeptem boues craſſæ ſunt ſeptem anni fertiles, in ſomnio Pharaonis, pro ſignificant vel portendunt. Ego ſum vitis, pro ego ſignifico vitem, vel exprimo, vel eius in morem me habeo. Et, Semen eſt, pro ſignificat, verbum Dei. Et alibi paſſim in literis ſacris. Sed præterquam quòd in medio exemplo non ait Dominus ſe ſimpliciter vitem eſſe, ſed veram vitem, certè Chriſtus non ſignificat vitem, ſed vitis Chriſtum, vt hæc identica ſit propoſitio, Ego ſum vitis vera, cœleſtis nimirum & ſpiritualis & diuina, aut ſiquidem ſymbolica eſt, tropus eſt in prædicato V I T I S, non in copula E S T. Et huic ſimili diſſimillituo reſponderunt olimiam tum alii tum D. Rupertus. Id nimirum tam audacter, quam imperitè in mendoſum argumẽtum trahi, cùm verba ſtatim ſubſequẽtia, ſicut palmes, &c. manifeſtè per ſimilitudinẽ dictũ cõpellant intelligi. Præſertim cùm nõ ſignanter dixerit, Ego ſum hæc vitis, vt ſignantiſſimè dixit, hoc eſt corpus meũ, Hic eſt ſanguis meus, appoſita protin⁹ deſcriptione

Balaam aßinus.

Hoc.

EST.

Gene. 41.

Ioan. 15.

Matt. 13.

Vites vera.

Super Ioã. 6. cap.

veræ proprietatis vtriusque. Quod &c. Qui &c. Quod etiam dissimile obseruarunt Sententiarij: Solet, inquientes, scripturarum circunstantia scripturam interpretari, & ex præcedentibus & sequentibus colligi, num propriè an figuratè loquatur, dictum itaque hoc metaphoricè ex sequenti apparere, quod immediatè subiunxit, Vos palmites. Quàm ergo non erant palmites naturales, discipuli, tum constat figuralem fuisse vitem, Dominum. Contrà, cùm in Cœnæ verbis, vocem hanc corpus sequatur, quod pro vobis tradetur, quàm realis & vera fuit traditio, tam propriè veréque dictum est, Hoc est corpus meum. Hoc ergo, vt illud figuratiuè dictum esse, est contra dictorum circunstantiam, & dicentis intentionem. Christus enim in Cœna non vel somnium aliquod, vt in primo exemplo, vel parabolam, aut similitudinem, vt in secundo & tertio, narrabat, vel exponebat. Et quis non videt non statim sequi, Est alicubi alibi capitur pro significat, ergo & hîc? alioqui vbiq; sic acciperetur. Restat igitur vt probet sic hîc accipi. At cùm hac de re scripserint tres Euangelistæ cum Paulo, ne vnus quidem vno verbulo indicauit significatiuè EST accipi, atque adeo diuersum vno omnes ore dicunt. Et in reliquis eadem de re Apostoli dictis, nullum EST habetur, vt liceat alicui dicere EST accipi pro significat, Vnum, inquit, corpus sumus omnes, qui de vno pane participamus, q. d. Nos inter nos vnum sumus, propter vnum panem quem vnà edimus. Et quomodò vnus panis, quem tot locis dissiti Romæ, Lutetiæ, & vbiuis Christiani orbis edimus, nisi vnum hîc, id est, in Eucharistia Christi corpus. Et illud, Reus erit non panis aut vini, sed corporis & sanguinis Domini, non dicitur hîc significati, sed veri vtique in sacramento præsentis, Nam de eo qui dicitur Qui edit & bibit, Et peræquè illud, Non diiudicans, non quidem panem externum aut simplicem, sed corpus Domini: nec magis dicitur significatum, sed verum vt suprà, haud dubiè. Quid quæso, fiat tot locis vbi nullũ EST. Fluctuabundus igitur tum Cinglius, cùm semper aliàs, tum in fidei ad Carolum V Imperatorem ratione, contendit Cœnæ verba non naturaliter, sed significatiuè accipienda: alibi tropum reiecit ad

Lib. 4. Paludan. Aquilan. Orbellan.

1. Cor. 10.

Panis quomodo tot locis vnus.

1. Cor. 11.

Anno 1530.

prædicatum, ex vero corpore tropicum faciens, sic, Hoc est corpus meum, id est, hoc est symbolum, siue corporis
Anno 1531. mei sacramentum. Sic etiam quo post anno in tumultu Heluetico bellator, vt aït Melanchthon in suo Carione, occubuit, ad Regem Christianum fidem hac de re suam
Quod. Qui. exponés, Sed peræquè obstant pronomina *Quod* & *Qui*, relatiua, quę non aliud quam verum Domini corpus, verúmque sanguinem referre possunt. Illud vtique, non panem verò mysticum siue sacramentalem, pro nobis tradirum: & hunc, non vinum, pro nobis effusum in remissam peccatorum. Iacta igitur alea, vt prę sentiam, sic adorationem semel excutit, & nostram sententiam sic alibi
De vera & falsa religione. cauillari pergit, Ad eam, inquiens, vsque insaniam deuenimus, vt panem vidisse salutare putaremus, Nec contenti, quod vidimus, etiam adorauimus, obliti nostrorum etiam articulorum, quibus inter omnes tam neotericos quàm veteres, qui hac de re scripserunt, consensum est,
Humanitas Domini pura non adoranda. quod ne pura quidē humanitas adoranda sit, solus Deus adorandus, Et Deum nemo vidit vnquam. Quid ergo adoramus, quod videmus? Quo se vertant, qui Euchari-
Ioan. 1. stiam, vt vocant, adorandam esse docēt? Ecquis vnquam
Eucharistia. gratiarum actionem adorauit? Quid enim gratiarum actio, aut vbi, aut quomodò est? nónne tum solùm cum
Synaxis. aguntur gratiæ? Sic quid Synaxis est? nihil sanè quàm congregatio, coagmentatio, celebritas. Quis verò hanc vnquam adorare poterit? Actio est & vsus, qui tum est, cùm fit. Neque secus sentiendum de Cœna Dominica:
Cœna. Tunc est Cœna, Synaxis, Eucharistia, cùm editur cum annunciatione mortis Christi: An etiam quisquam Apostolorum legitur cœnam adorauisse, cùm hanc sui commemorationem institueret? Et aliquantò pòst precatur vt Deus omnium oculos aperiat, vt abominationem (quam vtique esse maximam oportet, cùm quod creatura est, Dei loco habetur) quæ se in locum Dei statuit, vniuersi cognoscant, & adorare desinant. Et superiora repetens, Cùm enim solus (ait) Deus adorandus sit, & creatura prorsus nulla, ita vt etiam Theologistæ negent puram Christi humanitatem citra discrimen idololatriæ adorari posse, quomodò non est summa impietas pa-

nem adorauisse? Quid verò est quod dicant se panem non adorare, sed corpus Christi? An iam non creaturam adorant? Vbi ergo sunt illorum decreta, quibus, vt diximus, humanitatem vetant adorari? Sed iterum dicãt, Nos adoramus atque etiam edimus spirituale Christi corpus. Et quid est spirituale Christi corpus? an vspiam in scripturis repertum est aliud spirituale Christi corpus, quàm aut Ecclesia, aut fides nostra? Cur eiusmodi vocibus, quas nullus capit intellectus, pias mentes eueramus? Spirituale corpus sic ab homine capitur, vt si dicas corporea mens, aut carnea ratio. Quid adhuc voces inconciliabiles copulamus? &c. Hæc Cinglius. Sed quid est calumniari, nedum cauillari, si hoc non est? Eò ventum ait, vt vel panem vidisse, salutare duceremus. Equidem vidisse modò sacramentum hoc, & oculis modò corporeis vidisse, nunquam adeò infans fui, vt salutare ducerem vel dicerem, Cùm autem iuuenis illud audiuissem,

Corpus Christi spirituale.

Segnius irritant animos demissa per aurem,
Quàm quæ sunt oculis subiecta fidelibus.

Horat. in Arte.

Vir didici simul & docui, oculo etiam corporeo & visu, vti sensuum longè acerrimo & acutissimo spiritualem fidei oculum in his sacris excitari, exerceri, proficere posse, præsertim cùm pro ea quæ hîc nobis est rerum cum signis vnione, præsentia, oblatione, exhibitione, legerem cùm apud alios, tum apud Chrysostomum toties, vtraque videri, tangi, gustari, & inter manus tractari, & in ore ac lingua versari. Cuperem certè me méique similes, iam non tam hîc tepidos, quàm prorsus algidos, mysteria sacra non intueri duntaxat, sed & participare sæpius. Sed qui sacris sic interfunt, vt nec eis præsint tamen, nec externè participent (nec enim semper tenentur, ne id in Ecclesia quanlibet veteri perpetuum fuit) quid vetat nos, signa seu elementa intuentes, res ipsas colere? In persecutione Albigesica Comes Balduinus captiuus, sacrum hoc ab hoste petens sibi porrigi, nec obtinens, Si per te, inquit, mihi communicare non licet, at sacramẽtum saltem videam, in quo salus mea est, vt vel sic hac in vita

Eucharistiã videre & colere.

Cap. 132.

Baldum. Comes.

Seruatorem meum videre possim. Hostia ergo sublata eique ostensa, Iesum in ea præsentem adorauit: In more tum fuit prælium inituris, sacris prius interesse, & si-
Cap.165. quidem per otium liceret, participes esse. Simõ ergo He-
Simõ Mõtfortius. ros ille Montfortius, ante prælium quod ei pro Catholicismo vltimum fuit, cùm sacris adesset, de conflictu iam inito monitus, Sine me, inquit nuncio, audire diuina mysteria, & nostræ potius redemptionis intueri sacramentum. De suorum rursum periculo factus certior ab alio, idem alij respondit, Nec iam egrediar, quin prius videro Redemptorem meum. Et mox sanctæ consecrationis hostia pro more subleuata, genibus ille flexis, cœlóque, quod ait Poëta, supinas attollens cum voce manus,
Luc.1. Nunc, ait, dimitte seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace, Quia viderunt oculi mei salutare tuum. Et addidit, Eamus, & si opus aut vsus est, moriamur pro eo, qui pro nobis mori dignatus est. Obsecro te, Catholice lector, milites hi panémne videre salutare putauerunt, ne & milites aut laicos vllos adeo crassos putet subtilis hic Heluetius, ac non potius in pane, sed san-
Canon Missæ. cto æternæ pane vitæ, vt in sacro Canone legimus, & in calice salutis perpetuæ, Christi corpus & sanguinem, adeóque Christum ipsum adorare? Nulli contra panem & quidem purum putum magis colunt, quàm qui hæc nobis imponentes, res interim hîc adeò non agnoscunt, vt eas à cœnis ipsimet suis tam absentant quàm à terra cœlum, sic enim in eis nihil præter panem habẽt, ac proinde si quo cum honore cœnas suas tractant, nil præter panem honorant. Et hunc enim panem & calicem non sine verecundia in Ecclesia tractãdum ibi se sentire Cin-
1.Cor.14. glius profitetur, vt in qua omnia cum decoro & honestè fieri debeant. Sed ad quam remittit, perorationem non reperi, & in totius operis Epilogo super hoc tantundem, id est, nihil. Ad id verò quod quærit, Cùm solus Deus a-
Ioan.1. dorandus sit, Deum autem nunquam viderimus, quid er-
De consecr. distin.2.ca. Hoc est.ca. Nos autẽ. go adoramus quod videmus? Iam initio ad eius argutias respõdimus, ac etiamnum cum Augustino, Prospero, &c. respondemus nos hîc ex duobus quibus Ecclesiæ sacrificium conficitur constátque, visibilem quidem elemento-

rum ſpeciem, hoc eſt, ſacramentum videre, inuiſibilẽ autem Domini noſtri Ieſu Chriſti carnem forma panis opertam, & ſanguinem ſub vini ſpecie, vt credere, ita adorare. Peræquè ridiculũ eſt quod magno riſu obiicit, gratiarum actionem, celebritatẽ, cœnam cœnæve vſum non adorari, ac proinde nec Euchariſtiã. Quis enim noſtrûm vel ſomniauit, aut à quo noſtratium vnquam hic fando audiuit, actiones formam aut vſum adorari? ſed res in actione & vſu præſentes, oblatas, datas & exhibitas adoramus, vt non malè quidã Scholaſticus, ſi non Græcè doctus, certè in Græcis Latinè redditis nõ infœliciter, vt tẽporibus illis, verſatus, de nominibus huius ſacramẽti tractãs, Synaxim ideo dici ſcripſerit, & communionẽ interpretatus ſit, quia per eam Chriſto verè cõmunicamus, & eius carne ac deitate participamus, etiamſi apud Damaſcenum, vnde hæc deſumpſit, κοινωνία legitur, non σύναξις, & μετάλημψις, quòd per hãc filij deitatem aſſumamus, ſiue in eius diuinitatẽ aſſumamur, eíq; concorporati inuicem etiam vniamur, &c. Euchariſtiam autẽ, quaſi bonam gratiam, cùm ob aliud, tum quòd realiter Chriſtum cõtineat, qui eſt plenus gratia: Et vt alter quidam anterior, quia in hoc ſacramento totus is ſumitur, qui totius eſt gratię & fons & origo. Et quid melius eſt Chriſti corpore & ſanguine? Hæc illi melius cauſificantes, quàm (vt ita loquar) ἑτυμολογοῦντες. Scimus alioqui ſic à gratiarum actione dictam. Vnde & ſacerdos cõſecraturus, Chriſtum imitãdo, dicit, Gratias agamus Domino Deo noſtro, Verè dignum & iuſtum eſt, æquũ & ſalutare, Nos tibi ſemper & vbiq; gratias agere, &c. ſed in iis præſertim myſteriis. Optima, inquit Chryſoſtomus, beneficiorum cuſtos, memoria, & perpetua gratiarum confeſſio. Propterea reuerenda & ſalutaria illa myſteria, quæ omni Eccleſię cõgregatione celebramus, Euchariſtia, id eſt, gratiarum actio nuncupatur, & ſacerdos altari aſſiſtens, nos pro vniuerſis ſacrificio propoſito iubet Deo gratias offerre, &c. Nos autem hic Euchariſtiæ adorationem dicimus, ſicut Auguſtinus ad id quod ſcriptum eſt, Et calicem accipiens poſt Cœnam, &c. Ipſam, inquit, potuit appellare Cœnam, qua iam corpus acceperant, vt deinde calicem acci-

Thom. par. 3. quæſt. 73. artic. 4.

Synaxis.

Lib. 4. cap. 14.

κοινωνία.

μετάλημψις.

εὐχαριστία.

Lombard. lib. 4. diſt. 8. & 13.

1. q. 1. ca. Multi.

εὐχαριστῶμεν.

Homil. 26. in Matth.

Epiſt. 118. cap. 5.

1.Cor.11. perent, Apostolus nanque alibi dicit, Conuenientibus vobis in vnum, non est Dominicam cœnam manducare, hanc ipsam Eucharistiæ acceptionem Dominicam

Serm.5. cœnam vocans. Sic Cyprianus de lapsis, In corpore atque ore violato Eucharistia permanere non potuit. Hîc Eucharistia gratiarum (credo) actionem significat, non

In Ioan. 6. li.4.ca.17. potius signũ cum ipsa re. Sic Cyrillus, Vt parum fermenti totam massam fermentat, sic paruula benedictio (ita so

Eulogia, benedictio mystica. let pater hic sacramentum hoc vocare, cum cum epitheto μύστικὴ) totum hominem in seipsum attrahit, & suâ gratiâ replet, &c. Sed quis, quæso, patrum non ita loquitur? Quis tam ridiculus, vt gratiarum actionis acceptionem

Eras. in instituto Christiani hominis. exponat? Nos Synaxim adorare sicubi legimus, sic intelligimus vt quidam cecinit,

Mysticus illo cibus (Græci dixêre σύναξιν)
Qui panis, vinique palam sub imagine Christum
Ipsum præsentem verò exhibet.

An hîc Synaxim celebritatem, festiuitatem, congregationem, & non magis sacra quæ in ea distribuuntur, si-

In detectione præstigiarum libelli cuiusdam tom.9.carolstadius. gna, cum cibis & dapibus signatis & exhibitis exponas? Sic enim seipse exposuit alibi poëta, hunc locum clarè docere non eum sentire, quod Carolstadius (quem quidam Sacramentariorum huius temporis primum fuisse volunt) an non satis, ait, euidẽter profiteor illic esse Chri-

Substantialiter. stum substantialiter, cùm dico *exhibet*? Nec hoc contentus, addo *ipsum*, figuram excludens. Ne hoc quidem contentus, addo *verè*, Quid abest, nisi Substantialiter? Atqui hanc vocem nec recipit carminis ratio, nec latini sermonis elegantia. In eodem carmine hæc leguntur,

Ast vbi sacrati me ad corporis atque cruoris
Cœlestes epulas pietásque diésque vocabit,
Sumam Christi venerabile corpus.

Annon hîc legis epulas sanguinis & cruoris, & venerandum Domini corpus? Hîc igitur de sacramento Eu-

Cibus mysticus. charistiæ loquens, cibum mysticum appello, quòd sub *speciebus visibilibus* recondita sit gratia spiritus inuisibilis. Hæc Erasmica suo anteà loco omissa, huic non malè

conueniunt. Nam & rerum hîc signatarum tum præsentiæ, tum etiam adorationis assertoria sunt, & huius sacramenti nomina (nam & hoc sacramentum multinomine est, siue pluriuocum) non actiones tantùm significare, vt velle videtur hîc Zuinglius, sed integra quoque hæc mysteria, hoc est, cum signis venerandis, res haud dubiè adorandas. At apostolorum (ait Cinglius) nemo legitur cœnam adorauisse, &c. Ad hoc Valdensium ante Cauillum respondebimus, licet anteà, Nos contrà non dubitamus, quin eum qui tum erat illis non conuiua solùm, sed & conuiuium, adorarint, quibus illud non malè aptetur, Destinaui ad eos vt cum eis vescerer (assumpta forma hominis) siue, dedi eis esum corporis mei, ipse & cibus & conuiua, aut illud, manducauerunt & adorauerunt, quod nemo manducat (legitimè scilicet, aut manducare debet) nisi qui adorat, &c. Ecquod verò Christi corpus? Spirituale nos ait Cinglius dicere hîc adorari edique Et negat tale vsquam in scripturis reperiri, quàm aut Ecclesiam aut fidem nostram. De Ecclesia quàm certum, tam de fide incertum est. Probasset hoc paradoxon, Corpus Christi, ait Hieronymus, intelligitur vel quæ est Ecclesia, vel certè quod ex virgine dignatus est assumere. Et verbum quidem diuinum, scripturámve sacram in sacris scripturis & scriptoribus vt cibum & panem, ita Christi dici carnem, corpus & sanguinem passim reperire est, fidem dici non temerè reperias, certè non tam sæpe, nedum non tam appropriatè, vt sit fides huius quidem spiritualis cibi, panis, carnis, corporis & sanguins esus atque potus, non verò etiam ea sit aut dicatur ipse cibus, &cæt. Credere enim, edere Christus interpretatus est, eodem loco idem promittens in se credentibus, quod carnem suam manducantibus, & sanguinem suum bibentibus, vitam nimirum æternam. Quo ex loco patres dupliciter Christi carnem & sanguinem intellexerunt, vel spiritualem, mysticam & diuinam, verè fidelium cibum atque potum: vel carnem crucifixam, & sanguinem militis lancea effusum, vt quia caro Domini verus est cibus credentiũ, & sanguis eius verus est potus, iuxta ἀγαγωγὴν, Sapiens dixerit nos præsenti seculo bonum hoc solum habere,

Hier. quæ. 1. ad Hedibiam, & Osee 11.

Conuiuaribus, & conuiuiam.

Augusti. in Psal. 21. & 98. Thom. li. 3. Sententiæ. dist. 9.

Spirituale Corpus.

Ad Eph 4.

Corpus Domini duplex, imò triplex.

Fides, esus, credere edere.

Ioan. 6.

Caro D. duplex, sanguis D. duplex.

Hieron. ad Ephe. 1. de consi. dist. 2. can. Duplicitur in Esa 55. Osee 8. Sap. 2. 3.

De ciuitate Dei lib.17. cap.20.

si vescamur hac,& illo potemur, non solum in mysterio (haud dubiè Eucharistiæ sacramento) Et ad hoc enim hos locos accommodauit vir pius Augustinus, credibile Salomonem dicentem,non esse bonũ homini nisi quod edet & bibet,intellexisse quod ad participationem mensæ huius pertinet, quam sacerdos ipse noui testamenti mediator exhibet secundum ordinem Melchisedech de corpore & sanguine suo,non in hoc inquam,tantùm sacramento, sed etiam in scripturarum lectione. Verus enim cibus & potus, qui ex verbo Dei sumitur, scientia scripturarum est. Bonum itaque sit veros cibos & veram sumere potionem,quos de agni carne & sanguine in diuinis voluminibus inuenimus. Adeo vt Hieronymo, vnde hæc sumpsimus,alicubi corporea scripturę intelligentia siue historia, caro Christi appelletur: allegoria siue spiritualis intelligentia, spiritus. Sicubi ergo vt scripturæ notitia, Christi caro ab hoc patre exponitur, ita fides Christiana Christi corpus dicta esse inueniatur,notet lector catholicus,nam de hac corporis acceptione scriptorem hactenus pium probatumque desidero. Corpus autem Christi verum atque corporeum, non idem etiam spirituale & esse & dici, miror vlli Christiano excidere posse, glorificatum presertim,nedum quia ex spiritusancto, vt Apostolicus habet articulus, conceptum. Nam & beatorum corpora,corpora licet & corporalia remanentia, erunt tamen etiam spiritualia πνευματικὰ: quantò magis Christi corpus qui suo nostra tunc est conformaturus? Vt non defuerint, qui à nostra parte hîc stantes, aduersus humanæ cogitationis in rerum hîc presentiam scrupulos cogitandum contrà monuerint, quàm inæstimabiles sint dotes corporis glorioſi, præcipuè Dominici. Contra quod, quia de corpore primùm consecrato, nõdũ haud dubiè glorioso,quod quale tũ fuit,tale dedit, curreret argumentum,huic olim iam responsum,Dominum in diebus adhuc carnis suæ, & necdum glorificatũ, glorificandi tamen corporis & spiritualis dotes cùm alias aliàs,tum in cœna & sacramẽto præueniſſe,ac præassũmpsisse, multò magis nunc tale nobis eũ dare corpus idem suum,& tale nos accipere, quale nunc est, glorioſum &

Ad Gal. 5.

Corpus corporeũ idem, & spirituale.

1.Cor.15. Phil 3.

Erasm. præfatione in Algerum.

Alger.li. 1.cap.9.Ino Carnoten. in epist.post Algerum impressa.

ſpirituale. Vnde & ex Proſpero in Auguſtini ſententiis citatur, Carnem carnis, & ſanguinem ſanguinis hîc eſſe ſacramentum, Carne videlicet & ſanguine, vtroque inuiſibili, ſpirituali, intelligibili ſignari viſibile D. N. Ieſuchriſti corpus, & palpabile, plenum gratia omnium virtutum, & diuina maieſtate. Et ex Ambroſio, In illo ſacramento Chriſtus eſt, quia corpus eſt Chriſti, non ergo corporalis eſca, ſed ſpiritalis eſt. Vnde & Paulus de typo eius ait, Quia patres noſtri eſcam ſpiritalem, & potum ſpiritalem biberunt, Corpus enim Dei corpus eſt ſpiritale, Corpus Chriſti corpus eſt diuini ſpiritus, &c. Et hic ergo pater, quo veterum nemo veri in his myſteriis corporis Dominici tum præſentiæ, tum etiam adorationis aſſertor clarior & vehementior, idem hîc Domini verum corpus & ſpirituale & diuinum, ſeu diuini ſpiritus appellat. Quod hîc ergo corpus & credimus & colimus, nec protinus non ſpirituale, quia verũ, nec protinus non verũ eſt, quia ſpirituale, vt hæc vocabula nec inconciliabilia ſint nec pugnantia, nec diſparata. Quomodò verò hîc ſit, & verè verum ſit ac ſpirituale, nil ad me præter credere, viderit qui hîc hoc eſſe dixit.

De cõſ. diſt. 2. can. Hoc eſt.

Can. in illo.

De myſteriis ca. 9. cõcomitantia.

1. Cor. 10.

Corpus D. verum idem & ſpirituale & diuinũ.

Reliquum eſt argumentum, planè, vti Cinglio videtur, Achillæum, Nos Domini licet corpus adorantes, non protinus nos eius adoratores non idololatras eſſe. Solum enim adorandum Deum, non vllam verò creaturam, ac proinde puram Chriſti humanitatem, nempe creaturam, non eſſe adorandam, & quidem omnium etiam Scholaſticorum conſenſu: Hos enim Theologiſtarum nomine non dubium quin tãtus ſcilicet Theologus intelligat. Sed ſiquidem vt tum patres alij, tũ Ambroſius ſentires, qui vbi paulò antrò, & alias ſcribit, Vbi corpus Chriſti eſt, ibi Chriſtus eſt, Vbi autem? non in mentis modò noſtræ hoſpitio, ſed in hoc ſacramento: Scholaſtico, imò catholico Concomitantiæ, quam vocant, recepto dogmate, de toto hîc Chriſto adorando cogitaret, non verò de pura, ſeu ſola Chriſti carne aut humanitate, quæ nunquã nec vſquam talis fuit, eſt, aut erit, quia quod ſemel aſſumpſit, nunquam dimiſit. Litem mouens, dum nos totius hîc Chriſti adoratores idololatras facere vult,

In Pſa. 118 ſermo. 8. verſ. 6. Cõcomitantia.

Zuinglius Luthero Nestorianus, lib. de conciliis.

ab aliis eius etiam aliàs Symmystis Nestorianus audiret. Quid est enim talem, hoc est, puram, meram ac solem siue solitariam Christi hîc aut alibi carnem seu humanitatem nobis obiicere, quàm tum Nestorij, tum aliorum de Christo vt puro meroque homine hæreticorum sibi suspicionem accersere? Alioqui non magnopere cum Luther contenderim Zuinglium hîc inuidia plus ab hoc satis grauatum Nestorianum fuisse. Scolasticos ergo Cingli appellasti? ad Scholasticos igitur, imò ad scholam ibis, non eorum modo, sed & veterum, libro tertio antea congregatam.

Vadianica. Cap. VII.

Lib. 5. Luc. 2.

LOngum porrò esset Zuinglianos omnes persequi. In præcipuis tãtùm immorabor. Inter quos Ioachimus Vadianus ex medico repentè Theologus, multorum certè librorum helluo, in tam multis suis illis de Eucharistia aphorismis, Adorationis, vno tantùm & altero (si bene memini) loco commeminit. Si in pane, ait, Christum esse scripturæ docerent, etiam adorabilem esse in eodem fide poscente consequeretur. Nam & id vtero matris à Ioanne est adoratus, nec in vllo loco est, in quo adorari eum non oporteat. Nos, Vadiane, in pane Christum non docemus, non ita loquimur, litiga cum Lutheranis, quanquam nec his deest quo se sic loquentes tueantur, vt Tertullianus tibi hîc citatus, ita alibi loquitur, Corpus (inquiens) Domini in pane censetur, nec desunt alij, vt hæc locutio sensu bono non prorsus careat. Sed ex scripturis vt quia credimus, proinde loquimur, quæ in his sacris autore dante Domino, sumimus, eius esse corpus & sanguinem, sic & in iis adoramus, eadem nimirum fide, qua & præsentem credimus. Sed humanitatis, ais, veritatem sic aduersus Marcionem Irenæus & Tertullianus tueati sunt, vt non passi sint aliud de Christo quàm de verissimo homine vel suspicari, qui humanitate sua glorificata quidem, non tamen exuta, ad Patrem corporaliter ascenderit. At nos, Vadiane, aliud Christum quàm

De oratione, corpus vt in pane.

Aliud non alius.

quàm veriſſimum hominem non iam ſuſpicamur, ſed firmiſſimè credimus, veriſſimum nempe Deum eſſe, non alium tamen & alium, ſed vnum eundem ipſum Deum hominem, & hominem Deum Ieſum Chriſtum. Scis enim veteres ſuper incarnato verbo ſic diſtinctè loqui, vt aliud quidem atque aliud in eo ſentiant dicantque propter duas naturas, non alium tamen & alium, propter vnicam perſonam. Huius ergo Dei Hominis diuinitati, ipſiſſimæ vtique veritati & veracitati cum omnipotentia coniunctæ, ſuæ quoque hîc humanitatis præſentiam credimus & agnoſcimus, ac proinde adoramus. Et cum Irenæo, Tertulliano, addo & cum Hilario, Cyrillo, Chryſoſtomo, &c. carnis noſtræ ſubſtantiam hîc, in his, inquam, ſacris Domini corpore, carne, & ſanguine veſci, ali, nutriri, augeri, ideoque incorruptibilis & æternæ vitæ eſſe capacem: & rude hoc ac terreſtre corpus hoc cognato ſibi guſtu atque cibo ad immortalitatem reducendum. Quæ tamen nos non hîc ita eſſe recipimus, vt illinc, hoc eſt, à cœlis abeſſe vel ſuſpicemur, ac non potius in Miſſæ tum doxologia cantemus, Qui ſedes ad dexteram Patris, miſerere nobis, tum canone, non mortis tantùm & reſurrectionis Domini, ſed & glorioſæ in cœlos aſcenſionis memoriam etiam poſt conſecrationem faciamus. Ad quem locum Ambroſius, quo tractatu Canonis, ſæpe alias meminit, & poſt eum Auguſtinus, ſic videntur alluſiſſe, Tu, aiunt, audis, quod quotieſcunque offertur ſacrificium, mors Domini, reſurrectio Domini, *Eleuatio* Domini ſignificetur. Quo ſacri huius tempore fruſtra hæc doceremus, ſi quem adoramus in ſacramento, mentiremur in cœlo. Quam Algeri ſententiolam meo ſanè iudicio argutam & catholicam, ſi minus recipis, vt autoris poſt ætatem etiam mediam, at audi certè Chryſoſtomum toties, vt indicato non ſit opus, concionantem, exclamantem, Idem Chriſti corpus eodem temporis articulo & in cœlis Deo Patri aſſidere, & in ſacris in hominum ore atque manibus verſari. Vt non catholici tantùm, ſed & Proteſtantes Euangelici ſcripſerint ineptum, irreligioſum, inconſequens, impium, blaſphemum, adeóque furioſum, hos Chriſtianæ fidei articulos

Tertull. de Reſur. Ire. lib. 4. c. 34. Hila. li. 8. de Trinit. Chryſoſt. et Cyrill. in Ioan. 6. Aſcẽſionis et Eucbariſtiæ articuli. Canon. Miſſæ. De ſacram. li. 5. c 4. de verbis de ſerm. 28.

Lib. 1. c. 14

quasi testam testæ collidere. Super qua collisione locos,
Apol. li. ca. quàm potuimus, bona fide alibi indicauimus. Sequitur a-
7. 4. 15. liquantò pòst in Vadiano, Autores habeo fide haud in-
8. 6. 8. dignos, qui Honorium III. primum omnium Romæ
Lib. 6. panem Eucharistiæ templorum indidisse, quò adoranti-
Hono. III bus pateret. Nominasset eos Vadianus. Errant autem, & in errorem eum miserunt, siquidem putat, vt habet index à chalcographo ex hoc loco adiectus, Eucharistiam tunc, hoc est, post annum Domini 1200. cœptam adorari, aut in sacrariis asseruari. Fuisse vtrunque quouis. Honorio longè antiquius constat ex anteà dictis. Addit nec eum quidem morem statim ab aliis Ecclesiis admissum
Extra de celebrat. Missa, ca. Sanè. esse, aut receptum. Et huius rei fidem facere Honorij verba, de Eucharistia loco singulari, mundo, & signato semper honorificè collocanda, & deuotè atque fideliter conseruanda, In quibus quanquam adorationis eius inclusæ nulla fit mentio, sed vt eius vel in Missis eleuationi, vel ad infirmos delationi reuerenter à populo inclinetur, hoc tamen ipso quod tam districtè præcipit, satis constare, id quod sic mandat, diu non durasse, sed à se maximè institutum. Nec edictis enim, nec mandatis tam districtis opus in his retinendis, quæ aut vetus consuetudo, aut honesta aliqua ratio maiorum autoritate confirmata commendat. Hæc Vadianus. At in Honoriana decretali hæc aduerbia, *Honorificè, deuotè, fideliter*, in nonnullum adorationis aut signum, aut argumentum duci possunt, & quidem probabilius quàm quod de reliquo duxit. Districtius enim multò antiqua quidem, sed
Hebr. 8. vel antiquata, vel aliquo neglectu desueta & vt cum Apostolo dicam, senescentia instaurari solent, quàm noua & alioqui insolita institui, vt Eucharistiæ, in eo præsertim celebrationis Missarum articulo, & inter ad ægros deferendam, cultus, & eius ad aliquam multos, de quibus anteà, vsus, asseruandæ retentor magis fuerit & seruator, quàm institutor.

Martyriana. Cap. VIII.

Proximus huic, longo sed proximus interuallo. Æneidos 5.

Vt cum Vergilio dicã, Petrus Martyr quantumuis aliàs Zuinglianus, sic tamen super hac adoratione scripsit, vt cùm eam, quod huius statim tractatus initio præfatus sum, quouis magis scopulo fugitarẽt Pissiaci ipsius symmystæ, non alium pro hac expressiorem, fuerim eis, imò ipsum ipsimet obiecturus. Conuenire enim nobiscũ hîc in multis, velit nolit, mihi videbantur, ac etiamnum videntur eius scripta, dum hîc adorationẽ sic admittit, vt ea rebus, non signis deferatur. In quo si quicquam toto hoc tractatu contrà legatur, non recuso quin hîc Zuinglianus, aut alioqui non Catholicus & sim & habear. Tantùm vbique refugit ex hoc cultu Domini hîc præsentiã colligi aliam, quàm per fidem, gratiam, spiritum. Hoc verò vt non agnoscimus, ita neque hîc præcipuè tractamus, sed præsentiã hanc in Eucharistia quàm in baptismo vllísve sacris hîc mysteriis aut concionibus, vt ita loquar, præsentiorem, vt alibi abundè tractatam probatamq; nũc missam facimus, vel magis præsupponimus, & iis modò quæ de adoratione disputauit, cõtenti erimus. Sic igitur velut præfatur, De adoratione quomodo in sacramentis percipiendis adhiberi queat, in præsentia parũ dicam, nẽpe in re aperta, quoniã si meus non ad symbola, sed ad significata referatur, potest adoratio licitè interponi. Vt cũ auditur hoc in symbolo, & *Verbum caro factum est*, aut oratio aliqua consimilis, permulti Christũ adorant, cùm tamen corpus eius prẽsens non habeant. Quare cùm percipiuntur sacramenta, audiuntúrq; promissiones ad ea spectantes, si Dominum adoramus, non propterea illius realem corporalemq; testamur præsentiam. Et alibi, Quid ergo aiunt (Papistæ scilicet, vix enim aliter nos vbique vocat) Carnẽ Christi in mysteriis adorari. Hoc (ait) fieri oportere non negamus, Christum enim vbiq; & in verbo suo, & in sacramẽtis ab ipso institutis adoramus, & statim audito nomine Iesu, caput aperimus. Et in Italia, cũ in Euangelio legitur, *Et verbum caro factum est*, cumq; in symbolo recitatur, *Et homo factus est*, omnes astantes procumbunt. An cùm in his verbis pura synceraq; fide adoretur, in eis

Adoratio rerum, non signorum.

In apolo. li. 6. cap. 5.

Ad obiectum 1.

Adorare ad certa symboli aut Euãgelij verba, Ioan. 1.

Obiect. 38.

Ioan. 1.

Christum realiter & corporaliter esse credemus? Hæc ille. Quæ duo loca procul aliàs dissita coniunximus, vt lectori constet hunc aliter scripsisse, aliter fecisse. Sunt hæc edita anno 1559. At non ita pòst, Pissiaci anno 1561. qui hîc se munerat inter adorantes audito IESV nomine, statim, ait, caput aperimus, adeò Gallos comministros suos Italus Italicum hunc, imo Catholicum morem non docuerat, vt dedocuisse illi eum viderentur. Nam Beza eorum Mercurio & verbi duce, tam orante, quàm disputante, ad IESVCHRISTI nomen, quod optarim tam frequens illis in corde esse, quàm in ore, lingua, & labris recurrit, quiduis potius quàm caput vel nudarunt, vel acclinauerunt, ne ipse quidem Martyr, suo loco Tuscè orans & disputans, sed quauis statua stetit cum reliquis regidior, non sine minimi & maximi cuiusque collatoris, spectatoris, & auditoris scandalo, quasi horum nihil ij facerent, vel religionis ergo rati id superstitiosum esse, vel vt nec in hac quidem ceremoniola nobiscum eam pro recepto more seruantibus conuenirent, adeò nullo conciliationis inter eos & nos futuræ desiderio venerant, vt vel inde constet, quàm in cœnis aut cœtibus suis, ad ea quæ hîc Martyr citat, vel Symboli vel Euangelij verba, nihilo magis adorent. Quæ autem in materia Eucharistica nomina & aduerbia, Domini hîc aliter & quàm per fidem præsentioris significantissima realiter siue reipsa, reuera, naturaliter, corporaliter, carnaliter, substantialiter, & si quaiis sunt alia adhuc significantiora, hic quouis cane peius & angue odit, & passim flagellat. Pissiaci tunc vno omnium nostrûm ore responsum est, & à me posteà repetitum, quo ea sensu à patribus vsurpata, malimus cum catholica antiquitate sanè ac modestè recipere, quàm cum schismatica nouitate impudenter ac irreuerenter reiicere. Quod item tum Bezæ ac Bezanis, & inter eos Martyri in os rotundè dictum est, siquidem Christum Dominum non aliter, hoc est, non tantùm efficacius, sed & præsentius nobis adesse in sacramentis quàm in concionibus, & inter sacramenta in Eucharistia, quàm in baptismo vel in aliis, tam nos ab illis di-

Beza ad Iesu nomen Ireuerētia.

Aduerbia.

Apol. li. c. 7. 5. 8. 6.

ſtare, quàm cœlum à terra, idem eadem de re hîc audiant Martyrum: Et proinde cùm Martyr à Domini inter Symboli aut Euangelij verba, inter preces atque ſacramenta adoratione, eandem in Euchariſtiæ actione infert, rectè ſi hoc ei argumentum eſſet, non à pari, ſed à minori ad maius. Nam & hoc anteà inter Eraſmica recitato, Lutherus poſteà vſus eſt, ne fortè nos hac puritate minus contenti ſoli videamur. Sic enim alicubi ratiocinatur, Nos non tantùm orantes, ſed & baptizantes, abſoluentes, & abſoluti, & accedentes ad ſacram Synaxim, quinetiam ad recitationem promiſſionis aut textus Euangelij, genua flectere, vel ſaltem ſtare debemus, in ſignum adorationis, ſeu reuerentiæ & gratitudinis. Et ſi in cœna Dominica nihil aliud porrigeretur præter panem & vinum, ſicut Sacramentarij blaſphemant, tamen eſt ibi promiſſio, & vox diuina, & Spirituſſanctus per verbum in cœna. Ideoque decebat nos cum reuerentia accedere. Quantò verò magis id fieri par eſt, quando credimus ADESSE verum corpus & verum ſanguinem cum verbo? Sic ille. Cuius teſtimonij laudator Martinus Kemnitius de externa hac Chriſti adoratione ſic ſcribit, Ad veram confeſſionem pertinet, vt fidem, deuotionem, celebrationem publicè quoque teſtemur, & voce, & aliis externis ſignificationibus: quibus oſtendamus quid de huius cœnæ ſubſtantia & fructu ſentiamus, qua animi reuerentia & deuotione accedamus, qualem ibi cibum nos credamus accipere. Tali externa confeſsione (& ſic adoratione) ſeiungimus nos à Sacramentariis, & Epicureis contemptoribus horum myſteriorum, excitamus alios ad veram reuerentiam, ne qua detur occaſio vel ſimplicibus ad profanas cogitationes, vel porcis ad conculcanda hęc myſteria. Externa enim irreuerentia ſignum eſt profanæ mentis, & non diiudicantis corpus Domini, quod dicebat Paulus de quibuſdam, quia id in cœna Dominica non maiori reuerẽtia tractabant, quàm vulgares concœnationes. In iis verò externis regula vt ſimpliciſsima, ita tutiſsima, vt ſint teſtimonia fidei interioris de Euchariſtia, iuxta verbum, eique fidei reſpondeant, &c. Hæc illi, peculiarem Chriſti in Euchariſtia vt

Argumentũ à pari, & à minori ad maius.

Ad Gene. 1. ca. 47.

Sacramẽtarij blaſphemi.

Part. 2. Examinis Tridentini. pa. 429. & 438

Epicurei.

Irreuerentia externa.

1. Cor. 11.

præsentiam, sic adorationem nobiscum requirentes, vt vel eius ergo se à Sacramentariis, vel à se potius sacramentarios segregent. Ad Martyrem, ea quæ Eucharistiæ cum precibus, concionibus, baptismo, & aliis cœtibus sacris communis est, contentum redeo. Qui cùm hîc vbiq; aduersarium inconstantiæ reum agat, adeóque inconstantem nominet, non video quàm constãter agat, dum simul præfatur non quibusuis patrum statim credẽdum, simul patres hîc à se stare contendit. Quid enim, siquidẽ hoc verũ est, illud necesse habuit? Et patres quidẽ singulos labi potuisse, aut etiam alicubi lapsos esse (homines enim erant) non inficior, alios alia in re, omnes autem in hac aliáve, tanti præsertim ponderis, pariter errasse, falsos esse, fefellisse, sic vt veritatẽ horum nemo attigerit, Martyr nulli catholico persuaserit. Addit proinde, siquis eorum quantumuis priscorum & piorum senserit dixeritve adoranda sacramenta, & symbolis, rebus vtique creatis honorem diuinum exhibendum, anathema sine exceptione sunto: & hoc tantùm esse in controuersia, adorãda nécne sint sacramenta, quod nusquam illos scripsisse deprehenderit. Mirum hominem, cùm toties protestemur, rebus hîc significatis, non significãtibus signis hunc nos honorem debere ac deferre, vtriſq; item constare ac confieri sacramenta: inter nos post Irenæum & patres alios constet atque conueniat, quidni Eucharistiam à meliore, & modis omnibus potiore parte, diuino vtiq; Christi corpore ac sanguine interim vocemus, & venerabilem adorabilemq; dicamus? Et huc enim patres (opinor) spectantes, ita non rarò loquuntur. Vbi ait Ambr. venitur, vt cõficiatur *venerabile* sacramentũ, sacerdos Christi verbis, non suis, vtitur. Et, Qui vulnus habet, medicinam requirit: vulnus est, quia sub peccato sumus: medicina est cœleste & *venerabile* sacramentũ. Sic qui hęc verba ad verbum repetendo sua fecit Augustinus, & alibi de communicantibus, aliis rarò, aliis sæpe, Neuter, inquit, exhonorat Christi corpus & sanguinem, si saluberrimum sacramentum certatim honorare contendunt, & indignè accipit, qui à cæteris cibis *veneratione singulariter* debita non discernit. Quem secutus quondam suum Lutherus, Eucha-

Roff. in articulum 36. Lutheri.

Patres errasse singulos potuisse, non simul omnes.

Honor rerum, non signorum.

Eucharistia adorabilis, & venerabilis.

Ambr. de sacramentis, lib. cap. 5. 4. 4. 4.

De verbis Domini, serm. 28.

Epist. 118. cap. 3.

Veneratio singularis.

ristiam vocauit sacramẽtum *venerabile & adorabile*, quippe quod sic diffiniſſet, sacramentum altaris est verum corpus & verus sanguis Domini sub pane & vino, & cætera locis iam citatis. Et sic veteres loquuntur, Illibata hæc mysteria in veritate corpus & sanguinem esse Christi Dei nostri. Sed quid ex rebus nè an ex signis hoc sacramentum diffinias, ad cultum hunc, siue Latriæ, interest, cùm eum rebus, nõ signis deberi ingenuè fateamur? Addit ergo Martyr, adorationẽ hanc deberi Christo sedenti ad Patris dexteram in cœlo, non autem tanquam delitescenti sub speciebus panis & vini, &c. Nõ nego nostrates sic interim loqui. Abundent illi sanè in suo sensu, nõ destituuntur fortè autoribus priscis atque piis. Sed bene quoque, si non etiã melius & clarius qui tũc sic in Berengariũ, Ambrosius non in pane & vino corpus & sanguinẽ Domini latere, sed panẽ & vinum Domini corpus & sanguinẽ mutari docuit. Et Dominus panẽ accipias ac benedicens, ait, Hoc est corpus meũ, non, In hoc latet corpus meum. Nec dixit, In hoc est sanguis meus: sed, Hic est sanguis meus. Vnde consequenter Dei Ecclesia in canone Missæ ex Apostolica traditione orat, vt hæc oblatio nobis fiat corpus & sanguis Domini, & cætera. Non hîc oratur, vt in ea corpus & sanguis lateat, aut in eam adueniat, sed vt ipsa, inquam, oblatio & corpus & sanguis fiat. Et alter, Vnde, ait, quia sic voluit, cuius voluisse fecisse est, vt caro eius esset & sanguis hoc mysterium, in nullo dubites, si Deum credis: sed vera fide habeas in animo, quòd hæc est caro illa quæ oblata est pro mundi vita, & cætera. Et Filium ergo Patri assidentem in cœlo, Martyr, adoramus, sed & hic quoque, hoc est in mysteriis verè præsentẽ, ac proinde & in tẽplis & in altarib⁹, velit nolit Martyr, qui locos id apertè testificãtes sic eludit. Cùm Naziãzenus odiosiore illis vocabulo quàm sit *altare*, vsus fuisset, nẽpe τῷ θυσιαστηρίῳ, quod à sacrifico & macto dicitur, cùm altare ab altitudine Festus deducat, sophisticatur Martyr, voculẽ ἐπὶ vertendã fuisse I N. non SVPER. vt Gorgonia Gregorii adorauerit in altari, Nõ super altari, nec Eucharistiã, sed Christũ, qui in alta-

In Louanienſis. *In Catechiſmo.* *Damaſcen. in hiſtoria.* *Latendi vocabulum.* *Alger. li. 2. cap. 3.* *Guitmundus.* *Canon.* θυσιαστήριον *Altare.* ἐπὶ. *in ſuper* *Gorgonia Nazianzeni ſoror.*

ri colitur. Vertat omnes sese in facies, non euadet, quin hæc piissima mulier procumbens aut reclinata adorauerit & inuocauerit Dominum in Eucharistia, domi, loco aliquo, aut oratorio ad id proprio reposita, & proinde sacro, vt eum Theologus θυσιαστήριον vocare non dubitauerit, quid eam fecisse putemus in loco seu oratorio publico, templo & altari? Litem ergo monet Martyr & altari, & ad altare adoranti fœminæ, & historico ac encomiastæ fratri, & quam frater fuisse testatur vtriusque scripturæ peritam, non sine contemptu, ista, ait, muliercula, salua eius & fratris pace, videtur in Christiana religione non satis fuisse instructa, quæ altari opus esse crediderit, vt preces suæ à Domino audirentur, cùm non in sacro tantùm piorum cœtu, sed & qui eius copiam non habent, in cubiculis & penetralibus Deus adsit orantibus, & cætera. De Gorgoniæ in fide institutione vtri credamus, fratriuè æquali & oculato, an Martyri, & num ea Deum suos vbique audire sciuerit necnè? Fratri, opinor, potius, sed & Martyri quoque credamus, sibi modò constet: dixerat enim eadem paulò antè pagina, Gorgoniam, vt Christum ardentius precaretur, altari & sacramenti reliquiis vt voluisse. His enim rebus externis infirmas, imò & perfectissimas quoque hominum mentes solitas non parum commoueri: ad altare igitur accessisse, & ἀντίτυπα corporis & sanguinis Domini secum attulisse vt ad precādū cōtentius & inflāmatius incitaretur, orādo altare attigisse, capite videlicet in illud reclinato, quid est Martyr, adorare, si hoc non est? Sed Christum Dominū, non exemplaria, aut symbola. Id volumus. Arrodit ergo altaris vocabulū. In quo cùm hominis tum tēporis Christum esse veneratos negare non possit, & Deo enim & Christo altaria iam tum dicata fuisse certum est, nos docet quid intelligat Christum in altari coli. Altare vtique Christi typum esse. Nam verum altare de quo nos omnes edimus & reficimur, Christus est. Vnde qui refertur & significatur, is inuocatur & colitur in symbolo: non quasi is honor signis aut typis debeatur, cùm animum per fidem ad res ipsas quæ referuntur, opporteat attollere, & cætera. Hoc profectò nemo ignorauit, & priuś-

Reliquiæ Sacramēti.

ἀντίτυπα.

Adorare.

Altare Christus.

Hebr. 13.

quam,non vt Lucilius aiebat,Theognis (quiſquis is fuit) ſed hic Martyr naſceretur. A patribus enim Cypriano, Auguſtino,Chryſoſtomo, & cætera didicimus, retinemus,& in his ſacris cantamus illud,ſurſum corda,& cùm aliorum œconomiæ Domini articulorum, tùm eius etiã in cœlum & ſuper omnes cœlos aſcenſionis facimus memoriam. Ideoque non humiliter aut abiectè ad propoſitum panem & poculum intenti, ſed exaltata mente fide conſiderantes ſitum eſſe aut iacere & (Κεῖσθαι) in diuina illa ſanctaque menſa Agnum Dei tollentem peccata mundi,oramus & adoramus,non quod videtur, typos & ſigna,ſed quod verè eſt,Chriſtum,Chriſtique carnem quam ibi eſſe credimus,cui data eſt omnis in cœlo terraque poteſtas,vt poteſtate tali ſit in vnitate perſonæ & in cœlo & in terra,quandocunque & quomodocunque ſibi placuerit,& cætera. Subiicit Martyr attendãdum ſacram menſam,vbi cœna Domini celebratur, non propriè dici altare, licet Patribus ea voce paſſim abutentibus plebs crediderit eam menſam Chriſti non minus ſymbolũ fuiſſe,quàm Hebræorum altare. Nec tamen ita eſt. Præterierunt quippè veterum vmbræ:vtique non habemus amplius altare, ſic illud genus figuræ ac ſymboli apud nos deſit. At Chriſtiani temporibus illis verbis Patrum pluſquam oportuit moti,in menſa ſeu ſymbolo Chriſti, eum conſueuerunt adorare,quem in illo ſignificari putarunt. Sic ille,minus certè quàm Chriſtianum deceat, honorificè de patribus non vno & altero,ſed in genere loquẽs, quaſi hoc vocabulo nimio ſepius abutentes ſuperſtitionis anſam populo dederint. Sed non mirum eſt, eum mẽſam altare propriè dici nolle, qui omnia hîc impropriè, etiam Domini verba dicta eſſe velit. Nos cum Auguſtino ad Caſulanum, Altaris nomen magis legis quidem & prophetarum literis frequentatum agnoſcimus, bene tamen & congruè ſic vetera tranſiſſe dixerimus,& noua in Chriſto tranſiſſe,vt altare ceſſerit altari, vetus nouo, ſpirituali carnale,Moſaicum Euangelico, hoc eſt altare ſignorum & vmbrarũ,rerum& veritatis altari. In Domini enim menſa tunc panes propoſitionis poni ſolitos, nunc immaculati Agni ſumi corpus & in poculo ſanguinẽ ac-

Gell. lib.1. cap.3.

Surſum corda.

Concil. Nicen.1. Chryſoſtom. homil.4.in 1.Cor.

Alger.lib.2 cap.3.

Menſa altare.

Epiſt.86.

cipi. Ne vtrobique signa semper & symbola Martyr somniet, qui dum negat Christianis altaribus opus esse, nō se interim attēdit id propemodùm facere, quod hominum post natos homines alterstultissimus, alter pestilētissimus Vrbicū aio, nescio quē, superiore Augustini epistola sola notū, & faustū illum infaustissimum Manicheum: quorū ille Christianorum aras ad Iudæos relegabat, hic etiam ad paganos, eis se suosque meliores putans, quòd ij Deū aris & delubris, templis & sacrificiis colendum putarent, horum hic nihil faceret, & cætera. Si enim vero Deo ista vera non debētur, cur laudabiliter in vera religione prædicantur? Quanquam vix ac ne vix quidem constare sibi Martyr videtur, dū hîc negat mensam Domini esse symbolum, vt olim altare, & eadem tamen capite aliquantò pòst, ad Chrysostomi locum, quo confert præsentiā corporis Christi nunc in altari, & tunc in in præsepi, Ad est, ait, præsens vtrobique: audio, & fateor. Sed non eodem modo: corpus Christi est in altari per significationem: quoniam in eo sunt eius symbola, quæ rerum nomina fortiuntur. En qui negabat nos altare habere, in altari Christi esse corpus vtcunque agnoscit, nempe symbolicè tantùm: quin mensam nunc, vt olim altare Christi esse signum, in altari Christi corporis esse symbola, sed symbola tantùm. Nos patres ad vnum omnes de altari Christiano & mensa Euangelica loquentes secuti, res ipsas in eis esse, adesse, & ex eis dispensari veréque sumi, testimoniis veterum expressioribus quàm vt id negari possit, in Apologia probauimus, ad quæ remittimus. Nomen certè tantam habens testium nubem Lutherus retinuit, nouator alioqui tantus, vt passim hoc altaris sacramentum vocet. Martyr & similes, quæ pœna fuit patribus grauissima, ab altari submoueri, eam vltro sibi accersunt, dum altare se habere negant, & altaria submouent. Ad Eusebij Emisseni locum negat idem esse colere & adorare: Adorationem enim hîc intelligi, in qua sit proprius & peculiaris honor vnius & summi Dei. Coli autem & aliquo modo rerum diuinarum memorias & monumenta, parentes, amicos, viros graues, quin & domum, vitam, studia, militiam. Scriptorem ergo hunc velle, sacramentum

Vrbicus. Faust. Manich. In quē Augustin. lib. 20. cap.

Homil. 24 In 1. Cor. Matt. 2.

Lib. 7. cap. 8. & 9.

Ab altari sub monere. Emissenus.

Adorare & colere an idem.

hoc à Domino fuisse institutum, vt frequentaretur, participaretur, coleretur. Sed addit Emissenus, Honora. Martyr vir acutissimus nos stupidissimos scire negat, quid hîc sit honor, quasi eum omnem in eo ponamus, vt symbola contẽtis oculis suspicias, pectus tundas, brachia expãdas, palmas iactes, humi te prosternas, &c. Præterea Eusebio deest adorationis vocabulũ. Sed siquidem Eusebius græcus fuit, ac etiam græcè scripsit, Nam Emisa Stephano & historiis Ecclesiasticis, Phœniciæ Libanusiæ vrbs est in Asia, vertisset autẽ Latinus interpres, Adora, vbi nũc legimus Honora, num protinus hanc rem confeciſſet? Minimè. Excipit enim Martyr, nec sic doceri sacramentũ esse adorandum. Rerum, ô Martyr, cultum hîc vrgemus, non signorum. Quis nostrum, ait, dubitat corpus & sanguinẽ Domini, vt pro nobis oblata fuerunt, coli oportere ac adorari? ad huius autem corporis adorationem & cultum per mysteria & sacramenta vehementer excitamur. Nec verò id dubitamus, Martyr, sed nũ hæc prout in cœlis tantùm sunt, non etiã quà in mysteriis, adoranda? vbi eorum vt peculiarem, & aliter quàm per gratiam, præsentiã, sic adorationem requirimus, ab accedẽtibus, Christo ibi non per gratiam tantùm præsente, sed & per corporis eius & sanguinis substantiam, in eam nimirum cõuersis, vt habet Eusebianus canon, visibilibus terrenisque creaturis. Et ad altare igitur Christi corpus honorandum colendumque cultu imprimis interioris hominis, cordis vtique, sed quem exteriori quoque testificemur, palmis siue passis, siue iunctis, proni, supini, stantes, prostrati, & quicquid hîc Martyri ridere libet, prout Ecclesiis sunt sui cuique ritus, aliis alii. Ad Ambrosii & Augustini luculentum illum locum, quo testantur carnem illam quam Apostoli adorarunt in terris, nos hodieque adorare in mysteriis, & non solùm non peccare adorando, sed peccare non adorando, eandem cantionem canit, neutrum vtique hic aut alibi scribere, sacramenta sacravè symbola esse adoranda, quod tantùm, ait, controuersum est. Imò Martyr, de hoc inter nos, & vt puto, inter omnes conuenit, sacra hîc signa sumi reuerenter, non etiam numinis instar adorari. Addit Christum in verbo

Honor.

Emissa.

Adoratio audito Euãgelio, vel Symbolo.

& ſacramentis adorandum, cùm & audito Euangelio, & recitato ſymbolo, adoremus. Et hîc quoque verbo conuenimus, re non ita, dum Martyr Dominum non aliter in Euchariſtiæ actione, quàm in concione ſacra præſentem facit, ita ſubiiciens, Si Regem in ſuis inſignibus, literis, nuntiis, ſigillis veneramur, quamuis eum ſciamus in illis non eſſe incluſum, quid obſtat quominus fideles venerari Chriſtum poſſint in recto ſacramẽtorum vſu, etſi ille contineatur in cœlis? Huic Martyriano ſimili Auguſtinianum diſſimile obiicimus, Chriſtum ſignificando prædicari aliter per linguam, aliter per epiſtolam, & aliter per hoc ſacramentum. Nec linguam quippe (prædicantis) nec membranas, nec atramentum (ſcribentis) nec ſignificantes ſonos lingua editos, nec ſigna literarũ pelliculis conſcripta, corpus Chriſti & ſanguinem dicimus, ſed illud tantum, quod ex fructibus terræ acceptum, & prece myſtica conſecratum rite ſumimus ad ſalutem ſpiritalem in memoriam Dominicæ pro nobis paſſionis. Quod enim in altari ponitur, & ex pane vinóque, verbo vtique diuino conficitur, in vſum religionis aſſumitur, & peracta, pietatis celebratione conſumitur, inter celebrationem ſacramentorum cùm offertur & datur, dicitur etiam infantibus alioqui nihil tale cognituris, grauiſſima autoritate (vtique ſcripturæ Euangelicæ, & quæ huius interpres eſt grauiſſima, tutiſſima, irrefragabilis, Eccleſię) dicitur, inquam, cuius corpus ſit, vtique Domini, qui in humana ſpecie mortaliũ oculis apparuit, & ſanguis, qui liquor de percuſſo Chriſti eiuſdem latere omnino fluxit. Sic Auguſtinus. Cui Leo I. ſubſcribit, id in Eccleſia Dei in omnium ore tam eſſe conſonum, vt nec ab infantium linguis veritas corporis & ſanguinis Dominici inter cõmunis ſacramenta fidei taceatur, &c. Aliter ergo Chriſtũ in his myſteriis, quàm Principes in diplomatibus & id genus eorum memoraculis, tum eſſe, tum coli. Omnino verò aliter, quàm in crucis, de quo ſubiungit Martyr, & imaginum cultu. Quarum, & crucis, præſertim cultores, ſiquidem ſuperſtitioſos is habet, habebitur & ipſe viciſſim non. Nicenæ tantùm Synodo II. prout eſt, Iconomachus, ſed & Catholicis Græcis & Latinis multò ante-

Rex in literis, &c. adoratur.

Martyris ſimile, Auguſtini diſſimile, de Trinitate lib. 3. ca. 4.

Euchariſtiæ & ſcripturæ et cõciones, &c. diſſimile. Cap. 10.

Infantes norunt in Euchariſtia Chriſti eſſe corpus.

Epiſt. 23. De conſecr. diſt. 2. can. In quibus.

Martyr Iconomachus crucis inimicus.

rioribus,crucis inimicus. Verbis autem noſtris, fidē contrà conciliant (vt obiter vnum & alterum crucis ob omni retro Eccleſia cultæ grauiorem Petro Martyre teſtem ei opponam) orbis vniuerſus terra marique à priore ignorantia liberatus,idolorum ſedata fallacia,impietatis pulſa caligo,radij lumine cognitionis diuinæ mundum complentes,Græci,Romani,Barbari, de Crucifixo theologicè proloquentes, ipſúmque crucis ſignum proſequentes honore maximo. Et quidam alter ad carnis & humanitatis Dominicæ cultum ſic manducebat,Certè & per fimbriam veſtimentorum Dominus operatus eſt in ſanguiniflua,& actu multos ſaluauit. Per quod igitur operabatur, dum per hoc & in ipſo adoratur & colitur, complacet colentibus ſe. Nam & clauos quibus confixus eſt, & crucis venerabile lignum, & ſanctum illud prætereà ferrum, omnis per totum mundum abſque vlla contradictione adorat Eccleſia. Omnia hæc adoramus vniuerſi (nedum Trinitatem & Dominicam carnem) velut organa infirmitatem noſtram coadiuuantia ad propinquandum Deo,ad colendum,adorandum,venerādum. Aliud nanque eſt per hoc coli illud, & aliud ſecundum naturā, ſempiternè, & maximè propriè colendum aliquid illud eſſe. Hæc peruetus quidam Catholicus,quo eum antè argumēto vtentem audiuimus aduerſus eos qui carnis aut humanitatis Dominicæ cultores calumniabantur, quaſi quaternitatis in Trinitate introductores, cùm tot prætereà rerum atque naturarum cultus numerum non augeret, Iuxta illud non minus Theologicum quàm Philoſophicum, Vbi multa propter vnum,ibi vnum tātùm. Vtcunque ſit. Habet lector Catholicus contra Martyrē, crucis Dominicę vbique in Eccleſia cultum,eatenus non contradictum, Euangelio non repugnantem, non quod hodierni nouatores ſępe cauillantur,& blaſphemāt idololatricum, quaſi in huiuſmodi rerum cultu Eccleſia nihil aliud quàm idololatriam commutarit & innouauerit. Proſequitur Martyr, Non iudicamus Chriſti mēſam dignè à quoquam vſurpari, niſi qui Chriſti carnem pro nobis crucifixam pura fide & ſyncero ſpiritu adoret. Nec tamen inde confici adorāda ſacramenta. Nam qui ſigna

Phil.3.

Crucis cultus vniuerſalis.

Theodoretus lib.6.de Dei prouidentia.

Ruſticus diacon.contra Acephalos.

Matt.9.14

Marc.6.

Luc.8.

Fimbria.

Claui.

Lancea.

Ariſtotel. in Topicis.

veneratus diuinitus instituta, non illud quod videtur & transit, veneratur, sed illud potius quo talia referenda sunt. Agnoscimus, Martyr, Augustini locum, quem & ad longum anteà excussimus. Agit autem de signis Israëlitarum & Christianorum. Hoc verò illud quod dicimus, quod modis omnibus approbare contendimus, in signis visibilibus res inuisibiles, id est, Christi carnem & sanguinem, honorandas. Ab eodem Augustino Dauidicum versiculum, Manducauerunt, & adorauerunt, de Mensa, id est, externo seu sacramentali corporis atque sanguinis Dominici vsu atq; cultu expositum, mauult de spirituali manducatione, quę animo & fide constat, exponendum. Relegat locum lector, & à nobis anteà excussum, nihil enim clarius potuit dici, quàm venientes ad mensam Christi, corpus eius & sanguinem accipere, manducare, adorare, etiamsi non saturentur, qui non imitantur. Proinde quod Martyr ad huius obiecti finem scribit Christum, non tum cum inter Apostolos in cœna discumberet, adoratum fuisse, dicit tantùm, non etiam probat, negatiua enim, (aiunt) non probatur. Probabilius ergo, qui eis illud paulò antè citatum accommodant, Manducauerunt, & adorauerunt, & si nemo manducauit nisi prius adorarit, cùm manducauerint, etiam adorauerunt. Nihil autem iuuat eum, quod paulò antè ait Christum Euchristiam sedentibus seu discumbentibus exhibuisse: & sedentes enim & discũbentes possumus adorare. Ad Chrysostomi de Magis in præsepi, & nobis in cœna Christum adorantibus locũ, agnoscit Martyr, vel potius agnoscere fingit, vtrobique præsentiam, sed non eiusdem generis aut rationis. Ne nos quidẽ eandem omnino requirimus. Nec enim localis est in altari, vera licet, & Ecclesiæ sacrificiis, qualis illa quondam in præsepi, cunis, & vlnis Virginis. Agnoscit & adorationem, ea modò ne in externa signa feratur, sed in res significatas. Rectè. Sed mente, ait Martyr, in cœlum sublata. Id verò est huc semper redire, vt quæ hîc adoranda non negat, vel potius non negare fingit, hîc esse perneget, quod est contra Chrysostomi literam & mentem apertissimam, qui toties cùm aliàs, tum in libris de Sacerdotio, & in Liturgia, testificatur Domi-

De doctrina Christiana. lib. 3. cap. 9.

De consecr. dist. 2. can. Hoc est. ca. Nos autẽ.

Epist. 12. cap. 27.

Psal. 21.

Negatiua non probatur.

Aug. in Psal. 98.

Adoramus & sedendo.

Homi. 24. in 1 Cor.

Magi.

Matth. 2.

Præsentia multiplex.

num eodem momento & in cœlis Patri assidere, & nobis in mysteriis, adeóque manibus adesse, idque nulla illusione aut præstigiis, ne nos Martyr ad hyperbolas amandet, & illic ab Angelis, hîc à sacerdote, clero & populo, ab omnibus Ecclesiæ ordinibus adorari, vt Chrysostomiana illa, Christum hîc gustari, videri, tangi, tractari, haberi, ostendi, Martyri hyperbolica, tam simpliciter vera sint, quàm Euangelica & Apostolica, imò Christi verba, Christi corpus & sanguinem hîc accipi, sumi, manducari, edi, bibi, participari, communicari, non quidé per se absolutè & naturaliter considerata, sed in specie panis & vini, ceu in subiecto aliunde accersito, in his inquam, signis sacris verissimè præsentia, oblata, data, recepta: non verò iis quodammodo ligata, clausa, & verè concluſa, vt sequente obiecto Martyr nos docere mentitus est, vt qui non ignorauerit Scholasticos contrà docere, ea *nullo modo* in hoc sacramento *localiter*, aut *diffinitiuè*, aut *circunscriptiuè* esse. Et hîc ergo adoramus quod & videmus, nulla tamen aut inconstantia, aut cum anterioribus pugnantia. Non enim videmus, in propria scilicet specie, & videmus, in aliena, sacramenti nimirum specie, Eleuationis autem, vt sacramentum in vsum communionis paratum, ab omnibus adoratione agnoscatur, quam Martyr hîc cauillatur, tum propter calicem populo non propinari solitum, tum quia non sit hoc mysterium à Domino institutum, vt spectandum attolleretur, vel adorandum ostenderetur, Non enim dixit Dominus Attollite, spectate, adorate. quæ familiaris est istis Dialectica negatiua, testimonium & hoc aliis suo anteà loco prolatis, hîc addimus ex Damasceno, In eleuatione, ait, panis Eucharistiæ, non dicimus Trisagios vel Triskyrios, sed vnus Hagios, & vnus Kyrios Iesus Christus in gloria Dei Patris cum sancto Spiritu, &c. De calice autem (quoniam proprij egeret operis) eat interim Martyr ad Lutherum quondam suum, qui Eleuatione retenta, calicis vsum adeò necessarium non putauit, vt iussu generalis Cõcilij, aut propria vnius alteriúsve Episcopi autoritate, porrigendum negauerit. Propter eum ritum non dissentiendum: neutram enim partem erro-

Hyperbolè.

Obiect. 39. Thom. par. 3. quæst. 76. artic. 5.

Eleuatio.

Dialectica negatiua.

Epistola de Trisagio.

Calix indifferẽs. serm. de Eucharist. ad nobilitatem German.

Obiect. 40. neam esse, &c. Sequitur in martyre Honorij decretum,
Honoriana decretalis. ex quo probabilis ei ratio videtur, hanc anteà adorationem in vsu non fuisse. In huiusmodi enim Decretis & Decretalibus, si quid instauretur, quod anteà vsurpatum, populi foret negligentia intermissum, solitum & morem pristinum ac antiquitus receptum laudari, & posteritatis cessationem reprehendi, horum nihil Honorium fecisse, sed nouum ita edictum proposuisse, quasi Romana Ecclesia Eucharistię adorationem nunquam prius vsurpasset. Hæc Martyr ex Vadiano, post Vadianum certè. In quem super Honoriana nos suo anteà loco. Ea porrò si extaret integra, de autoris eius mente nobis plus constaret. Sed quoniam Martyr ex probabilibus agit, idem mihi per eum liceat coniicere ex tribus Honorianæ verbulis primoribus, *Sanè cùm olim.* Honorium id obseruauisse, quod ab anterioribus obseruatum in eo Martyr desiderat, vt morem hunc non tam primus induxerit, quàm alicubi fortè desitum instaurarit: Et hanc adorationem veteribus ignotam fuisse, aut ignoratam scribere, magna est ignorantia. Scribit ergo Martyr, illos quidem ad Eucharistiam adorasse, sed verum Christi corpus, quod in cœlo esse scirent, externum, quod sciat, sacramentum nõ adorauisse. Et hîc cum Martyre nobis conueniret, nisi Christi corpus ita cœlò includeret, vt à cœna prorsus excluderet. Idque responsum sit ad id quod sequitur, nempe cultum hunc ad res ipsas inuisibiles (vt post Augustinum Prosper, alíque loquuntur Catholici) penetrare ac
Obiect. 41. dirigi, non in signis visibilibus hærere. Quod & Martyri placet, pios, dum adorant ad Eucharistiam in communicando, cultum suum non in panem aut vinum dirigese, sed in verum Christi corpus, quod illis elementis significatur. Quo etiam sensu agnoscit id dici posse, hîc la-
Latere. tère, vt rem significatam in signo, &c. Hoc non malè quidem, sed non satis, in scriptore præsertim, qui vbiq; scri-
Signa exhibitiua. bit hæc absentium esse signa. Res autem hîc exhibentur, non tantùm significantur, & has non aliter quàm vt in signo adesse, hæresis est ab omnibus retro Ecclesiis improbata. De verbo *Latêre*, in hoc argumento nos paulò
Hostia. anteà, sicut & aliquam multò prius de vocabulo, Hostia, quo

quo vocatur & hoc ſacramentum, quòd Chriſtum, qui vera eſt hoſtia, non ſignificet tãtùm, ſed etiam exhibeat, vt Orthodoxi veteres eius in quotidianis Eccleſiæ ſacris his corpus & ſanguinem, noui teſtamenti eſſe dicant vnicam magnam, ſalutarem, integram, perfectámque & hoſtiam & victimam, ſuper ſacram menſam ſitam, offerri, litari, proponi, ſumi, &c. In manibus (concionatur ille) eſt hoſtia, adſunt angeli, adeſt Filius Dei, & omnia propoſita ſunt bene ordinata, & putas hæc ſimpliciter fieri? Noſtis qui initiati eſtis, quod dicimus, ſiue ſexta feria, ſiue ſabbato, ſiue Dominica die, ſiue in celebritate Martyrum, eadem litatur hoſtia, idem conſummatur ſacrificium, vna virtus, gratia, dignitas, vnum atque idem corpus, non illud (in Paſcha) hoc ſacratius, neque iſtud (quotidie) illo inferius. Hoc inquam, Chriſti corpus eſt, quod ſcilicet ſumimus, & illud, quod ipſe tunc diſcipulis dedit: qui autem hoc illo minus aliquid habere putant, Chriſtum eſſe ignorant, qui nunc etiam adeſt, & operatur, & ſanctificat: eadem verba, eadem oblatio quã tum ſuis dedit, quámque ſacerdotes modò conficiunt, cuiuſuis eam meriti ſacerdos offerat, &c. & vna eſt hęc hoſtia, non multæ, &c. Et alibi, Eraſmo interprete, Vide (ait) quàm luculenter & dilucidè Deus per Prophetam myſticam interpretatus eſt menſam, quæ eſt incruenta hoſtia: Thymiama verè purum, ſacras preces quæ poſt hoſtiam offeruntur. Vides vt vbicunque conceſſum eſt angelicum illud ſacrificiũ inclareſcere. Eſt igitur hoſtia pura: prima quidem, myſtica menſa, cœleſte, ſumméque *venerandum ſacrificium*, vna ac vera hoſtia, veteres illas legis propè innumeras ſuperueniẽdo complexa, &c. Non ergo, Martyr, fingimus, ſed cum Patribus credimus, propter quod & dicimus, verbo Hoſtiæ, cùm de hoc ſacramento prędicatur, non ſignificari quod in eo viſibile eſt, ſed Chriſti corpus inuiſibile ſub viſibili ſpecie præſens, adeóque Chriſtum ipſum, cui cantamus *O ſalutaris hoſtia, O verè digna hoſtia*, hoſtiam vtique puram, ſanctam, & immaculatam, proinde modis omnibus adorandam, orandam, & inuocandam. Sacramentum qui aliter, alióve ſenſu adorandum dicat, aut inuocãdum, vt pòſt Mar-

Dionyſ. Eccleſ. hierar. cap. 2.
Emiſen ho. Paſchali.
Euthym. cap. 64. in Matth.
Cabaſil. cap. 27.
Chryſoſto. homil. 21. in Act.
Homi. 5. in 1. Timoth.
Homil. 2. in 2. Tim. & 17. ad Hebr.
In Pſal. 95.
Mal. 1.
Canon.

Obiect.42. tyr cauillatur,nemo est, quod sciam. Et ad hoc cauillum iampridem à Catholicis responsum est, hac nimirum fide, quòd caro eius ipsa est,quæ quo illi modo placet, in cœlo est, & in Cœna, sacramentum hoc quasi diuinum quiddam adoramus,quasi viuum quiddam & rationabile alloquimur,rogamus, & Agnum illum in altari iacentem deprecamur,&c. Christi autem corpus sic in hoc sacramento latêre, quòd paulò antè Martyr ait,vt mysterium in libro, aut quod idem hîc docet, cùm duplex via sit percipiendi huius corporis, per sacramentum, & citra sacramentum per verbũ,tantùm vno modo accipi,quantùm altero,non posse piè dubitari, siquidẽ intelligit,non aliter, non plenius, non efficacius, non præsentius, non fructus tantùm,vt exponit Martyr, sed res ipsas hîc accipi,non potest nisi impiè dubitari, nisi impiissimè negari. Non enim sermonem,non librum,non verbũ,non mandatum, non promissionem, non aliud Dei erga nos organum, non aliam ceremoniam, aliúdve signum quantumlibet alioqui sacrum,sed id modò quod ex terrę frugibus acceptum, verbo Dei consecratum hîc offertur & sumitur,Christi esse corpus & sanguinem. Quod Achilleum nobis ex Augustino videtur esse,Ne quis Algerum mediæ inter Augustinum & nos ætatis autorem ita de hoc vbi anteà,scribentem dedignetur. Quia in hac peregrinatione nobis expedit latêre Christum, vt credatur, creditus desideretur, desideratus habeatur, bene sub sacramento dedit seipsum, vt per hoc nobis & fidei meritum,& gratiæ suæ augeat beneficiũ:dum in terrena quadam,& prorsus (alioqui)stolida panis & vini forma,maiestatem sapientiæ verbi Dei substantialiter comprehensam, incomprehensibilem credere & venerari non erubescimus: quæ quantitate & qualitate sua ita eius excellentiæ videtur indigna, vt nullatenus etiam æstimari debeat, nisi quia ipse est Deus, qui omnia quæcunque voluit,fecit in cœlo & in terra,nisi quia etiam caro eius ipsa est,&c.vt iam aliquoties suprà citatum. Et huc fortè spectant Sententiarij, dum inter causas institutionis sacramentorum,afferũt humiliationem,vt dum homo insensibilibus rebus,quæ natura infra ipsum sunt,ex præcepto

Alger.lib. 2.cap.3.

Chrysost. homil.41. in 1.Cor.

Latere.

Corporis Domini duplex sumendi via.

Corpus Domini hîc quã in verbo præsentius.

Lib.3. de Trinit.cap. 4.

Latere.

Substãtialiter.

Lib.4.distinct.1.

Sacramentorum materia humiliat & erudit.

creatoris, se reuerendo subiicit, ex ea humilitate ac obedientia Deo magis placeat, & apud eum mereatur: cuius imperio salutem quærit in inferioribus se, etsi nõ ab illis, sed per illa à Deo: vnde vt nẽ in illis hæreamus, causam addunt & eruditionẽ, vt per id quod foris in specie visibili cernitur, ad inuisibilem, quæ intus est, virtutẽ agnoscendam mens eruditur. Homo enim per peccatũ adeò habuit, vt diuina, nisi humanis exercitatus, capere nequeat, nimirum vt qui peccãdo se per affectum subdidit rebus corporeis, ibi medicamen ei & remedium adhibeatur, vbi & morbum patitur. Aliquantò pòst apud Martyrem leguntur, Martyris similium argumẽta contra ministrorum vitia, quæ Eucharistiæ consecrationẽ impedire possint, & sic idololatriæ periculum creare, nẽpe creaturę pro creatore à populo adorãdę. Sítne aut esse debeat hęc adoratio simplex siue absoluta, an conditionata, anteà prolixè excussimus, nec breuius hîc repetere possumus, quàm & spiritũ & cultum adorantiũ Eucharistiã Christi fideliũ, à quanlibet simplicibus in archetypa ferri, non in cœlo tãtùm, vt hîc Martyr ait, residẽtia, sed & in his quoque mysteriis præsentia. Nota illa Patrum, Hoc accipe in pane, quod pependit in cruce: Et, hoc esse in calice, quod stillauit è Christi latere. Plures autem Christos pro vno nos adorare, aut quotidie, quod quidẽ ad corpus attinet, multiplicare, Martyriana, vel potius diabolica calumnia est. Paulò antea ex Chrysostomo & Ambrosio audiuim⁹ non doctos tantùm, sed & vel initiatos nosse vnũ idémq; Christi corpus Apostolis in nouissima illa cœna datum, hodiéq; in Ecclesia dari, & nihil hoc, illo minus esse, Neque nunc alium agnũ, cras alium, sed eundem semper ipsum, multis licet locis offeratur, non multos tamen esse Christos, sed vnum vbiq; Christũ esse, vnum corpus, non multa corpora, &c. Et hæc post veteres docẽt Sentẽtiarij. Paulò pòst Martyr. Quibus (ait) vnquam verbis adiunxit Dominus adorationem ad sacramẽta? Eum ergo negat adorationem cum hoc sacramento coniunxisse: ídq; probat solita illis dialectica negatiua, id ex verbo non ostendi, nec in Euangeliis, nec in Epistolis, nec in Actis Apostolorum, Eucharistiæ, inquam, ostendi adorationem

Thom. par. 3. quæst. 61. artic. 2.

Obiect. 85.

Adoratio simplex, an conditionata.

Augusti. Chrysost. Christi non plures.

ad Heb. 10

Lib. 4. dist. 12.

Obiect. 86. & 87.

Dialectica negatiua.

Auguſt. Ambroſ. Chryſoſt. Emiſen. Theodoret. &c.

poſſe,& Apoſtolorum temporibus nuſquam legi extitiſſe. Aliter longè, Martyr,ſenſerunt, qui carnem hanc neminem manducauiſſe,niſi qui & adoraret, qui eam quotidie in myſteriis adorari teſtificabãtur, qui ad altare accedentem, corpus quod ibi erant ſumpturi, honorare & mirari hortabantur,qui hæc myſteria horrenda,tremenda,honoranda,venerabilia,veneranda,& adoranda paſſim vocabant. Et cuius,quæſo,iuſſu & inſtituto, niſi Chriſti IESV: aut qua, niſi Apoſtolica traditione hæc adoranda toties concionabantur? Aliquam multò pòſt Martyr nobile illud & ineuitabile Auguſtini teſtimonium,

Part. 3. pag. 672.

cùm ei nequeat refragari, ſcribit apertiſſimè teſtari, impios carnem Domini manducare, cùm eam adorare nequeant, vt qui prorſus fide ſint vacui: Sic litem ex lite ſerit Martyr, & rixam ex rixa. Equidem quid hîc mali ſumant,non magnopere rixandum putarem,cùm nihil niſi ad iudicium & perniciem ſumant, Cùm aliquoties aliàs Auguſtinus dicat malos illam ipſam carnem manducare,ipſum ſanguinem bibere,Bonum itaque ad malum, & vitam ad mortem, Dominíque corpus & ſanguinem nihilominus eſſe indignè manducantibus & bibentibus, &c. nihil minus voluit loco antè allegato Auguſtinus, quàm vult eum velle Martyr, malos aut impios carnem Domini non manducare. Negat ergo eos qui non adorarint, manducare, manducatione vtique ſpirituali, nedum ſacramentali, vt ſit, Nemo manducat, id eſt, manducare debet,niſi qui adoret, quod Aquinatis eſt in ſententiis ſcholium. Eo videlicet locutionis genere, quod ſcriptura tum aliàs ſæpe frequentat, tum vbi dicit Dominus, Qui manducat carnem meam, & bibit meum ſanguinẽ, in me manet, & ego in illo, ſubaudiens, aut pro eo ac ſi diceret, Qui ſic edit, vt edenda eſt: ſic bibit vt bibendus eſt, vtique non indignè, ſed decenter. Quid autem, ſicut edenda, vel ſicut bibendus, niſi ea fide, ea cordis munditia, eáque, vt docet, paſſionis imitatione? Nos, ſcribit ibidem Martyr, diſertis verbis ſemper profeſſi ſumus, fideles in percipienda Euchariſtia non ſolùm poſſe, ſed etiã debere Chriſtum ex fide adorare. Nam in ſacra menſa & gratiæ Chriſto agendæ, & preces adhibendæ, quæ a-

Mali ſumũt corpus Domini. Serm. 11. de verbis Domini. Serm. 1. de Tempore. De Baptiſmo lib. 5. cap. 8.

Lib. 9. diſt. 9.

Ioan. 6.

Primaſ. & Ausbert. in Apoc. 2. & 9.

ctiones in vera adoratione continentur. Vt autem audita recitatione sacrorum verborũ Deum adoramus, quãuis ea verba non adoramus, ita in communione Christũ quidem adoramus, symbola licet externa ante oculos posita non adoremus. Quis non hîc Martyrem idem nobiscum sentire putaret, sentientibus vtique res inuisibiles sub signis visibilibus hîc adorari? sed sua illa similitudine satis præ se fert, Christum non aliter, aut certè præsentiorem non adesse mysteriis quàm verbis Euangelicis. Præsertim cùm mox doceat, quid sit Ambrosio (grauissimo cultus huius testis) Christi carnem in mysteriis adorare, Scire, ait, debemus illud, *in mysteriis* non ad carnem Christi referendum, quæ ibi realiter contineatur, sed potius ad nos qui communicamus. Nos enim dum sumus in mysteriis, fide ac spiritu percipimus carnẽ Christi ac sanguinem, eáque venerabundi colimus & adoramus. Adoramus etiam carnem Christi in mysteriis, quòd ea sacramentali significatione fidei & spiritui nostro in mysteriis adoranda *quodammodo* offeratur. Nam ita rectè dicimur colere & adorare Deum in verbis Apostolorum & Prophetarum, cùm adoramus & colimus, prout in illis sacris scriptis nobis ostenditur & significatur. Hoc illud est, Martyr, cùm Ambrosij verba negare non possis, sensui eorum non iam fucum, sed vim apertam facere. Cùm enim is clarè dicat nos hodie quoque Christi carnem in mysteriis adorare, quam Apostoli in eo adorarunt Olim, vtique in terris, Quis non videt illud (in mysteriis) tam referendum ad carnem Christi, quam illud, in terris? præsertim si quis plura eiusdem coniungat, in illo sacramento Christus est, quia corpus Christi est, & alia tam multa, tam expressa, ex libris eius de Sacramentis & Mysteriis Porrò quod ad voculã *Realiter*, pleni sunt patres aduerbiorum iis æquipollentium, *Reipsa*, reuera, veraciter, verè, verissimè, & quæ vt iis pinguiora crassioráque passim flagellat Martyr, *naturaliter, carnaliter, substantialiter*, ac proinde aliter quàm fide & spiritu, quàm in verbo, quàm in signo, aut significatione. Breuiter res hîc non significari tãtùm, vt in literis sacris, sed dari quoque & exhiberi. Hunc articulum omnibus locis & tem-

Adoratio audito Domini verbo.

Christus in Eucharistia quam verbis præsentior.

Adorare in mysteriis.

Realiter.

Aduerbia de quibus nos in Apologia lib. 7. cap. 5.

poribus in Ecclesia, vt catholicum, propositum: oppositum, vt hæreticum, semper & vbique improbatum. Dixit quidam ante annos plus minus quingentos, sed multò vetustiores secutus, Panem hîc benedictione fieri corpus Christi, non tantùm significatiuè, verum etiam substantiuè. Pari cãdore Martyr nos cum Emisseno collidit, qui cùm accedentes ad altare nos adhortetur corpus ibidem sumendum honorare, nos contrà adorationem in symbola dirigamus: subquibus id latitare arbitremur. De hoc verbo *Latêre* iam admonuimus, ficubi, in veteribus præsertim, occurrerit, notandum & exponendum. Quoties autem Martyr aiet nos mentem aut cultũ sic ad symbola conuertere, vt in illis hæreamus, nec aliò spectemus aut penetremus, toties id negabimus. Sed replicat Martyr, nobis nihil opus mẽte aut animo in cœlum penetrare, cùm quod adoramus, hîc etiam præsens habeamus, quod vt vtrobique sit, mentem tamen nostram non posse simul & eodem tempore in cœlo versari, & spectare quod in symbolis latêre putamus. Imò verò, Martyr, cum patribus Christum eodem simul momento & in cœlis Patri assidere, & in mysteriis nobis adesse credimus, propter quod & loquimur, & stupemus, & miramur, & vtrobiq; adoramus: frustra in nostris sacris cantãtes, Qui sedes ad dexteram Patris, &c. aut in canone memores Domini in cœlos ascensionis, si quem adoramus in sacramento, non eundem crederemus esse in cœlo, &c. Sed adhuc instat Martyr, Si corpus Domini plenum est in mysterio, & plenum in cœlo, euitari non posse quin multos dicamus & penè infinitos esse Christos. Non nostra hæc sunt verba, Martyr, sed paterna, imò nostra, quia antè patrũ, Christum vnum eundémque, non alium & alium, & hîc plenum, & illic plenum existere. Plenum igitur olim in cruce, plenum hodie in cœlo, plenum in altari, plenũ, quod iidem patres aiũt, vbique, vel potius vtrobique, atq; adeo vbicunque sacra hæc peraguntur mysteria. Postremò ad ingenium velut rediẽs Martyr, ad suum illud simile dissimillimum tam ei familiare, obiicienti, eos, cùm corporis Christi in sacramento præsentis adorationem negligant, ne regnantem quidem in cœlis verè adorare posse,

Anselm. de off. diui.

Substãtiuè. Emissenus.

Latere.

Chrysost. lib. 3. de Sacerdotio. ad Heb. 10. & alibi. Alger. lib. 1. cap. 14. Canon. Christi non plures. ad Heb. 10 Chrysost. Theophila. Oecumen. Ambros. Sedul. Primas. Haymo &c.

respondet, hanc connexionem perinde esse, ac si quis dicat, Non creditis Imperatorem præsentem esse in suo diplomate, ergo non potestis eum venerari sedentem in throno suo. Vt enim ciues eum venerantur in purpura aut diplomate, in quibus tamen rebus satis sciunt præsentem illum non contineri: Ita nos in Eucharistia Christi corpus & sanguinem adoramus, quæ tamen scimus in ea realiter & substantialiter non adesse. Ad nos huic similitudini martyrianæ meminerimus, quoties ea occurret, Augustinianam opponere dissimilitudinem: nempe non purpuram, non diploma, ne verbum quidem diuinum siue scriptum, siue prædicatum, sed id tantùm quod ex terræ frugibus confectum, & in sacris mysteriis consecratum, datur, sumitur, editur, bibitur, verè verum corpus esse & sanguinem Dominicum. Concludit paulò pòst, Nos etsi Christum in percipiendo sacramento fateamur esse adorandum, nunquam tamen aut sensimus, aut diximus fas esse adorare sacramentum. Nec nobis, Martyr, sacramenta, hoc est, signa sacra, seu elementa visibilia adorare vel vnquam in mentem venit, sed res in eis verè præsentes, vt omnium longè sacerrimas & diuinissimas. Porrò quæ tu passim tum de hoc adorationis argumento, tum toto hoc de Eucharistia tractatu non minus maledico quàm prolixo, coustula obiicis & lagana, placentas, panacea, vinacea, &c. ad nullos minus pertinent, quàm ad eos qui hæc in his sacris non agnoscunt, ad nullos magis quàm ad eos, qui dum in cœnis suis Christi corpus & sanguinem, hoc est, præcipua & maximè precioſa mensæ Dominicæ fercula tam tamen ab ea quàm à terra cœlum elongant & absentant: quid aliud quàm purum putum panem pistorium, & merum meracum, siue vinum cauponium, reliquum in iis habent, sumunt & dant, esitant & potant? Proinde quam verbo hîc rerum absentium adorationem concedunt, reipsa tollunt.

Simile dissimillimum.

De Trinitate li. 3. c. 4

Martyriana cõuitiosa vocabula, retorta.

Caluiniana. *Cap.* *IX.*

SVpereſt M. Ioan. Caluinus, quò autore, vel certè præſante, in formula ſacramentaria, ſiue adminiſtrandi ſacramenta iuxta vſum Geneuenſis, imò vt titulus habebat, veteris Eccleſiæ, ſic aliquoties legi gallicè impreſſum. *Or pourautant (& pource) que nous receuons vrayement Ieſus Chriſt en ce ſacrement, à bonne cauſe nous l'adorons en eſprit & verite en ceſte ſaincte Cene* (quæ tamen quatuor poſtrema verbula deſunt in duarum editionum poſteriore) *Et receuons l'Euchariſtie auec grande reuerence.* In reliquis, quas vidi, Geneuenſibus formulis & catechiſmis ſublata eſt hæc tota periodus, ſublata nimirum in talibus Eccleſiis tota hac adoratione. Medius iam tum Caluinus incedebat inter Lutherum & Zuinglium, & cum hoc ſentientem Œcolampadium, neque horum tam arbiter aut conciliator, quàm cenſor & reformator, libello de Cœna Domini gallicè edito, & Nicolao Gallaſio pòſt vertente, & ſic inter cætera latinè loquente, de Chriſti in his ſacris communione, quã hoc exẽplo in re, vt ait, ſimili, valde proprio ſic illuſtrat, Cùm vellet Dominus Spiritum ſuum in baptiſmo Chriſti apparere, eum ſub columbæ figura repræſentauit. Quam hiſtoriam Ioannes Baptiſta recitans, Spiritum ſanctum deſcendentem ſe vidiſſe ait. Si propius attendamus, comperiemus eum nihil præter columbam vidiſſe, Nam ſancti ſpiritus eſſentia inuiſibilis eſt. Cùm tamen ſciret viſionem illam inanem figuram non eſſe, ſed ſpirituſſancti præſentię ſignum certiſsimum, affirmare non dubitat ſe illum vidiſſe, quòd eo modo, quo ipſe ferre poterat, fuerit repræſentatus. Ita in communione, quam in Chriſti corpore & ſanguine habemus, dicendum, myſterium ſpirituale eſſe, quod nec oculis conſpici, nec ingenio humano comprehendi poteſt. Figuris igitur & ſignis ſub oculorum ſenſum cadentibus, vt naturæ noſtræ requirit imbecillitas, oſtendi: ſic tamen vt non ſit figura nuda & ſimplex, ſed veritati ſuæ & ſubſtantiæ coniuncta. Meritò itaque panem corpus, cùm id non modò repræſentet, verum etiam nobis offerat, Sacramenta enim Domini nullo modo à ſubſtãtia & veritate ſua ſeparari oportere.

Anno 1540 & 1545.

Mat. Luc. 3. Mar. Io. 1. Colũba ſancti, præſentis ſignum.

Veritas rerum ſignis coniuncta.

Repræſente & præſente.

Ea quidem, ne confundantur, distinguere non tantùm conuenit, sed etiam omnino necessàrium est. Ita tamen diuidere, vt alterum sine altero constituatur, absurdissimum. Cùm ergo signum visibile conspicimus: quid repræsentat, & à quo nobis donatum sit, cogitandum est. Panis enim datur, vt corporis quidem figura sit: sed à Deo datur, qui cùm veritas sit certa & immutabilis, nec fallere nec mentiri possit, consequens est, ipsum omnia quæ illic significat, *reipsa* implere ac præstare. Necesse igitur nos in Cœna *verè* Christi corpus & sanguinem recipere, cùm vtriusque communionem nobis Dominus repræsentet. Quid enim sibi vellet, nos panem comedere ac vinum bibere, vt significent carnem ipsius cibum esse nostrum, & sanguinem potum: si veritate spirituali prætermissa, vinum & panem solum præberet? Nonne frustra & mendaciter hoc mysterium instituisset? Fatendum itaque, si vera sit repræsentatio, quam adhibet Deus in cœna, substantiam interiorem sacramenti, visibilibus signis coniunctã: vt panis in manu distribuitur, ita Christi corpus, vt eius participes simus, nobis communicari, eumque nobis in cœna veram propriamque corporis & sanguinis sui substantiam, vt pleno iure ipsum possidentes, in omnem bonorum beneficiorumque suorum societatem vocemur, & abundãtiam eorum copiamque in eo possideamus. Hæc ille. Quid amplius ergo requirimus? an præsentiæ fortasse vocabulum? ne id quidem ei deest. Nam aliquantò pòst, De (adorationis) ait, articulo non die pugnabimus, si rectè intelligatur præsentia & coniunctio veritatis cum signo, de qua iam anteà. Et pòst ad finem libelli scribit Zuinglium & Œcolampadium in hoc offendisse, quòd dum toti in eo sunt, vt assererent panem & vinum corpus & sanguinem Christi vocari, quia ipsorum signa sint, non interea simul hoc egerunt, vt adiungerent ita signa esse, vt nihilominus veritas cum eis coniuncta sit. Et hoc tamen loco, vbi rerum cum signis præsentiam videtur agnoscere, & sic ad nos propius accedere, adorationis odio nobis imponit quæ nec somniamus. Nos, etiamsi nostrûm quidam subtiliùs disputarunt, quomodo Christi corpus & san-

Reipsa. vere.

Veritas spiritualis.

Substantia corporis & sanguinis d.

Adoratio. Præsentia.

Sorbonici veteres.

guis cum signis coniunctum sit, summos tamen & infimos in Catholica, quam Papalem vocat, nescio quam localem hîc imaginari præsentiam, Christi & diuinitatem & humanitatem albedini illi affixam putare. Eius sub his signis contenti præsentiam loco circunscriptam statuere, qua corpus eiusdem signo includatur, aut localiter coniungatur. Sic autem cogitatione Christum sub pane & vino includere, aut etiam coniungere, vt iis ingenium nostrum adhæresçat, nec in cœlum erigatur, delirium esse, &c. Hinc carnalis illa adoratio mera idololatria: Nam se coram pane prosternere, ibique Christum ac si coram adesset, eoque contineretur, adorare, esse idolum loco sacramenti statuere, Neque enim adorare, sed accipere & manducare iussi sumus. Et ex veteris Ecclesiæ obseruatione populum præmoueri solitum, sursum corda erigere, vt intelligat non esse signo visibili inhærendum, vt Christus rite adoretur. Et paulò pòst, Quamuis apud se certi esse debeant, Dominum reipsa exhibere quod figurat, atque ita verè Christi corpus & sanguinem illic à nobis recipi: non tamen quasi sub pane inclusum quærent, aut signo visibili localiter affixum: tantum aberit, vt sacramentum adorent: sed mentem & animum erigent in cœlum, vt ibi Christum & recipiant & adorent. Sic ille. Quid homini facias, qui cùm dissentire non possit, consentire non vult? cùm eadem nobiscum scribat, comminiscitur quæ nec nobis in mentem veniunt. Nam præsentiam quidem localem aut circunscriptinam, aut inclusoriam, aut affixoriam, quam iste nobis impingit, tam nostrates etiam Scholastici, quos equidem legerim, improbant, quàm non recipimus absentiam Zuinglianam aut Œcolampadianam, hoc est, quicquid hîc & alibi scripserit Caluinus, Caluinianam, vt pòst videbitur. Perstet interim in suo exemplo siue simili, & vt columbam Spiritussancti præsentis signum certissimum, sic panem & vinum, rerum quas in Cœna repræsentant, corporis vtique sanguinisque Dominici, præsentium signa nihilo certa esse minus, & rerum nos harum, non verò signorum externorum, habebit coadoratores. Nos eas illic,

Præsentia localis falsò nobis imposita.

Cœlum.

Sursum corda.

Reipsa verè

Præsentia cuiusmodi.

Absentia sacramẽtaria.

vbi etiam Caluino teſte, eas recipimus, non adoraremus? nos veritatem cum ſignis, eodem Caluino docente, coniunctam crederemus eſſe, neque coleremus? Sed in cœlo quærendus eſt Chriſtus, vt ibi recipiamus & adoremus, hoc certè loco aduerbium I B I, interpretis eſt, non autoris: Gallaſij, non Caluini. In gallico certè quod legi, deeſt quod ei reſpõdeat. Sed ſcriptum, inquit, vbique docet, Chriſtum, vt in terris humanitatem noſtram accepit, ita ereptam ex hac mortali conditione, in cœlum, natura tamen non immutata, extuliſſe. Fruſtra, Caluine, horum ſacrorum tempore cantaremus, Qui ſedes ad dexteram Patris, &c. ſi quem adoramus in ſacramento, non crederemus eſſe in cęlo. De hoc igitur credimus quod eodem tempore verè & eſt in ſacramento ſuo in aris, & in cœlo ſedet in dextera Patris. Sed fateamur, ais, neceſſe eſt, Chriſti corpus in diuerſis ſimul eſſe locis. Si Chriſti corpus, Caluino, huius ſacramenti veritas eſt, & veritas cum ſigno coniuncta, quidni quot in cœnis offertur & exhibetur, tot in locis præſens eſſet & adeſſet? quibus ſi non eſt coniuncta veritas, nec inueſtigatur quidem, quod pro magno delirio nobis Caluinus obiicit, nedum non recipiatur, neque adoretur. Sin eſt, prout eſt, & tanto ſerio, eſſe à Caluino aſſeritur, quidni in eis veritatem, quã participamus, eandem & veſtigemus & inueſtigatã adoremus? Sed hęc, concludit, in ſacramento vera ſubſtantiæ corporis & ſanguinis Chriſti participatio, fit occultâ & mirabili Dei virtute, eiuſq; vinculum, Spiritus eſt, vnde & ſpiritualis appellatur. Hactenus Caluinus. Quaſi verò ſacra hæc myſteria, & quicquid, atque quantum eſt in eis Chriſti corporis atque ſanguinis præſentiæ ac communionis, Spiritu ſancto, adeóque tota omnipotente Trinitate inuiſibiliter operante, cum patribus Grę-cis & Latinis, priſcis & modernis, cum omnibus denique catholicis, nõ credamus & confiteamur. Et ſic quidẽ adorationem Caluinus tractauit: quo tamen libello præſentiã videbatur admittere, retentis etiam alibi, & multoties vſurpatio aduerbiis, *verè, realiter, ſubſtantialiter*. Vtrunq; prorſus ſuſtulit eius poſt aliquot annos cum Bullingero, Zuinglij, quem ſuperiori libello reprehendebat,

I B I.

Alger. li. 1. cap. 14.

Spiritus vinculum.

Præſentia & cõmunio, opus totius Trinitatis.

Aduerbia

Anno, 1549. coniurato ſucceſſore conſenſio, in qua tam res hîc repręſentatas à ſignis velut abiungit & abſentat, quàm à terra cœlum, hoc inter cætera poſito fundamento, qui in ſolennibus cœnæ Dominicę verbis, Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus, literalem ſenſum vrgent tanquam præpoſteros interpretes repudiandos. Nam extra controuerſium figuratè accipiẽda eſſe, vt eſſe panis & vinum dicantur id quod ſignificant. Litiget Caluinus cum nouis impanatoribus, qui panem eſſe corpus, & vinum eſſe ſanguinem docent, ex cœnæ verbis, quæ non habent, Panis eſt corpus, vinum eſt ſanguis. Sed quæ ipſemet hîc recitat, Hoc eſt corpus, hic eſt ſanguis. Quorum etiam ille idem ipſe ſonum, nedum ſenſum, ante hanc conſenſionem aliàs vrgebat. Certè cui alius eſt horũ ſonus, & ſenſus alius, non magnopere opus habet hoc addere Ne dubita impleri à Domino quod verba ſonant. Quid enim vt dictu, ſic creditu facilius, quàm quod panis aut corpus ſignificat, figurat, repræſentat, aut corporis eſt ſignum vel figura? Et tamen hoc adeo frequẽs eſt & in patribus obuium, vt ſiue ſcribant, ſiue concionentur, tanto ſerio lectores hortentur ac auditores, vt ne dubitent veriſſima eſſe quæ tunc clariſſimè dicebat Dominus, quod ſuis ſumendum, edendum, bibendumque dabat, ſuum eſſe corpus pro eis tradendum, & ſanguinem pro eis fundẽdum. Quorum verborũ literam Caluiniano huic fundamento contrariã adeò etiã vrgebant, vt obſeruarent Dominum nihil minus dixiſſe, quàm quod Caluinus exponit, hoc eſt ſignum vel ſymbolum corporis & ſanguinis mei, imò tantùm non abominarentur, ſi quis ſic diceret, vel exponeret, Abſit enim hoc, dicebant, Abſit hoc Quorum ſatis grandi catalogo aliàs nobis enumerato, nihil obeſt quominus hic adiiciam teſtimonium patris cuiuſdã, ſuo tempore ante annos penè quingentos, in ſcripturis exercitatiſſimi, in eo quod panis conſecratur, non ipſum indiuiduum Domini corpus ſignificat, ſed eſt, transfuſo in ſe Dei verbo per fidem paſſionis reſurrectionis, & aſcenſionis Domini. Dominus enim non, Hoc ſignificat, ſed hoc eſt corpus meum, inquit. Et alibi adhuc expreſſius. Nonne ſcriptum, ſi quis appoſuerit ad hæc, apponet ſu-

Caluini cũ Tigerinis conſenſio.

Cœnæ verba tegurata.

Impanatores.

Sonus idem & ſenſus.

In 2. Cor. 11.

Anno 1546

Chryſoſt. Matt. 26.

Cyrill. Luc. 22.

Theophyla. Marc. 14.

Ambroſ. de Sacrament. In Apolog. lib. 7. ca. 6.

Rupert. de Diuin. offic. lib. 2. cap. 22.

EST, non ſignificat.

In Ioan. 6. cap.

per eum Dominus plagas in hoc libro scriptas? Si quis diminuerit de his, auferet Deus partem eius de libro vitæ, de ciuitate sancta Nunquid verò minus hîc illa timẽda est maledictio, vt non detrahamus vel apponamus quicquam verbis Dominicis? Cùm enim illo dicente hoc est corpus meum, nos subauditionem apposuerimus, dicentes, figuratiuum, vel per similitudinem dictum: Cùm inquam, illo dicente, Hoc est corpus meum, nos dixerimus. Hoc significat corpus meum, nonne multã est quod apponimus, vel praua demutatione detrahimus, & sensum grauamus, quem tantus autor, Deus & homo nusquam est locutus, nec ascendit vnquam in cor eius? Igitur ne veniant super nos plagæ nouissimæ, neque apponimus neque diminuimus quicquam diuinæ definitioni vel descriptioni, quam incarnatum, Verbum ore proprio deprompsit, imò quia perfecta charitas foras mittit timorem, non tam plagarum timore, quàm veritatis amore, confitemur, quia panis iste corporeus, postquam signauerit eum Pater, & vinum hoc expressum acinis præsentibus, mox vt eodem signo signatum est per manus Ecclesiæ, dicentis: Vt nobis corpus & sanguis fiat dilectissimi Filii tui Domini nostri IESV CHRISTI, &c. vsque in mei memoriam facietis: corpus & sanguis eius est qui huius traditionis autor est, & hoc sacrificium ipse Christus est, cuius passione vt sacrificium fieret, à Deo Patre in veritate signatum est, & cætera. Vt hic pater, quod extra controuersiam ponit Caluinus, maledictioni Apocalypticæ putat obnoxium, & quod simpliciter enunciatum est, simpliciter intelligit. Sic optimus nimirum interpres, vt diffinit Hilarius, vt qui dictorum intelligentiam ex dictis potius expectet ac referat, quàm imponat & afferat. Et sufficeret saltem Caluino tollere localis hîc præsentiæ imaginationem, nec nos quidem eam hîc imaginamur. Sufficeret Christum sub hæc mundi elementa nõ abiicere. Nec sub eis includere, & nos ab his quoque vocabulis, vt insolentibus, abstinemus. Sed addit, & sic ratiocinatur, Cùm signa hîc in mundo sint, Christus quatenus homo in cœlo sit, & cœlo, vt loco contineatur, necesse est à nobis tanto locorum interuallo distare, quãtò

Apoc. 22.

Cœnæ verbis nec addere, nec auferre.

1. Ioan. 4.

Canon.

Lib. 1. De Trinit.

Locorum distantia, quam paulò pòst negat Chrysosto.

cœlum abeſt à terra. Nec alibi quàm in cœlo quærendus eſt, quod cùm dicimus, ne quid reſtet ambiguum, hæc locutio locorum diſtantiam nobis ſonat & exprimit. Hæc conſenſionis Calùinianæ cum Tigarius Zuinglij, quem paulò antè reprehendebat, diſcipulis addictiſſimis formula. Vbi eſt illa toties & antè & pòſt tractata rerum in cœna cum ſignis coniuncta veritas, eſſentia, ſubſtantia, nedum virtus & efficacia? aut an non ſunt contraria, diſiungere & coniungere? vt eſt in autoribus profanis, Longis diſiungimur oris. Et locorum interuallo diſiungimur, &c. Sed Chriſti, ait, corpus, vt fert humani corporis modus & natura, finitum. Verum quidem, ſed idem diuinũ, hoc eſt, Dei quoque, nedum hominis corpus. Audiat igitur ratiocinator huic ſiue rei, ſiue etiam Dei impotentiæ oppoſitam ab altero patre peræquè pio & Catholico, eodem ſeculo, carnis Dominicæ omnipotentiam. Si tantæ facilitatis futura ſunt Sanctorum corpora, vt ad implendam ſpiritus voluntatem nulla ſua tarditate impediantur quid de corpore Chriſti capitis noſtri credendum eſt, cui non modò facilitas, qua non tardetur ad faciendum quæ voluerit, ſed etiam, vt ipſe ait, Omnis poteſtas data eſt in cœlo & in terra, vt cum Deo in vnitate perſonæ omnia poſſit: Si corpora noſtra ſpiritualia futura ſunt, quia ſpiritui corporaliter iuncta, quid corpus Dei niſi diuinum, quia Deo vnitum? Carnem igitur diuinam ſubſtãtialiter quidem eandem cum Deo nõ dicimus, ſed cùm Apoſtolus dicat omnia ſubiecta, præter eum qui ſubiecit ei omnia teſtetur & ipſe Dei Filius omnem poteſtatẽ ſibi datam, profecto ſic in vnitate Deo coniunctam credimus, vt quod habet Deus per naturã, hoc (habeat) ipſa per gratiã. Cùm ergo nos habituri ſimus, Angeli etiã modò habeant, vt quantacunque locorum interualla nullo ferè tẽporis interuallo nimia ſua celeritate pertranſeant: non hoc tamen habẽt, vt vnde recedant, inde remaneãt. Quo priuilegio ſola Chriſti caro, ſuper omnẽ creaturã à Deo exaltata, ſuper atque præter omnium naturam inſignata, vt per omnipotentiam ei in cœlo & in terra datam, vbicunque, quomodocunque ſibi placuerit, nõ de loco ad locum tranſeũdo, ſed ibi vbi eſt, remanẽdo, & alibi vbicũ-

Veritas rerum ſignis.

Coniungere & diſiungere, contrario.

Corpus D. finitum, ſed diuinum.

Impotentiæ omnipotentia appoſita Alger. lib. 1. cap. 14.

Matt. 28.

1. Cor. 15.

Corpora ſpiritua via futura.

Angelica celeritas.

Priuilegiũ carnis. D.

que voluerit, existẽdo, tota & integra & substãtialiter sit & in cœlo & in terra. Quã enim omnipotentiam ab eo, qui totus vbique est, reciperet, si ipsa vbicũque vellet, sub stãtialiter tota esse non posset? Vel in quo differret ab Angelis, quibus est superexaltata, si nõ aliter nisi de loco ad locũ recedendo, posset esse & in terra & in cœlo? Natura humana in ictu oculi tot terrarum, maris, aëris spacia, ab occidente ad orientẽ videndo solem transuolans, atomũ momẽto æquare videtur: Et cùm Angelorum celeritas sit velocior, in quo his creaturis caro Christi superexaltabitur, si quod est in cœlo & in terra, nõ potestati, sed celeri tati ascribitur. Vt ergo & in cœlo & in terra omnipotentiã se habere Christus ostenderet, Deificũ corpus suũ cœlo illaturus, & mũdo daturus, quod quantùm ad humanã formam nobis abstulit, non minus tamẽ substãtialiter & verè in sacramẽto corporis & sanguinis sui nobis obtulit, vt hîc & ibi præsens corporaliter: vt pote qui (homo) vnius personæ cũ illo quo cũ est, qui nusquã deest, & ibi recõciliationem cum Patre, & hîc in altari redẽptionem remissionẽque peccatorũ nobis operetur, sicut semel fecit in cruce dũ ipsum corpus suum in ora fideliũ singulis diuiditur, & vnum totum vniuersis indiuiduũ & integrũ habetur, &c. Quomodò tamen Christi corpus & cœlo & mundo præsens, indiuisum diuidatur, ratio stupet, fides miratur, sed ex adiũctæ diuinitatis potentia, quæ vbique tota præsens in corpore suo spirituali, imò per omnipotentiã sibi collatã, diuino iã facto, id fieri posse non diffidens *veneratur*. Hæc Algerus, Antiberengarianorũ, vt sic loquar, doctissimus. Nam ante & præter Berengarianos veteres & nouos, cùm ab Elyma vsque Mago multi multa pagani & hæretici diuinæ omnipotentiæ obiectassent, de quibus est nostra digressio V I. in 2. ad Timoth. 2. nemo, quod equidem meminerim, Christi quà hominis, in his sacris præsentiã, vt ei etiã quà Deo, impossibilem posuerat, aut hãc cum ascensionis Dominicæ articulo colliserat. Auditores magis suos de Eucharistia cõcionantes catholici, pro corporis & sanguinis Iesu Christi in ea veritate amandabant ad Deum verum veracem, fidelem, omnipotentẽ, qui simul, quod aiunt, & semel eodẽ temporis articulo sursum cum Patre sederet, & hîc vnà no-

Substantialiter.

Angeli.

Cap. 15.

Corpus Deificum.

Substantialiter.

Corporaliter.

Christus Iesus operatur in altari, quod in cruce.

Elymas magus.

biſcum inuiſibiliter adeſſet, omnium noſtrûm manibus, ore, linguis exciperetur. Quod hîc corpus deguſtamus, & ſanguinem delibamus, eius eſſe qui ſupra cœlos proximè Deum reſidẽs, ab angelis adoratur. Qui pluſquam Elias, non vt is Eliſeo melotem, ſed propriam carnem, & ipſam habens aſcendit, & nobis reliquit, vbi quæſo, niſi in his myſteriis? Qui illuc ad ſupernum vtique thronum extulit, quod & nobis vt hîc & teneamus & manducemus exhibuit. Qui etiam dum in hac vita ſumus, in hoc myſterio facit, vt terra nobis cœlum ſit: quod enim ſummo (illic) honore dignum eſt, id in terra nobis oſtenditur, non angeli nimirum, nec archangeli, non cœli cœlorum, ſed ipſe horum omnium dominus, & Regium in cœlo corpus, quod nunc in terra videndum, tangendum, & ſumendum tibi proponitur. Quaſi Chriſtus nos ſic alloqueretur, Et te ſurſum in cœlo habeo, & deorſum tibi in terra connector & copulor. Nec mihi ſatis eſt, vt neque tuum deſiderium ſatiat, quod in cœlo, origine inde tibi data, tui primitias habeo, niſi rurſus ad terras deſcendiſſem: neque ſimpliciter ac vtcunque tibi connector ac cõmiſceor, ſed & in eſum trador & manducor, vt ſumma fiat copula, coniunctio, & vnio, vt nullo nos deinceps interuallo diſtare, aut nihil iam medii eſſe velim, ſed è duobus vnũ fieri, & vtraque vnum eſſe malim. Hæc omnia Chryſoſtomiana conferat lector cum Caluinianis, hoc eſt vincula, copulas vnionem Chriſti (quod hic autor ſæpe ait maximum eſſe amoris ſignum) ſic (in his inquam myſteriis & per hæc myſteria, quæ vtique non alibi quàm in terra celebrantur & ſumuntur) nobiſcum, & noſtri cum Chriſto, cum eius à nobis, & noſtri ab illo, breuiter ſignorum à rebus, & rerum à ſignis, Caluinianis localibus diſtantiis atque interuallis, quę nec Chryſoſtomo, nec vlli, quod ſciã, veterum ante hos modernos in mentem vel per ſomniũ venerunt. Quin etiam Bucerus Caluini reformator, quique cum ex Zuingliano Refinxerat, argumẽta huiuſmodi ex Domini in cœlo præſentia ducta, & eius in cœna præſentiæ oppoſita inepta putauit, irreligioſa, inconſequentia, impia, blaſphema: Furioſa etiam quidam Lutherani. Huic horum articulorum oppoſitioni & colliſioni nomina-

Chryſ. lib. 3 de ſacerdotio. homil. 3 ad Epheſ. & 61. ad Antiochen. Homil. 2. ad Antiochen. 4. Reg. 2. Homil. 24. In 1. Cor. Serm. de breuiter deitæ Homil. 55. ad Antiochen. & 15. in 1. Timo. Interuallo non diſcamus, quod antè Calui. aſſerebat.

Anno. 1542 Scriptũ Frideric. II. Saxon. ducis.

nominatim Zuinglianæ & Caluinianæ, opponẽtes Christi omnipotentiam & veracitatem. Aliter tamen persuasus Caluinus, sic de adoratione consensionem concludit, Quòd si imaginatione nostra Christum pani & vino affigere sed non est, multo minus licet eum in pane adorare. Quanquam enim panis in symbolum & pignus eius quam habemus cum Christo, communionis, nobis porrigitur: quia tamen signum est, non res ipsa, neque rem in se inclusam habet aut affixam, idolum ex eo faciunt, qui mentem suam in eum conuertunt, Christum adoraturi. Nos, Caluine, in Christum semel cruci confixum credimus, pani affixum nec somniamus, in pane nec includimus, nec colimus: sed oculis, carnis quidem in signa: mentis autem in res ipsas, & in cœlis & in iis sacris, suo tamen vtrobique modo præsentes conuersis adoramus. Nec verò idolum sub cœlo magis ridiculum putamus quàm signa in cœna sine rebus, nec idololatras magis errantes, & in errorem mittentes, quàm qui pro corpore & sanguine Dominico merum panem & vinum in mysteriis proponunt, qualia non possunt non iis esse signa hæc ex se terrena, qui ab eis tam res ipsas, cœlestes vtique ac diuinas, quàm à terra cœlum & abiungunt, & elongant, & absentant. Nullane igitur, Caluino, Eucharistiæ, saltem in vsu, adoratio? Nulla, quod equidem legerim. Nam etsi superiore libello eo se esse animo negat, vt non velit omnes ceremonias improbare, quæ honestati & ordini publico inseruiant, quibus maior reuerentia sacramento exhibetur, modò aptè conueniant, & sobriæ sint: rerum tamen, cùm eas hîc ita dari sumique velit, vt eas adesse nolit, vt hîc præsentiam, sic adorationem vbique negat, & vt carnalem traducit, quæque totam nobis hîc adorãdam persuasit, concomitantiam, & ad quas vrgemus, absurditates si corpus hîc ab anima & diuinitate diuellatur, vrget vicissim & quærit sic quis tamen sanus & sobrius, Christi corpus Christum esse sibi persuadeat? Audiat igitur patrem nec insanum, nec ebrium, sic hoc dogma ex verbis cœnæ vrgentem, Postquam dixit Christus, *hoc est corpus*, adiunxit, MEVM. Suum ergo, non alterius corpus discipulis dedit. Rursus, ne cui fortè occulta cogitatio

Idolum nobis impositũ in aduersarios cæterũ.

Idololatræ sacramentarij.

Concomitãtia. Institutionis. Anno 1550. cap. 18. par. 33. Petr. cluniacensis lib. 1. Epistola. 1.

subreperet, potuisse creare in manibus suis corpus quod
Corpus Christi, Christus. suũ quidem esset, sed tamen quod ipse erat, nõ esset, addidit, *Quod pro vobis tradetur?* Acsi diceret, Nolite dubitare, Nolite hoc vel illud fingere, Nolite aliud & aliud cogitare, quia hoc est corpus, non alterum, aut alterius, sed *Meum*, non permutatum, vel nouiter creatum, sed quod pro vobis tradetur, pro vobis crucifigetur, pro vobis morietur, &c. Quòd si hunc venerabilem, minus vt recẽtiorem Caluinus veneratur, Cyrillũ audiat, tantò vtique anteriorem, Domini de se suaque carne verba sic enarrantem, Qui carnem Christi manducat, vitam habet æternã, habet enim hæc caro Dei Verbum, quod naturaliter vita
In Ioan. 6. lib. 4. ca. 15 est, propterea dicit, Quia ego resuscitabo eum in nouissimo die. Ego enim dixit (id est corpus meum quod comedetur) resuscitabo eum. Non enim ipse alius est quàm caro sua: non id dico quia natura nõ sit alius, sed quia post
Ego, id est corpus meũ. incarnationem in duo se diuidi filios minimè patitur. Ego igitur, inquit, qui homo factus sum, per meam carnem in nouissimo die comedentes resuscitabo, &c. Vides lector, propter mirabilem vnionem, qui inuiolata quidem manet vtraque natura, sed vnus est ex vtraque Christus, à patribus & Christi corpus Christum, & Christum Christi vocari corpus, adeò & hic & illic (vt & antè sæpe audiuimus) plenum illi existentem Christum a-
Ambr. & Chrys. ad Hebr. 10. gnouerunt, & proin adorauerunt. Adeo hæc, Christi inquam caro & sanguis accepta & hausta id efficiunt, vt & nos in Christo, & Christus in nobis sit, etiam natura & reipsa, nedum voluntate, spiritu, fide, & cætera. Caluinus ergo, vt Martyr, tam densis clarisque veterum testimoniis vtcunque per hyperbolas elapsus, ad dialecticam eis familiarem confugit, Negatiuam, de Deo nan-
Hilar. lib. 8. de Trini.

Hyperbole.

Dialectica negatiua. que hac forma adorando nullum vsquam verbum legi, sacramentum accipi, non adorari iussum. Quod qui sine adoratione accipiunt, securos esse se à mandato Dei non deflectere, Apostolorum exemplum habentes, quos non legimus prostratos adorasse, sed vt erant discumbentes, accepisse. Et Apostolicæ Ecclesiæ vsum, vbi fideles non in adoratione, sed in fractione panis perseuerasse narrantur, & cætera. Nos res hic, Caluine, non vel
Act. 2.

sacramentum, vel panem adoramus. Res ab Apostolis sumptas tantùm, non etiam adoratas, dicis tantùm, non etiam probas. Longè alia mens fuit patribus, quibus illud, Manducauerunt & adorauerunt, placuit de Apostolis verè potuisse dici, Neminem hic manducasse, qui non adorasset. Et nos Christi carnem in mysteriis adorando, non solùm non peccare, sed nõ adorando peccare. Quos & similes veterum locos Caluinus ne hîc attingit quidem, vt opinor, ineuitabiles. Subdit tamen ita, Adorationem, si in cœna fieret, dicerem esse legitimam, quæ non in signo detinetur & residet, sed ad Christum in cœlo residentem dirigitur, spiritualiter in cœlesti gloria adorandum: Nos contrà, dona pro Datore ipso colere, & diuinis honoribus signũ afficere, & cætera. Nos hæc postrema caluine fortiter negamus, scimus signa signa esse, & dona dona, sed in his tamen signis & donis datorem Dominum etiam præsentem, plenum & integrum, nedum in cœlis, quoniam credimus, adoramus. Quam in nobis fidem non parum confirmat, & superius Concomitantiæ dogma permultum adiuuat, quod non ea modò est Christi fidelium harmonia, sed & eorum qui ante Christi ad nos aduentum fuerunt, iudæorum diuinæ de hoc Messiæ sacramento promissionis expositio quædam oracularis. Sic enim quidam eorum Rabinus ad illud, Rubriores eius oculi vino, dentes lacte candidiores. Erit in sacrificio panis, siue quod ex pane fiet, substantia sanguinis Messiæ rubra vt vinũ. Erunt item in sacrificio vini sanguis & caro Messię, & eadem erũt in pane. Quoniã corpus Messię nõ potest diuidi, idque ratio postulat. Si autẽ caro & sanguis diuisa essent, distinguerẽtur adinuicẽ. Corpus autẽ Messię diuidi nequit, quia scriptum est substantiã non cõfringetis in ea. Præterea caro sine sanguine, & è cõuerso, sunt res mortuæ. Corpus verò Messię post resurrectionẽ, quia glorificatũ erit semper viues. Et alter, panẽ quẽ nos propositionis, Hebræi facierũ vocãt. Et magistri aiunt, eam ob rẽ dictum esse panẽ facierum, quia in ipso sacrificio erunt duæ substantiæ, Diuinitas & humanitas. Et non ita pridem Augustani Confessionistæ protestabantur se defendere receptã in tota Ecclesia

Psal. 21. *Ambr.* *August.*

Concomitantia.

Gene. 49.

R. Cathana apud Galatin. lib. 10. cap. 6. *Exod. 12.* *R. Iudas in Numer. 28.* *Exod. 25.* *Panis propositionis, faciorum.*

Apologiæ articulo. x.

sententiam, quòd in cœna Domini verè & substantialiter assint corpus & sanguis Domini. Comperisse se non tantùm Romanã Ecclesiam affirmare corporalem Christi in ea præsentiam, sed idem & nũc sentire, & olim sensisse Græcam Ecclesiam. Et loquimur, inquiebant, de præsentia vini Christi. Scimus enim quòd mors ei vltrà non dominabitur. Sic protestantium Germanorum Mercurius, tantus præterea à Caluini amasius, vt hic illi optarit conuiuere ac cõmori: clarius nõ poterat exprimere suam suorũque de rerum quæ hîc sumũtur, tum præsentia, tum concomitãtia, cũ Ecclesia Romana consensionem, & sic à Tigurina & Geneuẽsi dissensionem: quique Cinglianũ dogma, hinc Christi quà hominis ab his mysteriis absentiã vinus sic detestatus sit, vt referente post eius mortem quodã eius in multis imperii comitiis & colloquiis collega, quique (quãtùm homo hominis mẽtẽ cognoscere potest) nõ ignorauit quid iã ab initio ad extremã vsq; penè senectutẽ de cœna Domini & sensérit & scripserit, dicere solitus esset se malle mori, quàm hoc affirmare quod primum Zuinglius, pòst Zuinglium secutus Caluinus affirmauit, corpus Christi non posse nisi in vno loco esse. Affine superiori illi Erasmico, malle membratim discerpi, quàm idem quod illi, profiteri. Et vterque verborum cœnæ proprietatem ita mordicus tenuit, vt cum nullo fidei articulo pugnãtem, vt se negauerint vllam satis magnam grauemque videre causam, cur eam desererent, & ad tropos deflecterent: nullam se firmam inuenire rationem, quæ conscientiæ ab ea proprietate discedẽti satisfaceret, &c. Videt lector, quibus cornicibus, quãque oculatis priscis & modernis oculos configat Caluinus, quasi nihil sciisse, nihil vidisse videantur, dum nouam, & præter viuacem concordemque antiqnitatem, suam metonymiã extra controuersiam ponit. Et hoc tã infirmo fundamẽto rerum Dominicæ cœnæ præsentiam, & cum præsentia sic earum exibilat adorationem, vt, siquidem Veltphalo eius entagonistę credimus, tã mirifico scilicet religioni studio teuetur, vt nõ ferat genuflecti, cùm cõmunicans accedit ad Dei mẽsam, & pro grãdi idololatriæ scelere habeat, si honor debitus præstetur Christo in sacro cœtu præsenti.

Rom. 6.

Melanchthon.

Brent. de Maiestate. Anno. 1563.

In Farragine Epistola ad Pollican. Et in delectione Præstigiar. tom. 9.

P. M. ad Oecolamp.

Metonymia.

Apolog. ca. 10.

Geniculatro in cœnis per Caluinum non permissa.

Et aliquantò pòst, Caluino idololatria est, susci-
pientes Eu
charistiam genuflectere. Quomodò conuenit hoc cũ do *Cap.34.*
ctrina Pauli, à quo Caluinus allegat de Christo homine *Admonitio-*
propriè dictum, Exaltauit illum Deus, & dedit ei nomen *ne.3.in*
quod est super omne nomen, vt in nomine IESV flecta- *Vvestphal.*
tur omne genu? Vnde meritò ac scitè colligit Augustinus *argento.47*
adorandam esse Christi carnem in mediatoris persona. *Phil.2.*
Addidisset hîc Caluinus ex eodem Augustino & aliis Or
thodoxis, veteres, cùm acciperẽt Christi corpus, adorasse.
Quos locos, tanquam scopulum, sic fugit Caluinus; & ei
peccant qui carnem Christi in mysteriis adorant, cùm è
contrario Augustino peccent, qui non adorãt. Viderit er-
go Caluinus, ait hîc Vestphalus, qua religione profitea-
tur se damnare adorationem Christi præsentis in cœna,
& damnabile peccatum faciat ex re indifferenti & libera
quantùm attinet ad externam adorationem, quam disci-
plinam sanciat, quem honorem, quam reuerentiam im- *Adoratio*
pendere Christi sacramento, grauem culpam propter eã *indifferens,*
(adorationem) imponendo. Prædicauit antè quàm hono *& libera.*
rificè & reuerenter S. cœnam administrent: si panis & vi-
ni elementis honorem deferunt, quid nos damnat Chri-
stum corpore & sanguine suo suis fidelibus præsentẽ de-
bita reuerentia prosequentes, & internam externa etiam
honoris exhibitione declarãtes? Hæc Vestphalus in Cal-
uinum, cornix (quod aiũt) cornici oculos fodiens. Et Cal-
uinus periculosius quidem, magis tamen consequenter,
sublata semel rerum hîc præsentia, tollit simul adoratio-
nem. Inconsequentius Vestphalus, qui simul & præsen-
tiam vrget, & adorationem modò debitam defendit mo
dò liberam relinquit. Si debita, quomodò libera? si libera *Lutherus*
quomodò debita? Sed vtrũque scilicet horũ Pythagoras *varius.*
Lutherus scripserat hîc varius, & adorabile hoc sacramẽ
tum, & huius adorationẽ rem esse indifferentem. Et disci
mus tamẽ ex Caluino, Magdeburgẽses, quãlibet rigidos
Lutheranos, negare adorandum hîc esse Christi corpus,
quãuis hîc sit, quia Christus adorationẽ hîc non recipit, *Magdebur*
obtẽdere nusquã extare præceptũ de Christi corpore hîc *genses.*
adorãdo, Hildeshemẽses peræquè Luthero addictos, a- *Hildeshe-*
pertè dãnare sacraméti adorationẽ, & genuflexionẽ, peri *menses.*

culis terreri conſciẽtias, ſi vel panis in terrã cadat, vel aliquid ſimile accidat, ſuperſtitioſum eſſe dicẽtes, &c. Ab his meritò Caluinus cõſenſionẽ inter ſeſe requirit, quòd hęc alioqui horũ reſpõſa apud reliquos nõ futura eſſent authentica. Sed quẽ inter tot fruſtilla fruſti à reliquo ſemel corpore diſſentientis cõſenſum expectare poſſis? Quem porrò honorem Caluinus detulerit, aut deferre potuerit cœnæ ſignis rerũ veritate adeò vacuis, & ab ea tã procul abiunctis & abſentibus, quàm à cœlo cœnũ diſtat, equidẽ non video, vt veriſimile ſit quod hîc ei Veſtphalus impingit, geniculationẽ eũ in his myſteriis improbaſſe. Certè noui bonũ alioqui & opulentũ Lutetiæ mercatorem, qui mihi teſtatus eſt, magno ſe ſerio in hodiernis Galliæ noſtræ deformatæ cœnis, ſi Deo placet, vetitũ adgeniculari Euchariſtiã ſumptarum, non paruiſſe. Erat enim ex eorũ numero, qui Caluinianas & Bezanas iſtas rerũ à ſignis, vt cœli à terra diſtantias, & id genus de Cœna loquẽdi formulas abhorrebãt, ſed quæ hîc ſumebat, præſentia & agnoſcebat, & adorabat, Miræ huius veræq; præſentię modum, viã, ſciẽtiã, rationem Chriſto ipſi, cuius dicere facere eſt, cum Cyrillo, Heſychio, Damaſceno, &c. imò cum Apoſtolis, qui quomodo nõ quæſierũt, cedens & imputãs & capernaitis ſic veſtigandũ, vt nunquã ſint inueſtigaturi relinquens, vt ſcias de hoc non magis conuenire fruſtrũ Zuinglianum ſeu Caluinianum, quàm Lutheranum.

Contra ſuperiores expoſitio exhortationis illius Eccleſiaſticæ, SVRSVM CORDA.

CAP. X.

P. Martyr ad obiecta. 40. 135. 175

1. Caluin. in inſtitutione, vbi ſuprà.

Bezæ confeſſio, cap. 4. Arti. 46.

HIC finem eràm facturus eorũ quæ ab hac adoratione abhorruerunt, ſchiſmatũ, tam veterum quàm modernorum, niſi meminiſſem recentioribus nihil contra eam magis in ore verſari, ac recurrere, quàm illud ex veteris Eccleſiæ præfatione, SVRSVM CORDA mẽtes igitur his ſignis externis, velut ſcalis & vehiculis, in cœlũ tollendas, non elementis externis affigendas, &

ſymbolis non hærendum. Audiamus ergo veteris huius moniti veteres teſtes & interpretes, & quam eis tale nihil, quale modernis iſtis, in mentẽ venerit. Primus S. Cyprianus, vel certè inter primos Dominicæ orationis, interpres, de hoc ſic concionatur, Quando ſtamus ad orationem, vigilare & incumbere debemus ad preces toto corde fundendas: Cogitatio omnis ſecularis & carnalis abſcedat, nec quicquam tunc animus quàm id ſolum cogitet, quod precatur: Ideo & ſacerdos ante orationẽ præfatione præmiſſa, parat fratrum mentes, dicendo *Surſum corda*. Vt dum reſpondet plebs, *Habemus ad Dominum*, admoneatur nihil aliud ſe quàm Dominum cogitare debere. Claudatur contra aduerſarium, pectus, & ſoli Deo pateat, nec ad ſe hoſtem Dei tempore orationis adire patiatur: obrepit enim frequens & penetrat, & ſubtiliter fallens, preces noſtras à Deo auocat, vt aliud habeamus in corde, aliud in voce: cùm intentione ſyncera Dominum debeat non vocis tantùm, ſonus, ſed (&) animus & ſenſus orare. Quæ ſegnitia eſt alienari & capi ineptis cogitationibus & profanis, cùm Dominum deprecaris, quaſi ſit aliud quod debeas magis cogitare, quàm quod cum Deo loquaris? Hîc Cyprianus ſurſum quidem auocari animos exponit aſtantium non quidem à ſacris præſentibus, quaſi iis non adſit & præſens ſit conuiua Dominus, ſed à curis terreſtribus, & rebus mũdanis, ne iis diſtracti cogitationibus indulgeant, ſed magis ſoluti & expediti attentius gratias agant. Niſi fortè & hic ſermo, vel ob id ne non ſit Cypriani, periclitabitur, quòd aliter quàm ij velint, verbum hoc enarrat: & huius enim libri eum autorẽ eſſe Martyr alibi negat, aut certè dubitat. Quem tamen D. Auguſtinus D. Cypriani non tantùm conterraneus, ſed & lector tantus, ſcribit ſe Pelagianis obieciſſe & legiſſe, & fratribus, niſi liber is apud eos fuiſſet, miſſurum fuiſſe. Vitali etiam Carthaginenſi magno ſerio eundem librum, vt Cypriani Carthaginenſis, obiecerit, vt & aliâs non ſemel, ad Bonifacium contra duas Pelagianorũ epiſtolas lib. 4 cap. 9. cõtra Iulianum lib. 2 & de bono perſeuerantiæ cap. 2. Meminit & in eius vita Põtius coëxul, & ad paſſionis vſque diem diaconus, Cõmendat in Mat-

Serm. 6. De conſecr. diſt. 1. can. Quãdo autem.

Cypriani ſermo eſt de oratione Dominica.

Ad obiec. 171.

Epiſt. 47. & 107.

Ad Valentin. de grat. & lib. arb. cap. 13.

thæum Can. V. Hilarius,& citante Iac, Pamelio, Cassiodorus in diuinis institutionibus. Hæc obiter de Cypriani siue libro, siue sermone, siue epistola. Quod solenne sit aduersariis veterum nobis arma, eorum esse negando, eripere. Redeo ad Ecclesiasticæ admonitionis expositionem. Si per vrbes, ait ad Romanianum Augustinus, oppida, castella, vicos, agros, villas etiam priuatas, intantum apertè suadetur & appetitur à terrenis auersio, & in vnũ Deum verúmque conuersio, vt quotidie per vniuersum orbem humanum genus vna penè voce respondent, sursum corda se habere ad Dominũ, quid adhuc oscitamus crapulam hesternam,& à mortuis pecudibus diuina eloquia perscrutamur ? Ad Probam, Anima in corruptibili corpore constituta, terrena quadã cogitatione cõstringitur, & tali onere quodammodo depressa curuatur, vt in imo multa, quàm in summo vnum facilius cõcupiscat & cogitet. Sed ideo venit Saluator, qui mulierẽ per XVIII. annos curuam, quæ fortasse hoc significabat, verbo salutis erexit, vt anima Christiana nõ frustra audiat, Sursum cor, Nec frustra respondeat se habere ad Dominum. Ad Iulianam de bono Viduitatis, Illud quod intèr sacra mysteria cor habere sursum iubemur, ipso adiuuãte id valemus, quo iubente admonemur, &c. Super Psalteriũ sæpe, vt vbi, Luna, inquit, in allegoria significat Ecclesiã, vt ex parte spirituali lucentem, ex parte carnali obscurã, Et aliquãdo pars prior in bonis operibus apparet hominibus, aliquando in conscientia latet, Deo tantummodò nota, cum solo corpore apparet hominibus: sicut cõtingit cùm oramus in corde, & quasi nihil agere videmur, dum non ad terram, sed sursum cor habere iubemur ad Dominũ. Et, Iocunda animam meã, quia ad te leuaui eam, In terra erat, & ibi amaritudinem sentiebat, in hac ne cõtabesceret, leuaui eam ad te, Iocũda eam apud te, solus tu es iocundiras, amaritudine plenus est mũdus. Certè rectè admonet mẽbra sua, vt sursum corda habeãt. Audiãt ergo, & faciãt. Leuẽt ad cœlũ quod malè est in terra. Ibi enim non putrescit cor, si leuetur ad Deum. Frumentum si haberes in inferioribus, ne putresceret, leuares in superiora, frumento tuo quæris mutare locũ, & cor permittis in

De vera relig. cap. 3.

Epist. 156.

Sap. 9.

Luc. 13.

Cap. 16.

Psal. 10.

Luna Ecclesia.

Psal. 85.

Simile.

terra putrescere? cor leua in cœlũ. Vnde, inquis, possum? Quibus funib⁹, machinis, scalis opus est? Gradus effectus sunt, iter tuũ voluntas est. Amando ascendis, negligẽdo descendis: stans in terra, in cœlo es si Deum diligas. Non enim sic cor quomodò corpus leuatur: hoc vt leuetur, locum mutat: illud vt eleuetur, voluntatem. Et, Credo quia vnusquisq; Christianus, cùm audierit aliquẽ dicentẽ talia (verbũ Domini) si bonus fidelis est, & bene credit Deo, & spes eius est in futuro seculo, non in hac terra, non in hac vita est, & nõ frustra audit vt sursum cor habeat. Et, Quomodò luminaria in cœlo die ac nocte procedunt, peragũt itinera sua, cursus suos certos habent, nec deuiãt desuper stellæ in cœlo fixæ, agentes per tractus cœlestes quæ illis constituit & præstituit ipsorũ creator: sic debent sancti, sed si in cœlo figantur corda eorum, si non frustra audiant & respondeant, Sursum se habere cor, si imitentur dicentẽ, Nostra cõuersatio in cœlis est. Qui ergo sursum cor habet, ipsum cor ipsius luminare est. Et, Quomodò in cœlis, sic in Apostolis, & prædicantibus Euangeliũ sedet Deus. Et tu, si vis, cœlum eris. Si vis esse cœlũ, purga de corde tuo terrã. Si terrenas cõcupiscentias non habueris, & non frustra respõderis sursum te habere cor, cœlũ eris. Cœpisti sapere, iuxta Apostolũ, & quærere quæ sursum sunt, vbi Christus est in dextera Dei sedens: nõ quæ super terram, aut sub terra sunt, nónne factus es cœlum? Carnem portas, & corde iam tecum est, cœlum es, cõuersatio enim tua in cęlis erit, &c. Psalmographus primò de cœlis laudandum Deum dicit, postea de terra. Cœlestia tranquilla sunt & pacata, ibi semper gaudiũ, nulla mors, ægritudo, molestia, sempœ eum beati laudãt. Nos adhuc in imo sumus, sed cùm cogitamus quomodò illic laudetur Deus, cor ibi habeamus, & non sine causa audimus, Sursum corda, Leuemus cor sursum, ne putrescat in terra, quoniã placet nobis quicquid agũt Angeli, modò nos spe, postea re, sed cùm illuc venerimus. Et alibi cõcionatur, radicem charitatis in cœlo plantari: Et obiicit, Si in cordibus fideliũ plantatur, vtiq; fideles adhuc in mundo sunt: sed (respõdet) corda fidelium, cœlum sunt, quia in cœlos quotidiè eriguntur, dicẽte sacerdote, Sursum cor-

Psal. 93.

Simile.

Phil. 3.

Psal. 96.

Col. 3.

Psal. 148.

Thren 3.

Serm. 44. de Tẽpore.

da, ſecuri reſpõdent, Habemus ad Dominũ. Et ſi fideliũ
Phil.3. cõuerſatio in cœlis eſt, quia ſyncera charitas in eis eſt, ra-
Serm.54. dix chariratis in cœlo plãtata eſt. Et rurſum, Cùm carna-
les, qui diuidi poſſunt, grauibus vitiorum cõpedibus pre-
muntur in mũdo: ſpiritales diuerſarũ virtutum pẽnis ele-
Dilectionis duo præcepta, totidem alæ. uantur in altũ, & duabus velut alis, duobus ſcilicet præce-
ptis, diligendo Deũ & proximũ, erigũtur in cœlũ, & cum
Apoſtolo dicunt, Noſtra cõuerſatio in cœlis eſt. Et quo-
ties ſacerdos dixerit, Surſum corda, ſecuri & fideliter di-
Phil.3. cunt ſe habere ad Deũ, quod valde pauci & rari in Eccle-
ſia fiducialiter & cũ veritate dicere poſſunt. Et ſi quis reci
Serm.72. pit ſermones ad fratres in eremo, Fidelium paſtor, vita
Chriſtus: infideliũ, mors diabolus. Si in inferno oues, &
in cœlo ſunt hæ, quid dicam? iam in cœlo ſumus? in cœlo
ſecundum fidẽ. Si enim non in cœlo, vbi ſurſum corda?
Phil.3. vnde dicit Paulus, Noſtra cõuerſatio eſt in cœlis? Corpo-
re habitemus in terra, corde habitemus in cœlo, cogite-
mus, theſaurizemus, nec inde deſcẽdamus, &c. Quod au-
Serm.74. diuimus dici, vt ſurſum cor habeamus, ſpe fit, vt de illa fu
tura vita cogitemus, hîc ſic agamus, vt illic ſemper viua-
mus. Ecce quãta Domini dignatio, qui fecit nos, ipſe de-
ſcendit ad nos, & iam in corpore ſuo leuauit nos. Caput
noſtrũ ibi eſt, ſequantur & mẽbra. Ille in cœlo eſt, nos in
terra, quaſi lõgè ſit à nobis. Charitatẽ interroga, nobiſcũ
Act.9. eſt, ſicut Saulo dixit, Ecce hîc ego in cœlo ſum, & perſe-
queris me, ſeruos meos, & vt familiarius dicam, membra
mea. Is ſine terra deſcendit in terrã, & in cœlum leuauit
Lib.2. cap. 19. terram, id eſt, carnẽ propter nos aſſumptã. Et contra Pe-
lagianos, de peccatorum meritis & remiſſione, Vel in ſu-
perbiã maximè, propter quã in vitiis humiliamur, nos &
vigilanter conemur, & Deũ ardenter deprecemur, ſimul
intelligentes, quod ſic & conamur, & deprecamur dono
eius habere, vt in omnibus non ad nos reſpicientes, ſed
ſurſum cor habentes, gratias agamus Domino Deo no-
Cap.13. ſtro, & in eo gloriemur. Et de bono perſeuerãtiæ, Quod
in ſacramẽtis fideliũ dicitur, vt ſurſum corda habeamus,
munus eſt Domini, de quo eidẽ gratias agere à ſacerdo-
te, poſt hanc vocẽ, quibus hoc dicitur, admonentur, & di-
gnum & iuſtũ eſſe reſpondent. Cùm enim non ſit in po-

testate nostra cor nostrũ, sed diuino subleuetur auxilio, vt ascendat, & quę sursum sunt, sapiat, vbi Christus est in dextera Dei sedens (quærat) non quæ super terram, cui de hac tanta re agendæ sunt gratiæ, nisi hoc facienti Domino Deo nostro? De natura itẽ & gratia, Per hoc (peccata vtique inuicem dimittendo) quotidianum spiritale quodammodo incensum, quod ante Deum in altari cordis, quod sursum habere admonemur, infertur, &c. Denique in Ciuitate Dei, Cùm ad illum (ait) sursum est, eius est altare cor nostrum, eius vnigenito cum sacerdote placamur. Ad quæ paucula verba Catholicus Scholiastes, hoc est quod in Missa iubemur facere, cùm ad participationem sacrorũ, qui intersunt, præparantur. Admonemur cura omni & cogitatione inferiorum rerum abiecta, nos totos ad cogitationẽ, ad amorem Dei conuertere, illícq; vt simus toti, ceu alis quibusdã mentis elati. Ita enim purgatur animus, qui se sordibus extricat, præparátq; semetipsum dignum Deotemplũ. Et iuxta diuersam loci huius lectionẽ, vel vnigenito sacerdote, Filio sacrificium offerente, Patrem placamus: vel, Vnigenito eidẽ nos cum sacerdote agente sacra placemus, quin potius vtrunq; facimus, & placantes, & placẽtes. Hæc vnus omnia Augustinus, quę fideliter, & more meo, penè ad verbũ tetuli, non tantũ quibus nos vel cõmunicantes, vel alioqui orãtes, à curis huius mundi submouet, sed & quibus in cœlos, aut etiã super omnes cœlos, & ad Christũ vsq; sursum eodẽ receptũ, & paternæ dextræ assidentẽ euehit, adeóq; hominẽ cœlũ esse iubet. Est enim Eucharistia, diuina prorsus, & cœlestis, aut etiã supercœlestis actio, panis supersubstantialis, diuinus, adeóq; ipse Deus ac Dominus noster Iesus Christus. Sic enim panem nostrũ Christũ vocamus, quia Christus, noster, qui corpus eius (hîc) cõtingimus, panis est, qui Eucharistiã ad cibũ salutis accipimus, &c. Est omnis item Christianorũ, non ab omnium tantùm materialiũ externorũ amore cordis penitus elongatio, sed mẽtis quoq; ad Deũ ascensus siue subleuatio, qui consedere fecit nos in cœlestibus in Christo. Quid tum? quasi verò nõ omnia hæc inter sacra mysteria, & ante & post cõmunionẽ, agnoscamus in doxologia Angelica, in

Col. 3.

Cap. 35.

Lib. 10. cap. 4.

Ludouic. Viues.

Eucharistia, cœlestis actio.

Panis supersubstantialis.

Cyprian. serm. 6.

Damascen. in Historia. Et de fide, lib. 3. c. 24.

Eph. 2.

Dominica. 4. post Pascha.

Apostolico symbolo, in oratione ante præfationem, in ipso etiam canone, & quidem post consecrationem. Et in collecta quadam Paschali oramus, vt inter mundanas varietates ibi nostra fixa sint corda, vbi vera sunt gaudia. Non tamen protinus diffidimus Christum nobis huius

Mat. 28.

præsertim sacramenti beneficio adesse, ac nobiscum, vt promisit, ad seculi vsque consummationem esse. Quòd si Augustinus idem, quod isti prætendunt, ex hac Ecclesiæ inter sacra admonitione sensit, cur non iniecta toties eius mentione, vel id semel dixit, Christum videlicet ita in cœlis esse, vt non sit in mysteriis, Christi corpus & sanguinem ab eo cuius sunt dapes præcipuæ, cuius ille idem conuiua est, ac etiam conuiuator, sacro conuiuio tam abesse quàm cœlum à solo aut etiam cœno? Id scilicet

De vera & falsa religione.

non est ausus, quod audax ille Zuinglius de illo scribere ausus est, virum ingenio prę aliis perspicaci & acuto non fuisse ausum veritatem diserte proloqui, quæ iam casum

Aug. à Zuinglio timiditatis notatus.

magna parte dederat, Vidisse omnino pium hominem, quid hoc sacramentum esset, & in quem vsum institutum: verùm inualuerat opinio de corporea carne. En Zuinglius scripto & litera August. victus, ad eius mentē prouocat & spiritū, non sine tanti patris cōtumelia, quasi is aliter scripserit, aliter senserit, aut alia eius fides, alia fuerit confessio. De corporea igitur in iis sacris Christi carne, non opinio, Zuinglij, sed fides iam tū obtinuerat, & semper ab Apostolis vsque obtinuit, Eandem, nempè quæ in mortem pro nobis tradita & cruci affixa, suscitata & in cœlum recepta est, hîc adesse, sumi, manducari, adorari à rectè ac fideliter ea vescentibus. De quo audiamus alium patrē qui clarè ac audacter sic occasione exhortationis huius mentes nostras sursum ad Christum in cœlos submoueat, vt nec eas, nec ipsum quidē Christum ab his Ecclesiæ deorsum peregrinantis mysteriis se-

Chrys. hom. 12. ad Hebræos.

moueat: Qui infernè, ait, defossus est, quantò sursum attendit oculos, tantò ad solem propinquat. Excutiamus ergo puluerem, dirumpamus superiacentem nobis nebulam, densa quidem & arcta est, nec permittit vt suspiciamus. Et quo, inquis, modo dirumpitur? Si ad nos attrahamus radios solis iustitiæ. Eleuatio, inquit, manuum

mearum sacrificium vespertinum. Cum manibus ergo mentem eleuemus. Scitis qui initiati estis, quid dicam. Forsan agnoscitis quod dicitur, & intelligitis quid significauerim. Eleuemus in altum mentem nostram. Noui plures sic penè pendentes, vt terram non attingant, manus vltra mensuram extendentes, dolentes etiam quia non possunt in aërem suspendi, & ita cum alacritate orare: ita & vos semper esse desidero, vel sæpius, vel plerunque, vel in matutinis, vel in vespertinis. Dic enim mihi, extendere manus non potes? quantumuis extende voluntatem, si vis ad cœlum vsque, ipsum verticem tangere, quin & in superioribus, si voles, licebit incedere. Omni nanque penna leuior & sublimior meus nostra est. Cùm autem & à sancto spiritu gratiam acceperit, papæ, quantũ velox & pernix efficitur! quomodò circuit! quomodò nõ fertur deorsum, neq; in solum cuncta decidit! has nobis pennas præparemus, per has & pelagus peruolare, & huius vitæ fluctus poterimus euadere. Auium celerrimæ montes, colles, maria, scopulos paruo temporis momento nullo impedimento transuolant. Talis est meus, cùm has pennas acceperit, à secularibus abscesserit, nihil eam apprehendere poterit, omnibus erit eminentior ignitis diaboli iaculis, &c. Et alibi: Cùm dæmonem sensim ad animam tuam paulatim incedentem, occupantem, præsentemque senseris, refuge quamprimùm ad Dominũ, vt perfecto animi ardore ac studio nullum sibi Dæmon aditum apud te dari intelligat. Sic te desidem, oscitantem, otio marcentem & pigritia viderit, facilè te vt diuersorium desertum ingredietur: Sin excitatũ, attentum, studiosum, paratum, cœlum petentem, ne respicere quidem audebit. Nihil enim tam eius aduersus nos excursiones arcet ac repellit, quàm intentum erandi ac deprecandi studium, Nec illa diaconi constantis & erecti exhortatio frustra sancita est, vt animum pressum, demissum, rerum humanarum cura fatigatum, reiecta omni sollicitudine, erectum, leuatum, recreatum Deo immortali repræsentaremus. Animum igitur iubemur erigere. Quo verbo, quôque modo Paulus ad homines iacentes, & onere rerum aduersarum occumbentes, ac pene

Psal. 140. Thren. 3.

Alæ sine pœnæ Christianæ.

Simile.

Homil. 4. contra Anomœos.

Diaconi vox in sacris.

Hebr.12. perditos scribens, vtitur ita, Languentes manus,& genua resoluta erigite, Num de manibus corporis & genibus scribit? Minimè. Non enim cum hominibus cursum pugilatúmve exercentibus ibi disputat, sed cogitationum vires tentatione prostratas his verbis, suscitat. Cogita quem proximè stas, quibuscum Deum inuoces, omnibus scilicet cœli virtutibus. Animaduerte quos habeas socios: satis hoc tibi sit ad sobrietatem, recordati te corpore & carne constantem cum incorporeis admitti, & omnium Deum commendare. Nemo ergo sacras illas & mysticas laudes Angelorũ socius resoluto animo ineat, rerúmve vitæ humanæ consilia eo tempore volutet: sed omni terrena sorte animo pulsa, in cœlum se quisque totum transferat, vt pote qui propinquus solio gloriæ ster, cumque Seraphim volitet, atque ita laudem summo, optimo, glorioſissimo Deo referat. Idcirco bene illo tempore constare iubemur: bene autem constare nihil aliud est, nisi ita constare vt hominem conuenit, qui corã Deo immortali stat, cum horrore vtique ac tremore, cum sobrio, dispositio, studioſoque animo. Nam id quoque vocabulum ad animum pertinere sic docet Paulus, Sic state in Domino chariſſimi, &c. Hæc illud os verè aureum. Quid igitur, qui nos, & quidem quoad eius fieri potest, toros in cœlum & ad cœlestes virtutes subuehit, num etiam nobis in mensa Domini Dominum ipsum proponit & relinquit? Respondeat ille ipse Chrysostomus. Sic autem ad eos & in eos qui sanctorum communionem & cœtum relinquentes, sub horam mysticæ mensæ in vaniloquentiæ conuenticulis occupabantur, Quid facis homo? Num promisisti sacerdoti dicenti, Sursum corda, & respondisti, Habemus ad Dominum? Non erubescis & vereris ea hora mendax inueniri? Papæ! mensa mysteriis instructa est, Agnus Dei pro te immolatur, sacerdos pro te augitur, ignis spiritualis ex sacra mensa refluit, Seraphim astant, incorporeæ virtutes pro te cum sacerdote intercedunt, ignis spiritalis è cœlo descendit, Sanguis in cratêre in tuam purificationem ex immaculato latere hausſtus est. Et non confunderis? non conscientia tua te

Angeli in sacris nobiscum orans.

Stare & constare.

Ephe. 6.
Phil.4.

Sermo. in Eucænis.

Agnus immolatur.

Angeli pro nobis in sacris orant.

Sanguis in tratere, & latere Domini.

Horæ hebdomadæ

iudicat, hanc quam ex tot hebdomadæ horis vnam sibi Deus segregauit, in opera secularia & ridicula conuenticula insumere? Quâ pòst fiduciâ ad mysteria accedes? Num vides panem, num vinum? num sicut reliqui cibi in secessum vadunt? Absit, ne sic cogites. Vt enim si cera igni adhibita illi assimilatur, nihil substantiæ remanet, nihil superfluit: sic & hîc puta mysteria corporis consumi substantia. Propter quod & accedentes, ne putetis quod accipiatis diuinum corpus ex homine, sed ex ipsius Seraphim forcipe ignem, quem scilicet propheta vidit. Vos accipere reputate salutarem sanguinem, quasi è diuino & impolluto latere effluentem, & ita approximantes puris labris accipite. Quocirca fratres oro vos, ne absimus ab ecclesiis, neque in aliis colloquiis occupemur. Stemus trementes, & sic Deo cœlesti vtique regi, quasi qui terreno assistunt, astemus, &c. Hæc omnia Chrysostomus occasione adhortationis Ecclesiasticæ, Christum, Christique quicquid est, ab his sacris non quidem semouens, aut absentans, sed clarissimè sui similis, suoque more in his præsentem faciens. Quid ergo aduersarij ad hunc similesque sancti & disertissimi patris locos? ad tropos & hyperbolas suo scilicet more confugiunt, quibus excitentur animi nostri in cœlum, vt ibi per fidem bibamus Christi sanguinẽ spiritualiter. Atqui in postremo Chrysostomi loco ne cœli quidem nomen est, & in tam voluminoso scriptore, Christi carnem in cœlis edi, aut sanguinem bibi, legere non memini. Qui nimò in eius Liturgia, non ita post hæc verba. *Sursum corda, & cætera.* Græcis nobiscum communia, sic orat sacerdos, Attende Domine IESV CHRISTE Deus noster, de sancto habitaculo tuo, & de throno gloriæ regni tui, & veni ad sanctificandum nos, qui in excelsis vnà cum Patre sedes, & HIC nobiscum inuisibiliter ades, & cætera. His igitur solemnibus verbis voluit nos primùm quidem à negotiis aliis semouere, & totos rei diuinæ, non obiter ac velut aliud agentes, intentes, intentos esse. Vt non minus, si non multò magis valeat in Christianorum sacris, quàm in gentilium principum aut sacerdotum anguriis olim & sa-

CLXVIII.

Cera ignita

Esa. 6. 5.

Simile.

Martyr part. 4. pa. 777.

Hyperbola

Plutarc. in Numa, & Coriolano.

Hoc age. crificiis illud præconium, HOC AGE. Quæ præconum clamantium vox quotquot rei intererant, conuertebat, præparabat, & animos ad rem iubebat adhibere, ne quibus aliis operibus interiectis, quę plurima in rebus humanis vi quadam & necessitate fieri contingit, diuinus auerteretur cultus. Ad Chrysostomum redeo, qui superioribus verbis voluit quidem communicantes, aut alioqui communioni præsentes, sacris vt corpore sic animo vt interfint, admonere, non verò sic mentes à symbolis auocare, & sursũ in cęlos sic auferre, quod vult Martyr & Martyriani, vt Christi corpus & sanguis tã procul absint à sacramentis, quàm cœli à terris. Et quidem, quo tamen loco sic scribit. Ideo dicitur Sursum corda, vt ab illis rebus (vel potius signis) visibilibus animum subuehas ad res significatas inuisibiles, quæ tibi in sacramento offeruntur: hactenus rectè, si sentiret & adderet, non eas in sacris offerri tantùm, sed & exhiberi. Præsertim cùm paulo ante priorem locum, & ad superiora Chrysostomi verba diceret panem & vinum, quatenus sacramenta sunt, non tantũ significatiua corporis & sanguinis Christi, sed etiam exhibitiua, & verissimè, ait, loquimur, Vt enim illa significant, sic etiam exhibent, & offerunt spiritui nostro Christi corpus. Quis hunc non putaret hîc vt signorum, ita rerum agnoscere præsentiam? adeo de ratione sacramentorum est nouæ legis, vt exhibeant quod figurant: adesse autem quæ exhibentur. Vnde illa in Latinis autoribus, horum, librum, pupillum, reum, seruum, rationes & spectacula exhibere, pro personaliter repræsentare, & proinde tam hîc esse res pręsentes quàm signa, vtrisque enim constare sacramenta. Cauillatur ergo & fugitat hoc alibi vocabulum, sic contra Antagonistam suum, Commodè ad tuum illud Exhiberi, redis, videlicet corpus Christi crucifixum (vel potius crucifigendum) exhibuisse se discipulis in Cœna sub accidentibus panis & vini. Ego verò illam exhibitionem, quæcunque sit, missam facio, &c. Pergit martyr, & quibus Chrysostomus veram hîc corporis & sanguinis Dominici præsentiam populum docet, hyperbolas vocat, atque tropos rei fidę atque veritatem superantes, Nec verè aut sanguinem ex

Vbi suprà, & part. 2. regula. 8.

Pag. 775.

Sacramẽta exhibitiua.

Exhibere.

Obiect. 113.

Pag. 778.

Hyperbola.

mensa

mensa refluere, sic enim esset insignis ministrorum negligentia: nec liquorem illum quem bibimus in sacra mensa, propriè ex Domini latere hauriri, sic enim sacrificium nostrum non esset incruentum. Hæc acutissimus ille subtilisque doctor Martyr, tam crassa cartis illiuens, vt nec ipsa crassities crassiora somniare possit. Sic autem habet Latinis Chrysostomus (quando deest græcus) Ignis spiritualis ex sacra mensa refluit. Et, reputate salutarem sanguinem, *quasi è diuino* & impolluto latere effluentem. Quorum priore loco, vt cum Martyre, Sanguis, legatur, non, ignis, quis non videt idem eodemque sensu, quod ab Augustino, Propter, &c. dictum, Domini sanguinem de sacro calice, non in corda modò (vt iste perpetuò vult) sed in ora quoque fidelium fundi? vbi hic sacerdotalis negligentiæ periculum, vel somnium? In posteriore autem loco, In calice ex latere Christi hauriri vel effluere extra venas, non magis est sententia nostra quàm Chrysostomi litera, vt in quâ vocula græca respondens latinè QVASI, vel imaginem innuat, vel similitudinem (si grammaticari libet) Sic enarrans illud, de latere Domini lanceâ, aperto exiuit sanguis & aqua. Hinc (ait) mysteria ortum habent, vt quoties ad admirandum calicem communionis sanguinis Christi accedis, tanquam ab ipso latere hauriens, accedas: Siue, ita affectus sis, quasi ex ipso Christi latere bibas, hoc nimirum sanguinis ex calice hausta: Quo & vbi paulò antè Prosper exposuit, eiusdem sanguinis ex latere Christi effusionem designari, & idem illud os verè aureum, ad id, Calix benedictionis nonne communicatio sanguinis Christi est? Horum, ait, verborum huiusmodi est sententia, Quod est in calice, id est, quod à latere fluxit, & illius participes sumus. Et ad Neophytos Augustinus, hoc accipite in calice, quod manauit de Christi latere. Ne putemus eo posteriores Latinos Valafridum, Paschasium, Iuonem, & in Concilio Romano sub Gregorio VII. antiberengarianos, &c. aut Græcos recentiores Samonam, Cabasilam, &c. sic demum cœpisse loqui, Sicut ergo minimè sentimus in sacris nostris Domini sanguinem in calicem ex eius latere extra venas, quod inuidiosè Mar-

De cōs. dist. 2. ca. Dum frangitur.

Vall. lib. 2. cap. 36.

Ioan. 20. Homi. 84.

1. Cor. 10. Homil. 74.

tyr obiicit, fundi, & inde hauriri, sic illum ipsum verum eiusdem sanguinem in cruce ex latere totoque eius corpore semel effusum, in sacris inesse calicibus, ob id eius portatoribus ab Optato dictis, & inde in ora fidelium stillari, fluere, fundi, hauriri, non est in Chrysostomo hyperbolicum, sed in Ecclesia catholicum. Sed ne sic quidem, ait Martyr, sacrificium nostrum erit incruentum, cruenta enim sunt, quæ cruore aspersuntur, vel cruorem secum coniunctum habent. Vulgo dici solet, neminem peius vel intelligere vel interpretari, quàm eum qui vel intelligere nolit, vel se non intelligere fingit. Eucharistiam igitur sacrificium incruentum cum Orthodoxis patribus Græcis atque Latinis dicimus, collatam Christi in cruce sacrificio, cuius illa recordatio est, annunciatio, memoria repræsentatio. Et hîc rursum grammaticari cogimur, Cruorem Latini sanguinem vocant qui ex vulnere spargitur, vnde cruentũ cadauer, cædes cruenta, dapes cruentę, Mars cruẽtus, mors cruẽta, morsus cruentus, &c. Mortẽ igitur Domini propter sanguinis ex corpore toto in cruce effusionem, sacrificium verè atque propriè esse cruentum, At Eucharistiam Symbolum Ephesinum, reliquique antè & posteà patres sacrificium incruentum, incruentam hostiam, seruitutem, & oblationem vocant, quòd in eius mysterio nihil tale fiat, quale quondam & semel in cruce, cruoris extra domini latus, venas, corpusque totum profusio, cuius tamen ipsissimi sanguinis olim iam fusi simus & fiamus verè in hoc sacro participes, nec vi tantùm aut effectu, sed reipsa atque substantia, Neque corde tantùm aut spiritu, sed & ore ac corpore. Et huius enim salutem atque immortalitatem prisci catholici hoc etiam argumento contra peræquè veteres hæreticos eam negantes, euicerunt, quòd corpora nostra Domini sanguine in Eucharistia nutriantur, augeantur, & alantur in vitam æternam, quòd alioqui calix Eucharistiæ communicatio sanguinis eius non esset, Sanguis enim non est, nisi à venis, & carnibus, & à reliqua quæ est secundum hominem, substantia, quâ verè factum Verbum Dei, sanguine suo nos redemit, & cætera. Non est igitur Eucharistia sine Domini sanguine illo ipso

Sacrificium incruẽtum, & cruentũ.

Luc. 22. 1. Cor. 11.

Cruor & sanguis.

Mors sacrificium cruẽtum.

De cõs. dist. 2. ca. Necessariæ.

Tertul. de resurrectione.

Iren. lib. 4. c. 34. & l. 5.

Cyril. in Ioan. 6. lib. 4. cap. 14.

Sanguis.

qui ex patientis & morientis corpore, & mortui exiuit latere, non autem qui quotidie in sacris nostris ex eodem Domini corpore, venis, latere exiliat, vt & hac de causa dicatur incruenta, cruentæ presertim veterum Iudæorum & gentilium sacrificiorum lanienæ comparata. Quod reliquum est in Chrysostomo de Seraphim, & cætera. Scimus verbi, vt sacramentorum, ministros homines esse, non angelos. Et Paulus tamen gratulatur se ab auditoribus suis exceptum vt Dei Angelum, vt Christum etiam Iesum. Verbum item suum ab eis acceptum, non vt verbum hominum, sed (sicut verè est) Dei verbum. Sic os illud verè aureum nos hortatur ad Eucharistiam accedere, quasi nobis manu non humana, sed angelica, imò diuina, Christi nimirum ipsius, porrigendam, quando hæc cum illa quam ipse discipulis ministrauit, eadem est, & nihil habet minus, Et hoc enim corpus idem illud est, & cætera. Hæc ad Martyrem Chrysostomi parum candidum interpretem, nobis autem hîc iniquissimum, & quotquot cum eo ex occasione monitionis Ecclesiasticæ, præter & contra mentem tum aliorum veterum, tum Chrysostomi vel maximè, sic animos Christi fidelium ad cœlos subuehunt, vt Christum ipsum, qua hominem, à Cœna summoueant. Multò minus id senserunt posteriores diuini officij interpretes. Inter quos Amalarius Treuirensis Episcopus, post citatum vbi antè, Cyprianum, Præsens, ait, præparationis (siue præfationis) officium tempus illud nobis ad memoriam reducit, quando Christus in Cœna ascendit in cœnaculum magnum stratum, Ibi multa cum discipulis locutus, & Patrem pro eis precatus, tum alia, tum illud vt in cœlum transirent, dicens, Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi ego sum, & illi mecum sint, & videant claritatem meam quam dedisti mihi. Iuxta hunc sensum, altare est mensa Domini, in qua conuiuabatur cum suis, Sacerdos cum suis auditoribus ascendit in cœnaculum, quando dicit, Sursum corda, auditores respõdent, Habemus ad Dominũ. Quod precatus est pro se in præfatione, vt cor suũ alienum esset à vinculis mundanis, hoc nunc monet auditores suos, vt pro tanto dono gratias agant Deo, &c.

Sacramẽtorũ ministri hominis, nõ Angeli. *Gal.4.* *1.Thess.2.* *Hom.2. in 2.Timoth.*

Cap.19.& 21.

Ioan.17. *Altare, mensa Domini.*

Atqui scriptor hic floruit sub Ludouico Pio Imp. iam tum receptissima Christi corporis & sanguinis in mysteriis tum præsentia, tum etiam adoratione. Et qui scripsit super Canonem hoc quidem seculo, nondum tamen audito schismate, sic exponit, Sacerdos populum in communione charitatis ad altiora proficisci volens, expressè hortatur, dicens, Sursum corda, supple, leuate. Sursum autem intellectu veritatis, affectu charitatis, virtute conuersationis, rectitudine intentionis. De prima superna eleuatione dicitur, Accedat homo ad cor altum, & exaltabitur Deus. Ad cor altum huc intellectu veritatis accedit, qui nihil in sacramento carnale cogitat: sed omnia alta esse intelligit. Vt Christum in hoc cibo sumptum non dentibus discerpi, non sacerdotis diuisione diuidi, sumptione, non vt pereat, digeri, sed manente integrum sumptum, nos sibi incorporare, in altare descendentem in dextera Patris manere, vt nos sibi incorporatos ad eandem exaltet, &c. De secunda Apostolus, Quæ sursum sunt, sapite, non quæ super terram. Sapimus enim & quærimus cœlestia per feruidam charitatis exaltationem, quod in sacramento perficitur, quando nimiam Domini dilectionem pensantes, aduertimus quod se nobis in Cœnam dat, quò nos sibi incorporet, & sic ad alta domus Patris, vbi omnes æternæ vitæ abundant panibus, nos eleuando perducat. De tertia dicit idem, Nostra conuersatio in cœlis est, Vnde & Saluatorem ad nos in sacramento expectamus, qui incorporando nos sibi reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ. De quarta dicitur, Ad Deum stillat oculus meus. Altæ inquam, intentionis oculus, deuotione ac Dominicæ passionis memoria lacrymando stillat, & non nisi in altum dirigitur tendendo ad Deum, & pergendo, & omnia soli attribuendo. Hanc etiam exhortationem facit conformiter ad ea ibidem verba, Terra ne operias sanguinem meum, neque locum in te latendi clamor meus inueniat. Ideo terreno depressoque corde Christi sanguis non debet operiri, nec clamor quo ad Dei communionem vocamur, sub affectu latêre terrestri, sed potius corde ad cœlum eleuato hęc omnia vene-

Gabr. Biel. lectio. 17. *Eleuatio quadruplex*

Psal. 65. *Intellectus.*

Col. 3. *Charitas.*

Phil. 3. *Conuersatio*

Iob. 16. *Intentio.*

rari. Ad quam ſacerdotis excitationem reſpondetur ex perſona populi aſſiſtentis, *Habemus ad Dominum*: quia ad altius aliquid cor exaltari non poteſt, nec in aliquo tutius locari, vt altiſſima & ſpiritualia Dei dona percipiat. Vnde leuenus corda noſtra cum manibus ad Dominum in cœlos. Totum enim cor in cœleſtibus habitare debet, quod tam cœleſtia & ſublimia dona expectat, quod Angelicis laudibus voces carnis iungi deſiderat, ne in id improperium incidat, Appropinquat iſte ore ſuo, labiis me glorificat, cor autem longè à me eſt. Et recentior adhuc in Miſſæ Canonem exegeſis, ſed ex claſſicis & priſcis ſcriptoribus collecta, ſic colligit, Quid eſt ergo ſurſum habere corda, niſi ea quæ ſurſum ſunt, quærere videlicet amando, ſapere intelligendo? Et, Amor ſanctus ad ſuperna eleuat, & ad æterna inflammat. Obligata contra terreno amore anima, quaſi viſcum habet in pennis, volare non poteſt. A ſordidiſſimis autem ſeculi affectibus mundata, tanquam pennis extentis, & duabus alis reſolutis, totidem ſcilicet dilectionis Dei & proximi præceptis, volat ad Dominum, aſcendens volando, quia aſcendit amando, ad illam ſcilicet ſupernam Hieruſalem, matrem omnium noſtrûm, quæ in cœlis. Ab illa enim peregrinamur in hac vita, ad eius reditum ſuſpiramus, tandiu miſeri & laborantes, donec ad eam redeamus. Hunc cordis noſtri ad Deum aſcenſum ex conualle plorationis Martyres intellexerunt, & inde vt coronarentur, aſcenderunt. Quinetiam ſi prophetæ & patres antiqui, antequam Dominus in carne veniſſet, mortuus reſurrexiſſet, & in cœlum aſcendiſſet, ſuſpirabant tamen ad eam ciuitatem, quantum nos oportet deſiderare quo nos ipſe præceſsit, & vnde nunquam receſsit? Antiqui ſacerdotes, qui non tam curabant de cultu ſermonis, quàm de ſalute & ædificatione plebis, propter idiotas & ruſticanos, non *Surſum*, ſed vulgari ſermone, Surſum corda dicere ſolebant, vt res tanta planiùs omnium ſenſibus commendaretur. Hæc ille, quiſquis fuit, & vndecunque colligit, cuius paucula poſtrema non ſatis capio. Cùm ergo moderni etiã Scholaſtici nos ex occaſione breuis huius ſiue adhortationis, ſiue preculæ ad

Thren. 3.

Eſa. 29.

Pariſienſis anno 1548.

Ex ſeueriano.

Amor duplex.

Dilectionis præcepta, alæ.

Hebr. 12.

Pſal. 83.

Act 3.

cœlestia subducant,& iidem præsentissimã,vt ita loquar, Christi in his sacris præsentiam fortiter asserant,an continuò nõ sibi scribunt, quasi Christo nihil opus sit in altaribus præsente, vt ad quem in cœlis præsentem nos amandent? Absit sed potius cum patribus, adeóque cum omni retrò Ecclesia miraculũ hoc, quô Dominus simul (quod aiunt) & semel cum Patre sursum sedet, eôq; temporis articulo nobis adest & præsens est. Hoc inquam, miraculum ab eo factorum maximum & adorant, & ei cedunt atque imputant.

Miraculum Eucharistia maximum. Chryso.li.3. de sacerdot. hesych. Leo. 22. Tho. in officio.

Rustica,& Anabaptistica.

CAPVT XI.

RElIqua est fæx rustica,& Anabaptista, omnium errorum & hæreseon veterum ac recentium quędam quasi sentina. Vtráque sanè quid de tã Augusto,hoc est,huiusmodi sectis infaustis dissimilimo sacramẽto senserit, non magnopere curandum erat, nisi cœpto semel argumento respondendum esset, & finis tandam aliquis imponendus. Tumultuantes ergo rustici circiter annum Domini 1525.& se Iesum Christum confiteri excusantes, & rescribentes,à principibus Germaniæ tam Catholicis, quàm iam tũ sectariis,qui& pòst Protestantes dicti sunt, in ipso procinctu, hoc inter alia responsum audierunt, Cùm vos ex deliberata nequitia,ac seductoria falsi Euãgelij vestri doctrina multipliciter contra redemptorem nostrum Iesum Christum cædibus, incendiis, variisque in Deum impietatibus,presertim in *venerabile* sacramentum,& aliis blasphemiis vos contaminetis; Nos,quibus à Deo gladius commissus est, hîc congregati sumus ad vos puniendos,vt Dei blasphematores, &c. Bello igitur confecto Thomas Muncerus an Montzerus nihil refert, falsus eorum propheta, & præcipuus capitaneus,captus & quæstioni subiectus,initio confitetur sanctum & *venerabile* sacramentum, quod vocant *altaris*, externè non adorandum,nisi *Spiritu*: id verò vniuscuiusque voluntati liberum esse. Se id à meridie ægrotis porrexisse, & nocto

Petrus Gnodalius li.3.

Venerabile Sacramẽtũ.

Thamas Muncerus.

Adoratio libera.

etiam intẽpesta, vinis vniuscuiusque ratione habita. Hæc ille, hanc externæ adorationis libertatem à Luthero familiari quondam suo fortè mutuatus. Nec plura de his super hoc historia Guodaliano, anno 1570. emissa, nisi quod altarium, templorum, monasteriorũ ab eis subrutorum non est numerus. Quo tamen in tumultu nullam eis à Rusticis factum esse iniuriã scripsit post Lutherus, nisi hanc vnicam, quod remanserunt adhuc lapides ibi aliqui & vestigia, &c. Captus quoque aliquantò pòst, anno nimirum 1536. bello monasterienſi Kuipperdolingus Anaptistarum, vt ambiebat, Rex, De sacramento Synaxeos inter cætera ad hunc modum dixit, Quanquam Zuinglij sententiam ea in re diu sit amplexus, aliud tamẽ sibi reuelatum esse iam nunc ac antea senserit: nimirum quòd põdus Cœnæ verbis detrahi nec possit, nec debeat, id quod fiat, si non perinde atque sonant: Hoc est corpus meum, Hic est calix sanguinis mei, absque tropo accipiantur. Ea tamẽ in re à Lutæranis se dissentire, quòd Iudæam quoque corpus Christi manducasse, & sanguinem bibisse asserant. Ergo, inquit Corninus cum eo collator, & historiæ auctor, Christi opera non prius vini, & efficaciam habebunt, quàm fides nostra huc accedat? an non sacramenta vim non à nostra vel credulitate vel incredulitate, sed ex Christi verbis ac institutione pendent? Fidem quidẽ hîc requiri & adesse debere fatemur, Deum tamen idcirco, si non adsit fides, mendacij non arguendum, vt cuius fidem nec Iudæorum incredulitas irritam facere potuerit. Sol in quem vsum creatus est? an nõ vt luceat, & diei præsit? Iam si nos vel lolio victitemus vel cæci omnino simus, ergóne solẽ quoq; amittere splẽdorẽ suum portebit? Ea est sacramentorũ ratio. Hic protinus rex, vt per me vobis liberũ est hoc vel illud sentire, ita patiamini meo me hîc sensu abũdare. In altera idem disputatione sui similis, In pane quidem Christi corpus, in vino fumi sanguinem confessus est, eum tamen panem incredulo nihil præterquam panem, & vinum nihil præterquam vinum esse. Hîc nihil super adoratione. Sed formam verborũ Cœnæ secutus ad literam sine tropo, mirum ni & rerum hîc præsentiam, & cum hac

Anton. Corninus. Kuipperdolingus.

Cœnæ verba, vt sonãt absque tropo. Iudas.

Sacramẽtorum vis vnde?

Rom. 3. Solis simile.

adorationem rogatus agnouisset, In colloquio in Louf-
Ioan. Gustius de catabaptistis. Lib. 2. fen oppido episcopali antè habito anno 1530. Sic loqui
tur Anabaptista, Quæ lego, Spiritus sanctus explanat,
nec vllam ambiguitatem relinquit tã de baptismo, quàm
de cœna Dominica, de qua vos (Lutherani) nescio quid
certaminis iniustis, congladiantes de lana caprina, ex pa-
ne diuinum numen facientes. Et nullus contentionis est
finis. Docuistis panem esse, & manere panem, iam Chri-
stum ipsum ex pane illo constituere vultis. Orthodoxus
(hoc est, hoc certè loco, Lutheranus) de cœna Domini
prodidisti animum tuum, imò præceptorum tuorum do
ctrinam erroneam. Nos non solum panem in cœna Do-
mini habemus, sed etiã ipsum Christum. Nec loquimur
Concomitãtia. vt tu tuique similes. Obsecro vos ne ita contemptim, &
sine scripturis de sacrosancta mysterio loquamini, De
quo summo cum honore, dignitate, timore, gratiarum a-
ctione sermo habendus: Contemnitur id à vobis, & des-
picatissimũ habetur, quod ex multis noui. Dominus spi-
ritum meliorem concedat, & intelligentiorem, quo id
rectè perpendatis, & simplicioribus purius rectiúsq; pro-
ponatis. Ea mysteria nunc relinquamus. Hæc ibi. Mal-
lem, quisquis fuit, sententiam tum suam, tum alienam fu-
sius exposuisset. Nam de adoratione tãtundem quod su-
prà, hoc est, prepomodum nihil. At inter XXI. articulos
Ioan. Cochlæus. Anabaptistarum monasteriensium, sic habuit tertius, Ma
gnum Balaam supra sacerdotis manus & caput, ac alibi
non inspicere, Adeo panem mysticum non habebãt pro
Christi corpore, nec venerabãtur, vt nec inspicerent qui-
Lib. 4. ca. 2 dem. Hîc pro confutatione succurrant, quæ ex veteribus
Iudæis contra modernos diximus de frumento in capiti-
bus montium ex Dauidis versiculo, hoc est, de Euchari-
stiæ in sacris ad cultum eleuatione. Nec enim dubium
Contrà ca-tharinum. Anabaptistas hîc eò spectasse. Proinde primus hic fuit
eorundem articulus, Maiorem Ecclesiam, & omnia quæ
cultus diuinus dicuntur, deuitare, Scilicet vt hoc ita in
templis publicis impedito, omnis generis hæreses in pri-
uatis angulis dissẽminarentur. Et hãc quoque à Luthero
Contra statũ Ecclesiæ. doctrinã didicerant, ante aliquot iã annos scribẽte, Tem
pla & monasteria, cũ omnibus quę in eis fiũt, meras esse

laruas, & Antichristi facies, bullis & indulgentiis editis, omnibus qui ad hoc conarẽtur,& in hoc exponerẽt corpus,facultates,& honorẽ vt deuastarẽtur Episcopatus, & Episcoporum regimen aboleretur. Sic fore dilectos Dei filios,& veros Christianos. Huiusmodi nidos gliriũ (sic vocat Monasteria)dignos esse qui sic ædificarentur & cõseruarentur,vt nõ remaneret lapis super lapidẽ. Et alibi, Multò satius esset talia monasteria funditus euerti,quàm miseros homines sic scãdalisari,&c. Reformationẽ Anabaptistica deteriorẽ,Templa & huiusmodi loca nõ deuitare modò,sed & subruere. Quod ab vtrisq; sectariis sæpe factũ nimium meminisse necesse est. Redeo ad Monasterienses,Quorũ cœnã huiusmodi fuisse ferũt, Propheta nouus tuba cecinit per omnes vias,& edixit vt ad tẽpli primarij vestibulũ armati cõueniant, nam ab vrbe profli gandũ esse hostem. Cùm eò ventum est, cœnã reperiunt paratam,iussi discũbunt ad millia quatuor: deinde cœnãt etiã ij qui intereà fuerant in excubiis, circiter mille. Rex (ex sartore Ioãnes Leidẽsis) & Regina (ex tribus vxoribus vna)cũ suis domesticis ministrãt: Sumpto cibo,iamque ferè peracta cœna, Rex ipse panem azymũ singulis porrigit,his verbis, Accipite,comedite, annũciate mortẽ Domini. Et pauculis interiectis, Posteà Rex & Regina cœnant cũ reliquis ministris. Inter cœnandum Rex consurgit,ait sibi quidpiam esse negotii,quod Pater mãdarit. Fortè captus erat miles quidã, hunc proditionis, vt alterum Iudam Rex insimulat,& decollat ipse: pòst redit ad cœnam,& facinus illud suum facetè commemorat.

Hæc tũ fuit Anabaptistica, vel potius diabolica cœna, vt meritò de hac post poëtam dicas, *Hîc furor, hîc rabies, hîc sunt tua crimina, Sathan.* Vt enim omittam omissa prę cipua cœnæ Dominicæ verba,hoc est,formam huius sacramenti consecratoriã,habes ministrum non modò parum putũ laicum(cuiusmodi bona ex parte sunt ministri extraordinarii) Regẽ scilicet gẽtilitio more atq; sacerdotẽ sed etiã carnificem,& inter execrãda sua sacra parricidam. Nimirũ qui paucis anteà diebus Kuitperdollingũ suum ex propheta, imò & non ita dudũ consule, tradito ei gladio carnificẽ cõstituerat. Sic visum Deo,vt qui sum

Contra ducẽ Georgium. In Postilla Domestica. Dominica. 4. aduẽtus. Cœna Anabaptistica. Henric. Bullinger. lib.2.ca.10 Sleidan. lib.10. Anno.1534. Ioannes Leidensis rex ex sartore. Lucan.li.7 Sic Suidas in vocula, σκευή. Sacerdos habitum carnificis sapsit, vestitu honestissimo in miserrimum mutato. Carnifex ex consule & prophetæ.

mum antè magistratum gesserat, Consul, tunc infimum locum obtineret carnifex. Sic veteres obseruarũt impiissimos illos Reges natalitia sua conuiuia, Pharaonẽ pistoris sui patibulati suspẽdio, Herodem sanctissimi prophetæ decollati sanguine cruentasse. Sic Iudas proditionem Dominici sanguinis inter sacrificia positus cogitauit. Sic Pilatus Galilæorum aliquot seditiosorum Cæsarem dominum agno scere recusantiũ, & præter victimas à Mose statutas, alias pro salute Romani Imperij prohibentium, superueniens eorum sacrificiis sanguinem hominũ cum sanguine pecudum, quas ritu Iudaico immolabant, nouo horrendoque exemplo miscuit. Sic L. Iun. Damasippi prætoris Romæ Mariani iussu principum ciuitatis Syllanas partes secutorum capita hostiarum capitibus permista sunt. Sic L. flaminius Cõsul in prouincia Gallia ad scorti multum & spectaculum, negantis se vidisse quenquã securi ferientem, & peruelle id videre, vnum ex damnatis extrahi iussum in cõuiuio securi sua manu occidit, & vt quidam referunt, nobili cuidam Gallo Boio transfugæ, stricto gladio, qui supra caput primum pendebat, loquenti adhuc caput primùm percussit, fugienti deinde, fidemque Pop. Romani, & eorum qui aderant ac epulabantur, imploranti, latus transfodit. Facimus atrox, vtcũque referatur, & ab aliis aliter, inter epulas & pocula, vbi diis dapes libire, & hominibus bene precari mos esset, humanã victimã mactasse, cruore mensam respersisse, & hominis sanguine lusisse, Ob id meritò è Senatu à Catone Cẽsore submotũ. Sed externorum exemplorum plus satis. Ad Anabaptistas redeo, qui cùm semel à nobis discessissent, cùm nostra sacrificia meruenta sint, eorum oportuit esse cruẽta. Quanquam sunt, qui hoc omisso homicidio, & muliebri ministerio, aliter renarrent, Cœnam iussu prophetæ indictam, ad hanc conueniisse promiscuè omnes, citra ætatis aut sexus discrimen. Censa, ibi capita quatuor aut quinque millia, Accumbentibus triplicem missum appositum, carnes fumo duratas, deinde recentes postremò assas. Potum Cereniam, mensæ inseruisse Regem & Reginam, cum numerosa satellitum, ministrorũ, pedissequarũ, & ancillarũ multitudine. Sublatâ mẽsâ, Re-

Origen. *Gen. 40.* *Matt. 14.* *Marc. 6.* *Ambr.* *Luc. 13.* *Cyrill.* *Theophila.* *Lyr.* *Eras.*

Val. Maxi. de crudelitate, & nota brusoria. *Liuius li. 39* *Cicero & Plutarch. In catone et Quintio.*

Lambert. hortensius.

Missus Anabaptici.

gẽ in ſolio ſuo tunicula holoſerica, qua ad miniſtrandũ erat expeditior, ſublimen conſediſſe, populo partes panis triticei diſtribuiſſe, Identidẽ hæc verba iterantem, Accipite, & Annunciate mortem Domini. Et, Accipite, & diuidite inter vos. Inde alios aliis diuiſiſſe, cum exhortatione ad cõcordiam & mutuam charitatem. In diuerſum locum poſt hæc duos regis digreſſos miniſtros, vinum fudiſſe, inculcantes identidẽ verba myſtica, quæ in Euangelio leguntur, cũ mutua inter hæc exhortatione, vt vinũ ex multis acinis & vuis exprimitur, & è multis grauis panis conficitur, ita nos multi vnũ corpus ſumus, & animus vnus. Cœnâ ſublatâ, carnẽ Deo decantaſſe, Gloria in altiſsimis Deo. Poſtremos omnium Regem, Reginam, miniſtros, & eos qui è ſtationibus diuturnis acciti venerãt, ad cœnam ſe compoſuiſſe. Defunctum Regni Cœnæ myſterio, rogaſſe vniuerſam concionem, num omnes ad exequendam diuinem voluntatem, hoc eſt, ad patiendum moriendúmque profide, propenſo animo paratóque eſſent, Acclamatum vno ore ab omnibus eſſe, & cæt. Quid hîc nos viciſsim, Chriſtiane lector, acclamamus, niſi poëticum illud, *Sunt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt mala plura?* Audi enim Cœnæ & ad concordiam charitatemque exhortationis præclaros fructus, præter præſcriptam bonorum communionem, polygamiam permiſſam, agamiam pòſt Amſtelredami præter effœtas & immaturas, prohibitam, Oppidanos templa & fana Diuorum demoliri, quæ peculiari nomine ipſi forum Baalis, & Romanarum nundinationũ appellarẽ tẽporia. In Phriſia ad Boſuerdã monaſterio inuaſi, pùlſis monachis, omnia interiora vaſtarunt contẽpto magiſtratu, quantùm rerum fuit, ſuæ ditionis fecerunt. A Edis ſacræ omnia demeliti, Euchariſtiam pedibus humi, ignominioſè eliſam procul care, addere, En Deum impiorum: multas id genus blaſphemias eblatrantes, ſacra omnia prophanarunt. Amſtelredami ab iiſdem tumultuatũ, coniuratũ antè à quatuordecim in ſolenni luſtratione, de põparum fecrulo, in quo panis myſticus corporis dominici circũferebatur, de põte in ſubiectũ flumẽ vnà cũ geſtatoribus deiiciẽdo, prodita reiudicio, apprehenſi coniurati, ſupplicium dederũt.

Cõtra illud vt ſumant. & dent cæteris.

Anapticæ cœnæ fructus.

Euchariſtia calcata.

H.B. lib. 2. cap. 5. Sed non vnum fuit huius Hydræ caput. Qui eos in classes distribuerunt, nouo loco ponunt liberos Anabaptistas, docentes sacramẽta fidelibus esse superuacanea, non vtilia, neque necessaria, ideóque pios ipsis non opus habere, vt quibus ea nihil conferre possint, quod non antè ipsi in spiritu & fide habeant. Sed cùm sacramẽta à Deo sint instituta, sic de his loqui & cogitare, blasphemia est, quasi res superfluas instituerit, nec externa signa propter interna dona superfluunt. Abraham priùs fide iustificatus, iustitiæ deinde suæ signaculum accepit Circuncisionem, neque superfluè, neque inutiliter. Philippus diaconus Eunuchum iam fidelem, Petrus Apostolus Cornelium virum iam religiosum, & Dei timentem, orationibus, eleemosynis & ieiuniis vacantem, baptizarunt, non frustra, nec absque fructu & augmento diuinæ gratiæ. Apostoli veram fidem habuerant, & Christi carnem spiritualiter manducarant, sanguinem biberant, externam nihilominus Domini cœnã sumpserunt, ac se ipsos prius probauerunt, cùm ea probatio non fiat sine fide ac spiritu, probati tamen de pane illo edunt, & de calice bibunt, iuxta Pauli præscriptum, vtique non sine fructu, vt Dei gratia, salus nostra sacramentis non sit alligata, sic vt absque illis seruari non possimus, cùm scilicet propter ineuitabilem necessitatem habere nequimus, eo tamen loco in Ecclesia manere debẽt, quo à Domino cõstituta sunt, & si ea habere possumus, non omittẽda. Quare vetus Ecclesia hos recentiores falsò *Liberos* in veteribus Messalianis, suo antè loco non omissis, repudiauit, Idem nimirum docentibus, hoc est, his qui Christi corpus intus spiritualiter sumpsissent, cœnam Dominicam inutilem esse. At horum aliqui non aliter de Eucharistico pane, quàm de quotidiano & vulgari loquũtur, quasi nihil aliud aut amplius sit quàm nudum fraternitatis signum, non etiá vera Christi corporis & sanguinis communio. Verùm in sacramentis non signa tantùm, sed res quoque signatæ considerandæ sunt, vt elementa hæc panis & vini in negotio cœnæ Domini non iudicare debeantur vulgaria, quibus ad vulgarem corporis alimoniam vescamur, sed spiritualia. Panem vtique sanctum vitæ æternæ, & calicẽ

Anabaptistæ liberi.

Sacramẽta an libera, nec necessaria.

Rom. 4.

Act. 8.

10.

Ioan. 6.

Matt 26.

Marc. 14.

Luc. 22.

1. Cor. 11.

Messaliani lib. 4. c. 15.

Canon.

ſalutis perpetuæ,vt habet Canon. Domini vtiq; inſtituto verbóque ſanctificata,& à vulgari vſu ad ſpiritualem ſegregata,vt alium finem & vſum habeant,quàm carnis alimoniam,nam ſpiritualem cibum potúmque vitæ æternæ nobis repræſentant. Porrò Anabaptiſtæ in libro,quẽ Adhortationem nominans,grauiter conqueruntur,contentionem inutilem, & logomachiam excitatam eſſe de ſenſu verborum, Hoc eſt corpus meum, Hic eſt ſanguis meus:quaſi potius hæc mouenda non fuerint,nec diſputandum quid panis aut vinum ſit,fiátve, ſed quare illis vti debeamus. Sed ſi fidelis neſcire debet qualis ei cibus in cœna Domini proponitur,quomodo eum diiudicare, diſcernere,ſumere poterit? Sed hac aiunt ratione excitata eſſe diſſidia,ex cœna Dominica, caninum (quod horrendum dictum eſt) conuiuium eſſe factum. Docendus eſt populus qualem cibum Dominus in cœna diſcipulis propoſuerit,& fidelibus proponat Eccleſia,vt omnes intelligant ſpiritualem eſſe, verè panem filiorum, peccatorum quidem,ſed pœnitentium, & reſipiſcere proponentium,& ideo nec canum,nec porcorum. Nec verò vel Anabaptiſtæ ſoli ſunt homines, vel qui Anabaptiſtæ non ſunt, canes ſtatim aut porci ſunt. Quin etiam ipſi in cœnæ Domini verbis aliquid peculiare habuerunt, & præter communem, Lutheranã, Zuinglianam, quartam interpretationem propoſuerunt,Dominum neque mutaſſe panem in corpus ſuum, neque id in pane incluſiſſe, Nihil ſcilicet cum cęteris hominibus commune habere volentes,ſed omnibus in rebus ſingulare aliquid,& ab aliis ſeparatum. Dicunt enim verba illa figurata eſſe, nec naturaliter & propriè de pane intelligenda, ſed de naturali Chriſti corpore, quod menſæ aſſidebat,& panem diſtribuebat, quod pro nobis traditum eſt, non autem panis. Sed num Apoſtoli ignorabant hoc quod habebat Chriſtus in menſa corpus accumbens,ipſius eſſe corpus? Quid igitur opus erat his verbis,Hoc eſt corpus meum,ad hoc demonſtrandum? Quæ etiam verba ſi nihil ad ſignũ pertinent, quomodo hic ſacramentum, aut ſacrum Chriſti corporis erit ſignum? An ſic non eſt euacuare ſacramentum? Vera enim ſacramenta elementum habent atq; ver-

H.B. lib. 6.cap. 8.

1. Cor. 11.

Caninum conuiuium.

Cœnæ verborum triplex expoſitio.

Anabaptiſtæ ſingulares.

Cœnæ verba figurata.

bum, institutioni sanctificationíque signi necessariò adiectum. Scimus panem non esse pro nobis traditum, sed corpus Christi: verùm illud nobis panis repræsentat, & de eo testificatur, ideóque corpus Christi nominatur, atque etiam illud est, sacramentaliter, seu vt isti dicunt, figuratiuè. Sic cõtra Anabaptistas Zuinglij successor. Eos enim sciendum est à Lutheranis & Zuinglianis exortos, & in eis natos, pòst pro perpetuo schismatum more dissentientes ab vtrisque improbatos. Cõtendit igitur Bullingerus (ne & hic à nostra farragine abeat indiscussus) Dominum vt panem accepisse, ita suis porrexisse, & his verbis, hoc est corpus meum, demonstrasse, eáque de pane intellexisse, sic vt panis Domini corpus repræsentet, hoc est, vt alibi centies exponit, significet, ac in memoriam reuocet. Sed si sacra hæc signa res repræsentant dũtaxat, hoc est, signant, non etiam verè præsentant, hoc est, præsentes proponunt, faciunt, sistunt, offerunt, ostendunt, dant & exhibent, quorsum hæc in Patribus hac de re toties occurrunt cum his verbis hæc etiam aduerbia, verè, reuera, veraciter, reipsa, realiter, corporaliter, naturaliter, carnaliter, præsentialiter, personaliter, essentialiter, subsstantialiter, subsstantiuè, nedum significatiuè? Cur tanto serio ac studio nos admonent, credendum verbis Domini, nec de eis ambigendum, si signa his sanctificata & consecrata tantùm significant? Id enim alioqui tam creditu facile, quàm dictu, Sic enim concionantur, Cùm de pane ipse pronunciauerit, H. E. C. M. quis audebit deinceps ambigere? Cùm idem tam asseueranter dixerit, H. E. S. M. quis vnquam dubitauerit vt dicat non eius esse sanguinem. Et eum parum dignum existimabimus, cui credamus, quòd vinum in sanguinem transmutet? & non multò magis sic eum corpus & sanguinẽ suum fouenda nobis dedisse, persuasum firmiter habebimus, vt ea cum omni certitudine tanquam corpus ipsius & sanguinem sumamus? Nam in specie panis dat nobis corpus suum, & in specie vini sanguinem, vt cùm sumpseris, gustes Christi corpus & sanguinem, factus vtriusque particeps. Sic enim efficimur Christophori, hoc est, Christum in *corporibus* nostris ferentes, cùm corpus eius & sanguinem in *membra* nostra recipimus, sic diuinæ naturæ con-

Panis corpus Domini sacramẽtaliter.

Cœnæ verba & aduerbia.

Cyrill Hierosolymitanus catechesi 4.

Christophori.

1. Cor. 6.

2. Petr. 1.

fortes redditi. Quamobrem non ſic hæc attendas velim, tanquam ſint nudus & ſimplex panis, nudum & ſimplex vinum. *Sunt* enim Chriſti corpus & ſanguis. Nam etiã ſi ſenſus aliud tibi renunciat, fides te confirmet. Ne iudices rem ex guſtu, ſed te citra vllam dubitationẽ fides certum reddat quòd ſis dignus factus, qui corporis & ſanguinis Chriſti particeps fieres. Hæc ille ante annos plus minus duodecies centũ, quem vno ore ſequũtur mediæ ac poſt ætatis ſcriptores. Vnde veritas ait, cùm porrigeret diſcipulis panẽ, H.E.C.M. & nõ aliud quàm quod pro vobis tradetur: & cùm calicẽ, H.E.S.M. qui pro vobis precium (in cruce) idem ipſe ſanguis in calice, qui & in corpore, ſicut & caro, vel corpus in pane. Qui dixit in principio Fiat lux, & facta eſt de nihilo lux, Non potuit de pane dicere, H.E.C.M. & ita fieri efficere? Qui tacita virtute aquam vertit in vinũ, non efficacius poterat, ſonãte vocaliter eadẽ virtute, vinũ in ſanguinẽ ſuum transferre? Sacramentũ quod verè ac ſalubriter mãducari poſſet ac bibi, cõfecit: tradénſq; diſcipulis, ne in myſterio myſticè, & nõ propriè vel verè loqui putaretur, ait, Non futurũ prædico, nõ abſens aliquid denũcio: ſed hoc quod præſentialiter do, eſt corpus meũ, non figuratũ, ſed verum, ipſum quod pro vobis tradetur, &c. Nã & hic locus anteà citat⁹ eſt. Quando in manus accepit, panis erat, Sic enim dixit, Accepit panẽ, qui per illã benedictionẽ fit corp⁹ Chriſti, nõ ſignificatiuè tãtũ, ſed & ſubſtãtiuè. Cõſideremus verba Domini, Manducate, inquit, ex hoc omnes, hoc enim quod vobis ad manducandũ trado, eſt corpus meũ. Et vt certi eſſent ꝙ reuera Chriſti corpus eſſet, ſigna expreſſit, quibus hoc dignoſcere poſſent, ꝙ hoc nõ figura tantùm corporis exiſteret. Nihil enim ad figurã, quod ſequitur, Quod pro vobis tradetur. Nec panẽ nominauit, poſtquã panem benedixit, ſed corpus: nec vinũ nominauit, poſtquam vinum benedixit, ſed ſanguinem. Fides ergo Catholica credit, panem qui ad conſecrandũ offertur ſacerdoti, per ſacerdotalem benedictionẽ fieri Chriſti corpus ſubſtantiuè, nedum ſignificatiuè. Fregit panem, vt omnibus ex eo daret, & vnum omnes illos faceret, & dixit eis, Accipite (mente) & comedite (ore) hanc ſpiritualem eſcam, hoc ſacramentum. Manducate quod tribuo. Sen-

Paſchaſius anno 880.
Sanguis idẽ in calice, cruce & corpore.
Adelmanius anno 1050.
Geneſ. 1.
Ioan. 6.
Algerus anno 1100.
Præſentialiter.
Anſelm. anno 1096. de offi. diui.
Subſtantiuè.
Heruæus, anno 1118.

sibus quidem exterioribus videtur esse panis, sed sensibus cognoscite mentis, quia H.E.C.M. non aliud, sed illud idem substantialiter, quod pro vobis redimendis tradetur ad mortem,& crucifigetur. Innumera sunt talia in scriptoribus eius præsertim seculi, hoc est, Antiberengarianis, quibus in Berengarium habitum tunc Ecclesiæ Catholicæ aduersarium, collegerunt Christum in his mysteriis aliud cepisse, aliud dedisse. Panem accepisse, corpus suum porrexisse. Quibus fauet non pronomen tantùm Latinum, sed & Græcus quoque articulus. Nam cùm panis vtrique linguæ masculini sit generis, ait tamẽ Hoc est corpus meum, non Hic. Vinum quoque cùm sit neutrius generis, ait tamẽ non hoc, sed hic est sanguis meus (quanquam in quibusdam D. Cypriani editionibus etiã legitur, Hoc est sanguis noui testamenti, qui &c.) vt ostendat articulus Christum suũ ipsius corpus & sanguinem præbuisse, non panem aut vinum. Quod etiam conati sunt recentiores similibus aliquot illustrare, Vt si quis cùm semen accepisset, mox florem inde natum alteri daret, aliud accepit, aliud dedit. Iulia Octauiani Cæsaris filia ouum acceptum in gremio tandiu fouit donec id in pullum verteretur,& hunc nutrici donauit. Ouum igitur accepit,& pullũ dedit. Valeant hę similitudines quod valere possunt. Sed aduersariorum super Cœnæ pronominibus Latinis, & articulis Græcis rixa, catholicorum videtur esse victoria. Nam si quod Christus pronunciabat dicens, Hoc est corpus meum, qui pronomen HOC. Hunc panem,& quidem materialẽ, interpretatus, & per corpus corporis Dominici veritatem accipiens, Christi axioma falsum reddiderit, vt Zuinglius & Oecolampadius robustissimè solidissiméque colligunt,& Lutherum confodiunt. Et rursum si quis accipiendo corpus pro sola corporis Christi figura, falsum item eius axioma effecerit, vt Lutherus firmissimè & scripturis irreuincibilibus probat,& carnis Christi in hoc sacramẽto veritatem atq; præsentiam, contra eorum vtrunque eam hîc negantem euincit, nunquid ex horum collisione apertè sequitur verissimam esse Ecclesiæ sententiam, Christi nimirum corpus & sanguinem, vt his pronominibus & articulis demon-

Subſtãtialiter.

Antiberengariani.

Berengarius.

HOC.

HIC.

Lib. 2. epiſt. 3.

Rex Angliæ et Roſſenſis in Lutheri captiuitatẽ. c. 4.

Iulia Aug. F.

Contra Oecolãpad. ad finem præfatio. lib. 3.

Cœnæ verborum triplex expoſitio.

demonſtrari, ita his in ſacris vera atque præſentia offerri & exhiberi, dari & percipi, non verò ſacra ſymbola rerum quas modò repræſentant, abſentiũ eſſe ſigna, & tam abſentium, quàm abeſt cœlum à terra, aut etiam cœno? Nota enim eſt inter Bullingerum & Caluinum conſenſionis clauſula, & iuxta eam Bezanum diſcordiæ Piſſiaci pomum. Ad Anabaptiſtam ergo vt redeam, Demonſtrabat Dominus in cœna corpus haud dubiè ſuum, nõ quatenus ipſum menſæ aſſidebat aut aſſiſtebat, ſed quatenus ſub panis ſpecie ferebat idem ipſum ipſemet manibus ſuis, vt ad id quod de Dauide quidam legunt, Ferebatur in manibus ſuis, ſic exponit Auguſtinus, hoc quomodò poſſet fieri in homine, quis intelligat? Quis enim portatur in manibus ſuis? Manibus alienis poteſt portari homo, ſuis nemo. Quo ergo modo intelligatur in Dauid ſecũdum literam non inuenimus, in Chriſto inuenimus. Ferebatur enim Chriſtus in manibus ſuis, quando commendans ipſum corpus ſuum, ait, hoc eſt corpus meum. Ferebat enim illud corpus in manib⁹ ſuis. Et paulò pòſt, Quomodò ferebatur in manibus ſuis? quia cùm commẽdaret ipſum corpus ſuum, & ſanguinem ſuum, accepit in manus ſuas, quod norunt fideles, & ipſe ſe portabat *quodammodo*, cùm diceret, hoc eſt corpus meum. Hæc ille. Quam expoſitionem ſuam pòſt fecerunt Algerus, Bruno, & plerique alij. Cùm autem rerum hîc ſignatarum, tanquam præſentium demõſtrationem ita vrgemus, nec ſic tamen ſignorum etiam oſtẽſionem hinc excludimus. Nam & Scholaſticorum quidam, tempore quidem penè poſtremus, verùm multò diligẽtiſſimus, poſt multas multorum opiniones recenſitas, non ſemel reſoluit hæc pronomina hoc & hic, partim ad ſenſum, partim ad intellectum demõſtrare, nec idem, ſed diuerſa: Senſui quidem, panis & vini ſpecies: intellectui autem, Chriſti corpus & ſanguinem, ſub illis ſpeciebus præſentia, &c. Quod partim etiam ſecutus eſt doctorum Proteſtantium doctiſſimus, & quàm reliqui collegæ ad Catholicam de rerum hîc ſignatarum tum præſentia, tum etiam adoratione, vt in hoc anteà libro audiuimus, propius accedẽs, ita, Cùm dixit Dominus, Hoc eſt corpus meum, HOC, duo de-

Pomum diſcordiæ.

1. *Reg.* 21.

In titulum Pſalm. 33. *concione* 1.

Cõcione 2.

Quodammodo.

Gabriel Biel. anno 1510. *ſuper Canonem lectione* 48. *&* 52.

HOC. HIC.

Bucerus ad D. Cœnalẽ.

HOC.

monſtrat: ſenſibus quidem panẽ, fidei autem, & hoc præcipuè, ipſum Domini corpus, quamuis Euchariſtiæ panis idipſum naturâ non ſit, quod corpus Domini. Vt ſi quis demõſtrata tinctione ſacra, quod viſibiliter adminiſtratur, dicat, hoc eſt ablutio peccatorũ, ſimiliter, *Hoc* aliud ad ſenſum, aliud demonſtrat ad intellectum: ſenſui viſibilem tinctionem: intellectui credenti, ſaluificam hominis innouationem. Et aliquantò pòſt, Quod hîc demonſtratur menti, & principaliter corpus Domini *identicè* prædicatur. Eſt enim idipſum Domini corpus. Et paulò pòſt, Manifeſtum ergo Dominum hîc cum pane, vt ſigno ſenſibili, corpus ſuum tradere voluiſſe, accipiendum & manducãdum inuiſibiliter, eóque quod dixit, *Hoc eſt*, oculis quidem demonſtraſſe panem, menti autem corpus Domini, & id quidem præcipuè, σωτικδοχικῶς aliud ex alio dans intelligi, ex pane ſigno corpus Domini ſignatum, id ſcilicet quod per ſignum panis Dominus *verum verè* donare inſtituit. Sic ille de rerum hîc ſignatarum veritate, præſentia, demonſtratione nobiſcum prope ſentiẽs. Quærentibus ergo quid quæve & quibus hæc pronomina HOC & HIC demonſtrent, reſpondendũ, oculis carnis ſiue corporis, ſigna, hoc eſt, panis & vini ſpecies ſeu elementa, vt patres loquuntur: oculis autem mentis ſiue ſpiritus, ſignata, hoc eſt, Chriſti corpus & ſanguinem, ſed nimirum tam verè præſentia quàm ſigna. Et hoc eſt quod toties hoc opere inculcamus, vt eius eſſe poſſit quædam quaſi Epitome, ſacroſancta hæc myſteria duobus conſtare ac confici, ſignis vtique viſibilibus, & rebus inuiſibilibus, ac proinde nos in his ſacris res inuiſibiles ſub ſignis viſibilibus adorare atque verè percipere.

Tit. 3.

Identica prædicatio.

Synecdoche.

Verum verè corpus.

LIBELLVS

CLAV. ESPENCEI THEOLOGI, DE MISSA PVBLICA ET PRIVATA.

PROPTER hæreſes de duobus Miſſarum ſolēnibus hodie ab hæreticis excitatas, libet in ſacrum earum ritū excurrere, atque ab eo exordiri, quem, cùm non alter eo ſit in diuinis myſteriis frequentior, Rationarij Eccleſiaſtici conſentiunt ex aliquot Apoſtoli epiſtolarū clauſulis mutuò ſumptum, ac earum velut eſſe imitamentū. Is eſt quo miniſter populum ſalutat: Epiſcopus quidem, *Pax vobis:* preſbyter autem, *Dominus vobiſcum*, & populus reſalutat, *Et cum ſpiritu tuo.* Sacerdotis ergo ad auditores ſalutatio, & ſalutationis huius ſermo, non moderno humanæ adinuentionis arbitrio cōſtitutus, ſed ex antiqua ſacri eloquij autoritate probatur aſſumptus, vbi ſi diligenter inquiritur, vtroque numero appoſitus inuenitur: Singulari quidem, Angelus ait ad Gedeonem, ſalutando, Dominus tecum, virorum fortiſſime, Iudic. 6. ad beatam virginem Mariam, Aue gratioſa, ſeu gratia plena, Dominus tecum, Luc. 1. Plurali autem Booz meſſoribus ſuis, Dominus vobiſcum, Ruth. 2. & Propheta à Deo miſſus ad Aſa Regem Iuda victorem cum exercitu ſuo de prælio reuertentem, Dominus, ait, vobiſcum, quia fuiſtis cum eo, 2. Paral. 15. Epiſcopalis quoque ſalutatio non ex hu-

mani sensus studio prodiit, sed de sacræ similiter scripturæ autoritate profluxit. Sic in veteri testamento ad Danielem Angelus, Noli timere, vir desideriorum, Pax tibi, & esto robustus, Dan. 10. Et in nouo penè semper ita Dominus discipulos salutat, Pax vobis, Luc. 24. Ioā. 20. Quibus & eandem formam commendauit, vt in quancunque seu domum seu ciuitatem intrarent; eam ita salutarent, Pax huic domui, Matth. Luc. 10. Meritò ergo Apostolorum successores Ecclesiarū præsules, huius formā salutationis vtuntur, Dei videlicet domum salutantes, in qua oportet filios omnes esse pacis, vt pacis salutatio super eos requiescens, & salutantibus & salutatis fructuosa sit. Atque ita cessat differentiæ causa per Honorium Belethium, & Innocentium reddita, quasi presbyter veteris organi salutatione vtatur: noui, episcopus. Sit autem hic illo superior, & Christi vtatur elogio, cuius fungitur pontificio, quòd hoc quàm illud dignius sit. Nam & SALOM apud Hebræos salutatio est, & pacem designat. Vtcunque sit, Episcopus quasi maior Christi vicarius, priùs pacem, quasi primam eius suscitati vocem, precatus, cæterorum sacerdotum instar, pòst salutat, vt se vnum ex eis ostendat. Orat igitur sacerdos, vt Dominus sit cum auditorio, sicut per Prophetam polliceri dignatus est, Inhabitabo in illis, inambulabo inter eos, Leuit. 26. 2. Corinth. 6. & Saluator discipulis suis cunctisque fidelibus, Ego, inquit vobiscum sum, Matth. 28. hac inquā, salutatione orationibus præmitti solita, populum minister attentum reddit, quò mens eius ad Dominum dirigatur, eique per intentionem sedulam coniungatur, q. d. Deus in vobis maneat, petitionibus vestris effectū præbeat, & vos in eius gratia permanentes æternæ vitæ præmio remuneret. Nostra autem, id est, chori populiq; responsio, clausula est, 2. ad Timoth. Dominus Iesus Christus cum spiritu tuo. Nam alibi pluraliter salutat & precatur, vt in hac, & Gal. 6. Phil. 4. Gratia D. N. I. C. cum spiritu vestro, vel vobiscum, Colos. 4. 1. Thess. 5. vel cum omnibus vobis, Rom. 16. 2. Cor. 13. 2. Thess. 3. Hebr. 13. 1. Pet. 5. Vel vtroque modo, 1. Cor. 16. Vel, omnibus qui diligunt Dominū, Eph. 6. Hæc autem mutua salutatio no-

tat ac etiam optat vnum ſacerdotis & populi affectū eſſe, vt hic ſit ſenſus, Tu quidem pro nobis preces ad Dominum & ſacra facturus es, & quoniam ea is tantùm probat & exaudit quæ ex corde ſyncero procedunt, oramus & nos pro te ſimiliter, vt is ſine quo nullum bonum eſt, ſit cum ſpiritu tuo, vt qui tecum in ore eſt, ſit & in corde, & in te toto maneat, &c. Eccleſia ergo ſalutari ſacerdotis accepta ſalutatione, reſalutando orat, & orando reſalutat, poſtulans vt ſicut ipſe Dominum eſſe cum ipſis optauit, ita & cum eo eſſe dignetur. Dicit autem, non (quod notandum eſt) Tecum, vt 1. Tim. 6. Gratia tecū, ſed cum ſpiritu tuo, vt totum quod in Eccleſiaſticis officiis geritur, ſpiritualiter fieri perpendatur. Et bene cum hominis ſpiritu ſiue anima optatur eſſe Dominus, vt hunc ille dignè pro noſtra ſalute orare poſſit, quia in ſpiritu, mente, ac anima ad imaginem & ſimilitudinē Dei homo conditus eſt, & ibi diuinæ gratiæ ac illuminationis capax. Hæc ex fragmento Caroli Magni de Ritibus veteris Eccleſiæ. Petri Damiani libello cap. 3. Micrologo, cap. 7. Innocentio de myſteriis lib. 2. cap. 14. Belethio de Diuinis officiis cap. 36. Rationali Durādi lib. 4. cap. 14. Guidonis Moncherij Enchiridio ſeu mannali de ſacramēto Euchariſtiæ cap. 10. Fabri Miſſa Euāgelica lib. 4. cap. 8. Hugone cœnobita Victorino, & Honorio Auguſtodunēſi preſbytero in D. Caſſandri Liturgicis cap. 21. Sed ne quis hos faſtidiat vt rhapſodos, vt recentiores, vt Latinos, Audiat eiuſdē in vetere Eccleſia Græca ritus ex Chryſoſtomo teſtimonium, Sic enim concionatur homil. 32. in Matth. Omnia nobis facienda ſunt, vt Domini pace & domi & in Eccleſia potiamur. Nam & in hac præſul pacē præſtat, & hoc illius figura eſt, & oportet omni ſtudio ipſum ante menſam libēter recipere. Si enim turpe eſt menſæ cōmunionem non offerre, quantò turpius, eum qui pacem offerat, depellere? Et paulò poſt, Etſi aliis in rebus pauperes nos & inopes ſumus, huc tamen ad vos ingredientes cum charitate nos, oro, ſuſcipiatis, cúmq; Pax vobis dicimus, & Spiritui tuo, non voce ſolùm, ſed animo quoq; reſpōdeatis, non ore magis quàm mente id proferentes. Quod ſiquidē ſpiritui tuo Pax, hîc reſpondeas, hinc verò

exiens,impugnas,maledicis, & mille laceras opprobriis, qualíſnam hæc Pax?Sed ego quidē vel ſi cēties mihi corā maledixeris,toto tamē ſtudio,mente ſyncera,ait, tibi integro pacē præbeo, nihil vnquā de te maledicens vel cogitans, viſcera nimirùm paterna habens, quibus ſiquādo increpauero,cura tui permotus id facio. Homil.3.ad Coloſſ. Vbiq;,ait,pacē petimus, vt cui nihil adæquari poſſit, in Eccleſia,precationibus, ſupplicationibus, præfationibus,ſemel,iterū,tertiò,& ſæpe eandē,qui Eccleſię pręeſt, impertit,dicēs,Pax vobis. Nec pax vobis ſimpliciter,ſed pax omnibus (Sic autē & in Miſſa D.Iacobi legitur, Sacerd. *Pax omnibus*, Popul. *Et ſpiritui tuo.* Quid enim ſi cū iſto pacem habueris,cum altero pugnā ? quid profuerit? Mox atq; præſul Eccleſiæ ingreditur, dicit,Pax omnib⁹, cùm cōcionatur,P.O.cùm benedicit,P.O.quando ſalutem optare iubet, P.inquit,O. cùm ſacrificiū abſoluitur, P.O. & intereà rurſus,G.V.E.P. Quî ergo abſurdū non eſt,quòd cùm toties pacē habendam audiamus , nihilominùs hoſtiliter inuicem alius alium impugnemus?Pacē capientes & reddentes,ei qui illā affert,inimicamur? Dicis.Et ſpiritui tuo,& extra Eccleſiam cum traducis ? Heu me,heu me, quæ venerāda in Eccleſia & ſuſpiciēda ſunt, rerum tantùm ſchemata ficta ſunt,nec vlla prorſus adeſt veritas. Symbola modò in verbis, vnde & ignoratis qua ratione dicatur,P.O. Idem breuiter conqueritur homil. 21. ad Rom. Quomodò pacem (in ſacra oblatione) ore bellis adeò referto?Et homil.18.in 2.ad Cor.communes eſſe in tremendis myſteriis ſacerdotis & populi preces, adeóque vnam omnium orationem. Cùm, ait, communicanda pax eſt,omnes ſimiliter ſalutamus : Bene precatur ſacerdos populo,& populus ſacerdoti.Nam cum ſpiritu tuo,nihil aliud eſt quàm hoc,ea quæ ad Euchariſtiā, ſiue gratiarum pertinent actionē,communia eſſe omnia. Nec enim ſolus miniſter gratias agit, ſed omnis quoque populus, vt cuius voce prius accepta , & illis congregatis, vt dignè id ac iuſtè fiat,incipit eam gratiarum actionem. Et quid miraris populū cum ſacerdote loqui , cùm ibi & cū Cherubin reliquiſq; ſuperuis poteſtatibus cōmuniter ſanctos illos omnes perſonēt?Hęc ſanè nobis dicta ſunt,

vt omnes etiam qui reguntur, siue laici, sobrij sint, nec totum in sacerdotes reiiciamus. Quid quòd & alibi ritum hunc non vt veterem modò, sed planè quoque Apostolicum facit? Nam homil. 36. in 1. ad Corinth. quiritans rerum veterum vestigia modò & signa vtcunque retineri, Vbi, ait, nos loqui cœpimus, Cum spiritu tuo, plebs respondet. Ita quondam scilicet locutos significare volens, nempè non sapientia propria, sed diuino spiritu instinctos. Et paulò pòst, Psallebant quondam in vnum omnes, psallimus & nos, sed tum vna omniũ meus, cor vnum omnium fuit, Acto. 4. hodiè vix vna in mente concordiam vllam reperias. Pacem & nunc Episcopus velut paternam domum ingressus, omnibus optat, sed pacis eius nomen quidem frequens, res prorsus nulla. Quòd autem hanc resalutationem fuisse non cleri tantùm, sed etiam plebis cum superioribus testatur, Sancti quoque patres in Concilio Aurelianensi (quotum non indicat, qui citat Micrologus, neque nunc occurrit) ca. 3. constituerunt vt ad sacerdotis salutationes non solùm clerici & Deo dicati, sed & omnis plebs voce consona respondeant. Hæc autem paucula, quæ nunc tractamus, verba, tantilla tamen non sunt, vt non eorum occasione submota sit olim iam tanta quæstio, qua non alia sit in hodiernis de religione cõtrouersiis grauior aut magis agitata. Ex his enim verbis salutatoriis & resalutatoriis apparet Eucharistię actionẽ publicã fuisse ac solemnem. Et ex eisdẽ notat qui suprà Micrologus, Pametio de Ecclesiasticis obseruationibus, Cochlæo de officio Missæ, Cassandro ordo Missæ secundũ Romanos inscriptus, plures esse debere respondentes, & vnum salutantem, Sicut enim ineptè responderemus, Et cum spiritu vestro, cùm vnus esset salutator: ita incongruè salutari videtur per Dominus vobiscum, cùm vnus tantùm adsit, vel nullus. Hoc vtique B. mi Patres Apostolici, Anacletus à B. Petro in ordine V. & Soter XIII. suis decretis firmauere, vt sacerdos semper vel tertius esset, dum Missas celebraret. Citant Gratianus de cons. dist. 1. can. Hoc quoque statutum est, &c. quasi Soter hoc nõ tam statuerit, quàm restituerit & instaurauerit, & Innocentius vbi antè ca. 25.

Statutum in sacris canonibus vt presbyterorum nemo Missarum solemnia celebrare præsumat, nisi duobus præsentibus, eique respondentibus tertius habeatur, quia cùm pluraliter ab eo dicitur, D. V. & illud in secretis, Orate pro me, aptissimè (vel apertissimè) conuenit vt ipsius salutationi respondeatur à pluribus, respondet aliud esse necessitatis articulum, aliud religionis contemptum. Piè autem credi Angelorum in Missa præsentiam, imò sacris etiam autoritatibus comprobari, non eorum tantùm cuique nostrûm custodiam, Matth. 18. Acto. 12. sed nobis quoque orantibus comitum assistentiam. Tob. 12. Psal. 137. vt quos habebimus in glorificatione consortes, in oratione iam nunc habeamus participes. Ad Angelos ergo, cùm deessent homines, pastoris velut absente grege salutationem hic videtur retulisse. Ecquò enim aliò meliùs referret? An vel ad lapides? vt videtur ante illum Odo Cameracensis Episcopus ad id canonis. *Et omnium circumastantium.* Cùm primitùs, inquit, Missæ sine collecta non fierent, postèa mos inoleuit Ecclesiæ, solitarias, & maximè in cœnobiis fieri, vbi cùm non habeant quam pluraliter collectam salutent, nec plures mutare possint salutationes, conuertunt se ad Ecclesiam (absentémne, & vbilibet alibi locorum, an ad lapideam materialem, cùm præsentem aliam non habeant?) dicentes se Ecclesiam in Ecclesia salutare, & in corpore totum corpus alloqui, virtute totius communionis in Ecclesia confici sancta mysteria per Dei gratiam, nec esse quenquam alicubi fidelium, qui viuificorum non fiat particeps sacrorum, dum in Ecclesiæ corpore velut membrum capiti adhæret. Quo sensu hîc circunstantes accipiantur omnes vbique fideles, in vnitate totius corporis & capiti & inuicem sibi adhærentes, vt quicquid boni fiat in toto corpore, ab eo non vllo modo sit alienus, quisquis ab ipso corpore non est diuisus, sed omne bonum cuilibet membro in salubrem succum ministretur, vt totum corpus à Dei spiritu vegetetur. Et ad id. *Hanc igitur oblationem seruitutis nostræ*, id est, cleri, qui tibi secundum acceptos gradus in hac oblatione seruimus. *Sed & cunctæ familiæ tuæ*, id est, totius assistentiæ collectæ. Solitari sic

intelligunt *Seruitutis nostræ*. id est, me cum meo ministeri, *Et cunctæ familiæ tuæ*, id est, cunctæ Ecclesiæ. Et vbi sequitur, *Nobis quoque peccatoribus famulis tuis*, qui huius, ait, scilicet sacrificij officium præsentes celebramus: vel secundum solitarios, qui in Ecclesiæ corpore per totum terrarum orbem fideliter tibi seruimus. Exercuerat & ante hos eadem quæstio Petrum Damianum ex Cluniacensi monacho Cardinalium decanum, à fratribus eremitis proposita, vtrum singulares in cellulis morantes & orantes, iuxta morem Ecclesiasticum sibimet dicere deberent, D.V. & Iube Domine benedicere, soli etiam sibimet respondere, quando nemo sit qui respondeat. Quidam etiam sic inter se ratiocinabantur, Nunquid à cellæ lapidibus aut tabulis petenda benedictio, aut dicendum eis, vt Dominus sit cum eis? Siquo tamen modo Ecclesiasticæ traditionis ordinem desererent, quasi qui cultus diuini pensum ita minuerent, peccaturos se pertimescebant, respondet peculiari opusculo, quod & ideo inscripsit D.V. Cap. IIII. In his quoque seruandam Ecclesiæ consuetudinem, & hanc sacerdotalē salutationem non esse rerum casibus obnoxiam, vt modò proferri, modò silentio debeat præteriri, sed etiam si plures desint, traditionem permutari non licere. V. Ecclesia siquidem Christiana tanta charitatis inter se inuicem compage connectitur, vt in pluribus vna, & in singulis sit per mysterium tota, adeò vt & omnis & vniuersalis non immeritò perhibeatur vna Christi singulariter sponsa, & vnaquæque electa anima per sacramenti mysterium plena esse credatur Ecclesia. Et in scripturis inuenire est vnius interim viri vel mulieris, plurium etiam interdum persona designari Ecclesiam, vt in omnibus vnam, & in singulis totam. VI. Ideóque si per corporalem situm partibus videtur diuidi, sic tamen credētes in Christo vnum sunt, Ioan. 17. vt vbicunque videatur esse per externam membrorum speciem, ibi etiam per vnitatis intimæ mysterium corpus totum sit. Et quicquid toti competit, quodam etiam modo parti congruat. Quatenus & quod conuentus cōmuniter sonat, non absurdum sit si homo vnus singulariter dicat: & quod ab vno rectè depromitur, à plu

ribus etiã irreprehensibiliter proferatur. Hinc & in conuentu positi, rectè omnes dicimus, Inclina Dñe, auré tuã ad me, & exaudi me, quoniã egenus & pauper ego sum, Psa. 85. Custodi, animã, quoniã sanctus sum. Et singulariter constituti, nõ incongruè cantamus, Exultate Deo adiutori nostro, iubilate Deo Iacob, Psa. 80. nec ab re multi simul dicimus, Benedicã Dominũ in omni tempore, semper laus eius in ore meo, Psal. 33. & soli sæpe plurali voce preferimus, quod sequitur, Magnificate Dominũ mecum exaltemus nomen eius in inuicé, siue simul. Et multa id genus similia. Nimirũ quia neq; hîc pluralib⁹ verbis vnius personæ solitudo præiudicat, neque fideliũ illic multitudo à singularitate discordat, quia per virtuté sancti Spiritus, qui & singulis inest, & omnes replet, & hîc solitudo pluralis, & multitudo illic intelligitur singularis. VII. Sic singulares in cellulis positi, Inuitatoriũ quo alioqui fideliũ populus ad Dei laudes inuitatur, dicẽtes, Venite exultemus Domino, adoremus, Psa. 94. à multis tamẽ auditi, quos ad diuinæ laudis excubias, ad exultandum, iubilandúmve Domino huiusmodi exhortationibus excitemus, hymnos plurali stilo cõpositos, nec silẽtio prætereuntes omittimus, nec ad singularẽ munerum violenter reuocamus, quin etiam dicimus, *Nocte surgentes vigilemus omnes*, &c. *Surgamus omnes ocyus*, &c. Lectiones quoq;, sermones, & homilias, nullis licet astãtibus legimus, & dicimus, *Audite fratres charissimi*. Cũ fratres ibi nulli sint. Oraturi, prę famur, *Oremus*, cũ nemo adsit illic nobiscũ oraturus. Et in expleti officij clausula, ex more subiũgimus, *Benedicamus Domino*, cũ præsto nemo sit qui nobiscũ Deo benedicat, nec vllus assistat, quẽ ad cõmunionẽ vel orationis vel benedictionis inuitemus. Breuiter eadẽ siue soli, siue cũ pluribus vniformiter obseruamus, non quasi cogẽte stilo populũ alloquẽtes, & velut ad surdã auditorũ, qui nulli sunt, personã verba dirigẽtes, nec tamen eodẽ stilo reclamãte ad nostrã eadẽ singularitatẽ violenter reflectẽtes, sed nec ad numerũ præsentiæ corporalis, qui plerunq; nullus, sed ad vnitatis Ecclesiasticæ sacramẽtũ respicientes, quo quicquid in diuinis obsequiis à quolibet Ecclesię mẽbro reuerẽter offertur, id etiã fide & deuotione cunctorũ vniuersaliter exhibetur. Dignũ ergo vt quicquid in sacris offi-

ciis à quibuſcunq; fidelibus particulariter agitur, hoc Eccleſia per vnitatẽ fidei & charitatis amorẽ vnanimiter agere videatur. X. Si enim tota Eccleſia vnũ Chriſti corp⁹ eſt, & nos Eccleſiæ membra ſumus, quid abeſt, ſi corporis noſtri, id eſt, Eccleſiæ ſinguli quiq; verbis vtamur, qui cũ ea vnũ verè ſumus? Ideo remoti licet ab Eccleſia videamur corporũ ſolitudine, in ea tamẽ præſentiſſimi ſemper aſſiſtimus inuiolabili ſpiritus vnitate. Sic fit, vt quod eſt omniũ, ſit etiã ſingulorum, & quod quibuſdã ſingulariter ſpeciale, omnibus quoq; ſit in fidei & charitatis integritate commune, vt & populus rectè clamet, Miſerere mei Deus, Pſa. 50. 69. Deus in adiutoriũ meũ intẽde, Domine ad adiuuãdum me feſtina. Et vnus homo iure pronũciet, Deus miſereatur noſtri & benedicat nobis, Pſal. 66. Sed & homo ſicut microcoſmus, id eſt, minor mũdus appellatur, quia per materialẽ eſſentiã, quatuor, quibus & vniuerſus hic mundus, cõſtat elementis: ita vnuſquiſq; fidelium quædam quaſi minor eſſe videtur Eccleſia, dum ſaluo hîc vnitatis myſterio cuncta redemptionis humanæ ſuſcipit ſacramenta, quæ ſunt vniuerſæ diuinitùs attributa. Si ergo vnus plerunque homo non ambigitur communia totius Eccleſię ſuſcipere ſacramenta, cur prohibentur communia Eccleſiæ ſolùm proferre verba: cùm videlicet maioris multò momenti ſint ſacramẽta quàm verba? XIII. Sic Eccleſiaſticæ autoritati competens eſt, non contrarium, vt ab eo qui ſolus eſt, idipſum æquè (quod à pluribus) dicatur. Certũ enim eſt quòd nec A. S. antiſtes, cùm obſequente miniſtro priuata Deo reddit obſequia, nec pontificũ quiſquã, vel omnino catholicorũ aliquis ſacerdotũ, his verbis ad alterũ ſingulariter vtatur, vt licẽter dicat, Dominus tecũ, ſed ſolus ſoli D. V. quid officit ſi & ſingulariter quis poſitus, idipſum dicat? Deniq; & de reſpõſione hac E. C. S. tuo, & de lectoris benedictione ſingulariter peti ſolita, idẽ ſentiendũ: Nõ enim hîc dignè numerus perſonarũ, ſed Eccleſiaſticæ potiùs vnitatis attẽditur ſacramentũ: vbi ſcilicet nec vnitas excludit multitudinẽ, nec multitudo violat vnitatẽ. Hactenus ille. In quo vides ante annos plus 500. priuatas non tantùm ſingulorum apud ſe preces, ſed etiam Miſſas, vno tantùm teſte, non

minoribus tantùm ſacerdotibus, ſed & maioribus, adeóque Papis, in vſu fuiſſe. Cuius etiam rationibus eò profectum eſt, vt ſolis priuatim non ſolum orare aut canonicas horas recitare ſuo cuique in cubiculo liceat, ſed Miſſas etiam ne vno quidem arbitro celebrare. Sic enim argutatur Gloſſographus in canonem ſotericum, Num neceſſarium vt ſint duo clerici an laici? an clericus vnus, & alter laicus? an maſculus vnus, & alter fœmina ſufficerẽt? Satis eſſe viderentur ac etiam deberent, duo clerici: ſed contrà, populus reſpondet, Amen, Diſt. 38. can. Sedulò. ex Auguſtini libro de Catechizandis rudibus, cap. 9. Et ita videtur quòd ſine miniſtro presbyter poſſit Miſſam dicere, Extra de vit. & honeſt. Clericorum. cap. vt quiſque presbyter qui plebem regit, clericum habeat qui ſecum cantet, epiſtolam legat, &c. Ex concilio Maticenſi. Non enim ſolus presbyter Miſſarum ſolennia vel alia diuina officia poteſt ſine miniſtri ſuffragio celebrare, ait Alexander III. in cap. Propoſuit. de Fil. presbyter. At horum locorum neuter de Miſſæ tantùm officio loquitur, ſed de toto ſacro miniſterio. vnde prior adiutorem Plubano requirit clericum, qui non canere modò & legere, ſed & ſcholas tenere, & parœcianos de filiis ad fidem diſcendam in Eccleſiam mittẽdis monere, & miſſos cum omni caſtitate poſſit erudire. Pergit tamen gloſſa ſuperior, licet H. dixerit quòd bene poſſit cum populo tantùm Eccleſiam officiare (ſic enim loquitur hic Rhapſodus. Sed Auguſtini ſcilicet locus reſpicit conſuetudinem alicuius loci: Soteris autem verbis adeò quidam inhęrẽt, vt negent vlli celebrãdorum, niſi duos habeat. Alii aiunt vnum ſufficere, imò & incluſus ſeu recluſus ſolus cantare poteſt, ſicubi clerici copia non ſuffragatur: aliàs ſecùs, vt in cap. Quæſiuit. de verb. ſignifi. ex Alexandrini III. reſponſo, Sacerdos vno præſente clerico, vel etiamſi ſolus, poteſt infirmum vngere. Hanc gloſſam non ita pridem ſuam fecit G. Biel ſuper canonem lect. 14. D. addens ex Alexandro Halenſi quædam retractis ſtatuta temporibus ad myſterii reuerentiam, abrogata pòſt per vſum neceſſariò & vtiliter, multiplicato enim presbyterorum numero, ne frequenter à Miſſarum ceſſarent ſolenniis, &

neceſſe fuit & vtile vno aſſiſtente celebrare. Celebrans ergo ad plures vel aſſiſtentes, qui & ipſi vel expreſſo verbo vel reſpondeant, vel abſentes, id eſt ad Eccleſiam, intentionem dirigit. Fuit & alia patribus curandi ratio, vt qui Domino canunt ac ſacrificant, adiutoria poſt ſe ſemper habeant conſtituta 7.q.1.ca.Illud.ex Concilii Toletan.I I.can. 14.¡Ne quibus horis aut temporibus Domino pſallitur aut ſacrificatur, alicui diuinis ſingulariter officiis inſiſtenti pernicioſa paſſio, vel corporis occurrat valetudo, quæ ſubitò aut corpus ſubruat, aut mentem alienatione vel terrore confundat: pro huiuſmodi caſibus cautum, vt vbi temporis vel loci ſine cleri copia ſuffragatur, habeat quiſquis Deo canit & ſacrificat, vicini poſt ſe ſolaminis adiutorem, vt ſi quo caſu, qui officia impleturus acceſſerat, fuerit turbatus aut ad terram eliſus, à tergo ſemper habeat, qui eius vinum intrepidus exequatur. Quem canonem non eram relaturus (nec enim de hoc nũc incommodo ago) niſi Miſſas, vt vocat, ſingulares adhuc anteriores probaret, Cõuênit autem ea Synodus circa tempora Vitaliani papæ, qui ſedit circiter annum 650. Et multò adhuc vetuſtiores erunt, ſi hic canon idem Soteris quoque priùs fuerit, vt quidem citatur Gratiano, ca. Vt illud, ſed palea notatus. Verùm ab initio, & multò pòſt non fuit ſic. Nam & cœna Dominica, cuius Miſſa memorialis eſt, plurium indubiè fuit, & vtriuſque eadem verba ſunt numeri quoque pluralis, *Accipite, Sumite, Edite, Bibite, hoc facite, &c.* Matth. 26. Marc. 14. Luc. 22. 1.Cor.11. vbi Paulus iuxta quòd à Domino acceperat Eccleſiæ tradens, Conuenientibus vobis, ait, in vnum, in Eccleſiam, Et, itaque fratres mei, cùm conuenitis ad manducãdum. Ex qua Chriſti inſtitutione ſic habet hymnus, tantò licet poſterior, id eſt ab Aquinate compoſitus ante annos non plus 300. Quaſi quod prior fecit Dominus, poſteris vti facerent idem edixerit.

Sic ſacrificium iſtud inſtituit,
Cuius officium committi voluit
Solis presbyteris. Quibus ſic congruit,
Vt ſumant, & dent cæteris.

Et talem Primoris Ecclesiæ fuisse vsum, imò statutum, magna tum fidei deuotione vigente, fidelibus communicandi agnoscit idem scriptor, Part. 3. Quæst. 80. artic. 10 ad 5. Sed quod bonus hic vir id tunc obseruatum probat, Recentiores idem hodiè necessariò obseruandum vrgent, ex can. Peracta. De cons dist 2. næ inciuiliter hi faciunt de canone non ex toto perspecto, præsentem Ecclesiæ faciem, & populum non communicantem iudicantes. Citat ibi Gratianus titulo Calixti, cùm sit Anacleti ex epistola 1. multos Episcopo sacrum facturos testes adhibentis, solennioribus præsertim diebus diacones VII. aut V. aut III. & subdiaconos, & reliquos ministros qui sacris induti. & eum à maleuolis custodiant, & consensum eius sacrificio præbeant. Quod etiam citatur De Cons. dist. 1. can. Episcopus, & nulla laicorum mentione facta statim sequitur, Peracta autem cõsecratione, omnes (nimirùm sacri illi testes) qui noluerint Ecclesiasticis cauere liminibus, sic enim & Apostoli statuerunt, & Sancta Romana tenet Ecclesia Sic enim elucidari, ne dicam eludi, solet hic canon. Sed quoniam nos remittit ad Apostolos, maior in horum canone aliis VIII. aliis IX. & sequentis lis esse videtur. Nam prior quidem ministros tantùm ad communionem celebrata oblatione adigit, Si quis, inquiens, Episcopus, presbyter, diaconus, aut quiuis ex sacrorum hominum numero oblatione facta non communicauerit, causam dicito, quæ bona ratione submixa fuerit, veniam mereter: sin minùs dixerit, communione priuator, tanquam qui populo offensionis autor fuerit, mota in eum qui obtulit, suspicione, quasi non rectè obtulerit. At canon sequens eódem & laicos videtur adigere, qui & recitatur de Cons. Distinct. 1. can. Omnes fideles qui Ecclesiam ingrediuntur (seu conueniunt in sacris solennitatibus) & scripturas (Apostolorum & Euangelium) audiunt (audiant) nec perseuerant in oratione (vsque dum Missa peragatur) nec sanctorum communionem percipiunt (alia editio, nec apud preces & sanctam communionem permanent) velut inquietudinem Ecclesiæ commouentes (qui ordinis in Ecclesia perturbationem inducant) à commu-

munione arcere conuenit. Et hunc quoque Apoſtolicum canonem per Antiochenum 2. exponunt, qui Eccleſiam ingreſſos, & ſcripturas auſcultantes, non autem in communione cum populo communicantes, ſed pro quadem ſe intemperantia ſeu luxuria ſua, à perceptione ſanctæ communionis auertentes, ſiue, vt habet editio altera, ſanctam dominici ſacramenti aſſumptionem ſecundam aliquam propriam diſciplinam auerſantes, & in obſeruandis conſtitutam regulam diſciplinæ declinantes (ſic enim quod græcè eſt, κάτα τίνα ἀταξίαν) præter triplicem editionem vertit Martinus Bracarenſis in capitulis Græcorum Synodorum, cap. 84. Et citatur de Conſ. Diſt. 2. ca. ſiquis intrat hos inquam, ea de cauſa cũ ſcandalo & confuſione non communicantes, Synodus illa tum ab Eccleſia remouit & abiecit, donec confitentes pœnitẽtiæ fructus oſtenderunt, & precibus venia data ſuſcipi mererẽtur. Sed vt canonibus iis rectè intellectis & inoffenſis non obtineatur eam tum fuiſſe legẽ, nedum conſuetudinem, vt ſacra non niſi præſentibus omnibus, & quidem cõmunicantibus, non fierent. At Miſſæ priuatæ, ſeu nullis præter miniſtrũ communicantibus veſtigiũ reperta tum ſanè diffiile, publicæ contrà plena ritualia primitiua. Sic enim legitur in Miſſa D. Iacobi, Sacerdos erat quando cõmunionẽ accipit, Deinde impertit clero. Cùm autem attollũt Diaconi diſcos & calicis ad impertiẽdum populo, Diaconus ait, &c. Et, inquit Clemens opularũ. 2. in altari holocauſta offerãtur, quàm populo ſufficere debeant, can. Tribus gradibus. Qui etiam Apoſtolicarum conſtitutionum collector. lib. 2. cap. 61. vbi deſcriptio eſt Eccleſiæ & cleri, & quid vnuſquiſque ex congregatis clericis & laicis facere deberet, aut certè faceret, His ait, perfectis ſacrificium peragatur, aſtante omni populo atque ſecretò orante. Ac poſtquam oblatum fuerit, accipiant ſinguli perſe, ordine, gradatim, cum pudore ac timore, tanquam ad Regis corpus accedẽtes: mulieres quoque velato, vt eas decet, capite, ordine accedant. Et lib. 8. cap. 20. Poſt hoc ſumat Epiſcopus, deinceps Presbyteri. Diaconi. Hypodiaconi. Anagnoſcæ, cantores, Aſcetæ. Et ex mulieribus Diaconiſſæ, virgines, viduæ,

postea pueri, & omnis populus ordine, cum pudore & reuerentia, sine tumulta. Postquam omnes sumpserũt, accipiant Diaconi reliquias, &c. Sic etiam Dionysii Hierarchia Ecclesiastica, cap. 3. part. 2. Pontifex diuina munera laude prosecutus, sancta & augustissima mysteria conficit, operta anteà & abdita signis in conspectum agit & reuerenter ostendit, ad sacram illorum communionem & ipse conuertitur, & reliquos vt communicent hortatur. Sumpta demùm & *Omnibus* tradita communione diuina, gratias referens, finem mysteriis imponit. Et part. 3. Tãto, ait, mysterio ad imitationem Dei instituto, dignus fieri postulat, vt & sacra sanctè conficiat, & castè distribuat, & qui ad communionem accessuri sunt, dignè participent. Sicque venerandissima mysteria consumat, & laudata oculis subiicit in signis sanctè propositis. Sanè opertum panem & indiuiduum aperit, in frusta concidens & singulariter calicem *Omnibus* impertiens, vnitatem signãter multiplicat atque distribuit, inque his cõsummat cœleste mysterium. Et paulò pòst, sumptis verò traditisque mysteriis sacris, in gratiarum actiones cum omni Ecclesiæ sancta multitudine desinit, Enimverò participatio communionem præcedit, mysticamque distributionem mysteriorum sancta perceptio. Est enim hic diuinarum rerum decentissimus ordo, vt priùs communicet ac impleatur sanctus præsul his quæ per illũ distribuenda sunt *cæteris* diuinis donis, & sic *aliis* tradat. Dionysio breuiùs, sed non minùs Iustinus & is martyr, in 2. Apologia. Precibus, ait, peractis, & gratiarum actione, populus qui adest omnis benedicit, siue acclamat & accinit, Amen. Vbi is qui præest gratias egit, & populus omnis benedixit (seu resalutauit) qui apud nos Diaconi, siue ministri dicuntur, distribuunt vnicuique eorum qui adsunt, eum in quo gratiæ actæ sunt (εὐχαριστηθέντα) panem, vinum, & aquam, id est, vt & habet alia versio, dant singulis præsentibus partem panis & calicis diluti, super quos facta est gratiarum actio, siue quæ cum gratiarum actione consecrata sunt, quibus, vt & paulò post habet, vnusquisque participat. Et temporis quidem quo communicare desitum est articulum digito velut subindicare perfacile est. Nã præter duos

suprà

ſuprà citatos Soteris canones, requirentes vnum & alterum ad minus in celebrandis ſacris arbitrum, quaſi iam etiam tum priuata forent, &, vti vocat, ſingularia, querendo idem teſtatur, & teſtando conqueritur ſua quoſdam ætate in die Dominicæ cœnæ communionem neglexiſſe quo tamen die æquum erat Chriſtianos omnes communicare. Sic enim habet can. In cœna Domini à quibuſdã Euchariſtiæ perceptio negligitur, quæ quòd eadẽ die ab omnibus fidelibus (his, quibus pro grauibus criminibus inhibitum eſt, exceptis) percipienda ſit, eccleſiaſticus vſus demõſtrat, cùm etiã pœnitẽtes eadẽ die ad percipiẽda corporis & ſanguinis Dominici ſacramenta reconcilientur. Hinc cõiicere licet quid aliis iam tũ diebus populus faceret, vel potiùs nõfaceret. Hanc autẽ deſuetudinẽ patribus nõ placuiſſe cõſtat ex Elibertino can. 28. Epiſcopum placuit, munera capere nõ debere ab eo qui non cõmunicat. Et Tolletani IIII. can. 17. Nõnulli ſacerdotes poſt dictã orationem Dominicam ſtatim cõmunicant, & poſteà benedictionẽ in populo dant, quod deinceps interdicimus, ſed poſt eam orationẽ benedictio in populũ ſequatur, & tunc demùm corporis & ſanguinis Domini ſacramẽtum ſumatur, eo videlicet ordine, vt ſacerdotes & Leuitæ antẽ altare cõmunicent, in choro clerus, extra chorũ populus. Extãt & canones, qui eũ ad pacẽ non accedere præcipiunt, qui non communicat. Hos quidam ſic intelligunt, quaſi pacẽ non debeat quis accipere in aliis Miſſis, niſi in quibus cõmunicat. Alii volunt eum tantùm à pace prohiberi, qui iudicio ſacerdotali à cõmunione ſuſpenſus eſt, cum autẽ qui quadam ratione illo tẽpore communicationem differat, cùm tamen nã ſit extra communionẽ, non debere à pacis gratia ſeparari, ne eius humilitas grauiorũ criminũ ſuſpicione notetur. Sic Valafridus de Rebus Eccleſiaſticis cap. 22. Sed Toletanus canon de non cõmunicantibus inter ea quibus inter ſunt ſacra, clarus eſt, & tales à ſacris abigendi ea Synodo paulò anterior Gregorius I. ad ſua vſque tempora durauiſſe teſtis eſt in Dialogis, lib. 2. cap. 23. Cùm in Eccleſia, inquit, Miſſarum ſolennia celebrarentur, & ex more clamaret Diaconos, *Si quis non communicat, det locum*. Et ibidem, Quæ dum o-

blatio pro eis fuisset immolata, & à Diacono iuxta morem clamatum est, *vt non communicantes ab Ecclesia exirent*, Nisi fortè & hic quoque locus de excommunicatis intelligendus est: Loquitur enim de duabus monialibus, in quas B. P. Benedictus excommunicationis sententiam minando magis quàm proferendo tulerat, à quo etiam post mortẽ absolutæ, oblatione pro eis immolata, quasi communione recepta, inter eos qui communione priuati illinc recedebant, & quibuscum ante absolutionem recedere apparebant, exire non vlteriùs visæ fuerunt. Nec enim mortui sacris alioqui communicant. Sed quanta fuerit aliis quidem communicandi varietas, aliis autem non communicandi religio, pergit ita Valafridus, Esse quosdam qui semel in die cõmunicare, etiamsi pluribus interfuerint Missis, pro dignitate sacramentorum suffice re credant: Esse alios, qui sicut in vna, sic in omnibus quibus affuerint Missis, in die communicare velint. Quorũ neutros culpãdos existimo, Quia illos reuerẽtia sanctarũ retrahit rerum, hos amor salubrium inuitat sacramentorũ. Est autem legitimum communicandi tempus, ante vltimam orationem, quę ad Cõplendam dicitur, quia sacerdotis petitio maximè pro eis est qui communicant, Vnde & eorum qui per singulos Missas cõmunicare volunt, accedendi videtur voluntas, quia per totam Missam pro eis quàm maximè, & quasi nominatim oratur, qui ibi offerunt atque cõmunicant. Possumus autem & debemus, vt sancta Missarũ celebratio, nõ paucis, sed multis prodesse credatur, dicere, cæteros in offerentium & communicantiũ fide ac deuotione persistentes, eiusdem oblationis & communionis dici ac esse participes. Sed quãuis cùm soli sacerdotes Missas celebrãt siue cõmunicant, intelligi possit illos eiusdem actionis esse cooperatores, pro quibus tunc ipsa celebrantur officia, & quorum personam in quibusdam responsionibus sacerdos exequitur: fatendũ tamen est illam *Legitimam* esse Missam, cui intersunt sacerdos, respondens, offerens & communicans, sicut ipsa *Precum* compositio euidenti ratione demõstrat. Hæc ille liberè & ingenuè ante annos 800. Et verò me dudum monet & συνάξεως seu κοινωνίας nomen, & ipse Canonis

contextus,& cùm aliæ in Missis, tum quæ post communiales vocantur, orationes penè omnes, quidem in illis olim fieret,sacrorum nimirùm mysteriorum nec tantùm spiritualis,sed sacramẽtalis quoque communio. Quibus enim,aut pro quibus tum precabatur Liturgus, *Memento Domine cùm omnium,tum circunstantium,pro quibus tibi offerimus, vel qui tibi offerunt hoc laudis sacrificium*, nisi offerẽtibus?Quibus aut pro quibus,quod sequitur,*vt quotquot ex hac altaris participatione sacrosanctum filij tui corpus & sanguinem sumpserimus*, nisi de altari participaturis, & quæ ibi dispensabantur sumpturis? Quibus denique optabat, & pro quibus sic orabat, *fiat commixtio & consecratio corporis & sanguinis D. N. I. C. accipiẽtibus NOBIS vita æterna* nisi consecrata accepturis? An verò credibile est cœnam tum exhibitam fuisse non cœnaturis, aut cibum potumque propositum nihil horum gustaturis? aut pro se tantùm minister, non etiam pro iis quibuscum communicauerat, siue qui cum eo communicauerãt,precabatur,*Quod ore*(ore inquam,quoque, nedum corde,& sacramento,nedum spiritu) *sumpsimus,pura monte capiamus* aut quando verè sic orabat, nisi quando & alij communicauerant? Sed & quæ post antiphonam quæ de communione nomen mutauit, orationes dicebantur, vtique pro eis qui communicauerant, iuxta proprietatem nominis sui agebant, & populi quoque, nedum sacerdotis communionem præcessisse, clarissimè verba sonant, quæ præeunte sacerdote clerus & populus secum recitabat,vel tacitus certè approbabat,Sic illo dicente, & hoc accinente vel consentiente, *Satiasti Domine, familiam tuam muneribus sacris. Purificent nos Domine, sacramenta quæ sumpsimus Corporis sacris & pretiosi sanguinis repleti libamino, Quæsumus D. D. N. Vitalibus refecti muneribus, & donis cœlestibus confortati, gratias pietati tuæ referimus D.* Cuiusmodi orationum antiquitatem licet ex B. Iacobi Liturgia comprobare: Sic enim communicato clero populoque, repositis super mensulam disco & calice, dicebant sacerdos, diaconi, & populus, Gratias agimus tibi Christe Domini nostri quoniam dignatus es nos participes fieri corporis &

sanguinis tui, in remissionem peccatorum & vitam æternam. Et, Agimus tibi gratias pro sumptione sanctorum & immaculatorum tuorũ mysteriorum. Et, Gloria tibi Christe Rex, qui dignatus es vt nos peccatores & indigni serui tui fruamur immaculatis mysteriis tuis. Et, Oremus, Vt perceptio sacrorum eius mysteriorum valeat nobis, &c. Et, Deus qui dignatus es nos huius mensæ cœlestis facere participes, ne condemnes nos peccatores ob perceptionem mysteriorum tuorum immaculatorum. Et tantò pòst in Basilij quoque Missa pontifex secretè orat, D. N. neminem nostrum reum facias horribilium tuorum, horum videlicet cœlestium mysteriorum, ob indignam eorum susceptionem. Et, fac idoneos indamnabiliter accipere incontaminata & viuifica mysteria. Et cantant cantores communionem, Et sic communicant omnes. Post communionem autẽ portantur numera in sacrariũ, omnibus hæc cantantibus, Repleatur os nostrũ laude tua Domine, vt hymnum dicamus gloriæ tuæ, quia idoneos fecisti sanctorum tuorum participare mysteriorum. Idem repetit & diaconus, sed & pontifex secretè. De his ergo orationibus Micrologus cap. 19. Postquàm omnes communicauerint, dicit sacerdos hanc orationẽ sub silẽtio, iuxta Romanũ ordinẽ, *Quod ore sumpsimus*, Qua finita sequitur oratio, siue orationes post communionẽ dicendæ, eodẽ numero & ordine orationibus ante lectionem, siue secretis ante præfationẽ dictis respondentes, quæ nõ pro communicaturis, sed his qui iam communicauerint cunque earũdem orationum benedictione fouerit desiderant. Et nihil hoc cõmunicandi olim ritu apud hunc scriptorem magis obuium, vt cap. præcedenti, facta confractione debent omnes communicare interim cùm & Antiphona cantatur, quæ de communione nomẽ mutuauit. Cap. 23. Sacerdos inclinatus dicit antequàm communicet, D. I. C, &c. Cùm distribuit Eucharistiam, dicit, Corpus & sanguis D. N. I. C. proficiat tibi in vitam æternam, Amen. Postquàm omnes communicauerunt, dicit, Quod ore sumpsimus, & cætera. Ergo, aiebat, de sacramentis lib. 4. cap. 5. Ambrosius, non otiosè tu dicis *Amen*, iam in spiritu confitens quòd *accipias* corpus Christi. Dicit

tibi sacerdos, Corpus Christi. Et tu dicis *Amen*, hoc est, verum. Quod confitetur lingua, teneat affectus. Coniungit & participationem cum celebratione Augustinus, cùm aliàs, tum ad Paulinum, epistola 59. Quæst. 5. elegit in Pauli, 1. Tim. 2. verbis hoc intelligere, quod omnis, ait, vel penè omnis frequentat Ecclesia, *vt precationes* accipiamus dictas, quas facimus in celebratione sacramentorum, antequàm illud quod est in Domini mensa incipiat benedici, *Orationes*, cùm benedicitur & sanctificatur & ad *distribuendam comminuitur*. Et paulò pòst, Ideò in huius sanctificatione & *distributionis* præparatione existimo Apostolum insistisse fieri προσευχάς, id est orationes, propriè ad vetum. Vouentur autem omnia quæ Deo offeruntur, maximè sancti altaris oblatio. *Interpellationes* autem, siue *postulationes* fiunt cùm populus benedicitur. Quibus peractis, & *participato* tanto sacramento, *Gratiarum actio*, quam hîc vltimam commendauit Apostolus, cuncta concludit. Et de Trinitate lib. 3. cap. 10. Sicut infantes non norunt, quod in altari ponitur, & peracta pietatis celebratione consumitur, vnde vel quomodò conficiatur, vnde in vsum religionis assumitur. Et si nunquàm discant experimento vel suo, vel aliorum, nec vnquam illam speciem rerum videant, nisi inter celebrationem sacramentorum cum offertur & DATVR, dicaturque illis autoritate grauissima, cuius corpus & sanguis sit, nihil aliud credant, nisi omninò in illa specie Dominum apparuisse oculis mortalium, & de latere percusso liquorem illum omnino fluxisse. De Ciuitate item lib. 17. cap. 20. pro omnibus legis sacrificiis nunc corpus eius offertur, & participantibus ministratur. Nam can. Neque potest. 1. q. 1. pro hac re peremptorius esset, nisi eius riuuli consultus fons de cruento crucis, non de incruento altaris sacrificio ageret. Est autem locus in lib. 4. de Trinitate, cap 14. Neque id posse rectè offerri, nisi ab eis accipiatur quod offertur, pro quibus offertur, & cætera. Agit inquam, illic de morte Domini perfectissima victima, non de sacrificio mortis huius sacramento. Idem & in Græca Ecclesia seruatum fuisse testis est præter tot superiores Chrysostomus, homil. 18. in 2. ad Corinth. ita

scribẽs: Est vbi nihil differt sacerdos à subdito, vt quãdo fruendũ est horrẽdis mysteriis, similiter enim omnes, vt illa percipiamus, digni habemur. Non sicut in veteri lege, partem sacerdos edebat, partem populus, & non licebat populo participem eorum esse, quorum particeps erat sacerdos, Leuit. 10. & 22. Sed nunc nõ sic, verùm omnibus vnũ corpus proponitur, & poculum vnum. Vade & in ea quę fertur huius titulo, quãque huc studio distulis, Missa, sic sacerdos erat. Dignos nos facito, vt participes simus super cœlestium tuorũ & tremendorũ mysteriorũ huius sacræ & spiritualis mensæ. Et, Populo sæpe comprecato, ac omnibus capita Deo inclinare iussis, Tu Domine, proposita dona omnibus nobis in bonũ exæques iuxta propriam cuiusque indigentiã. Et, dignos nos redde potente manu tua, vt participes simus immaculati tui corporis, & precioſi tui sanguinis, & per nos *Omnis populus*, Et sacerdos panẽ diuisurus, ait, Diuiditur agnus Dei qui tollit peccata mũdi. Tũ vbi & particulã in calicem ipse assumpsit, populo canẽte, duo alii priusquã assumant, orant, & sumptionẽ sequitur hæc oratio, Gratias agimus tibi Domine, quoniã & hodierno die dignatus es nos supercœlestibus tuis & immortalibus mysteriis, &c. Tũc sacerdos ostẽdit calicẽ populo, dicẽs, Cum timore Dei, fide, aç dilectione *Accedite*, Diaconus egressus è sancto altari, dicit: post depositionẽ sanctorũ donorũ, Recti qui participes diuinorum mysteriorũ fuimus, gratias agamus, &c. Rursum Diaconus, in pace *Accedite*, Populus, in nomine Domini, &c. Et sic quidẽ habet Erasmi versio. At in ea quã ferũt Leonis esse Tusci legitur hoc scholim, sacerdos sumit corpus Dominicũ, si solus fuerit: sin plures, primus eorũ accepta cõmunione reliquis porrigit manus eius & genã osculãtibus, & ab eorũ ipse aliquo similites Eucharistiã suscipit Et hoc modo pariter altari sancto inclinãtes susceptã domini carnẽ manducant: similiter & calicem mutuo intese porrigunt, vt sanguinem Domini bibant. Vbi verò sacerdotes perfecerint, iubet archidiaconus diaconos accedere: & accedentes suscipiunt, vt fecerunt sacerdotes. Deinde vnusquisque sacerdotis maxillam deosculatur, post communionem erat & gratias agit. Sed qui postremò communicat Diaconus, reportat super altare

calicem,& operit,& dicit populo, cum Dei timore *Accedite*. Quo reſpondẽte,& per ſacerdotem benedicto,feruntur ad locum myſteria, vbi populus debet communicare,& ſacerdos dicit, Nunc & ſemper & in ſecula ſeculorum Amen. Et populus, Repleatur os meum laude, vt cantemus tibi gloriam tuã,quoniam feciſti nos ſanctorũ tuorum myſteriorum participes, in tua ſanctitudine ſerua nos Deus. Et egreſſus de choro Diaconus dicit, Stantes qui cõmunicauimus Dominica,immaculata, immortalia,cœleſtia myſteria, gratias agamus Domino. Clerus & populus,Kyrie eleyſon,Salua,miſerere,&c. Cum ergo hîc paſſim fiat mentio vel populi, vel aliquot certè clericorum cum ſacerdote communicãtium,qui Scholion de ſolo ſacerdote communicante aſcripſit,ſiquidẽ Leo Tuſcus fuit, ad ſua magis quàm ad Chryſoſtomi tempora reſpexit,id eſt, ad annũ Domini circiter 1170. quo Emmanueli Græcorũ principi ab epiſtolis & interpres Tritemio fuit Quo ſeculo indubiè Miſſæ priuatæ iam receptæ, imò vt ex ſuperioribus conſtat, olim iam vſitatæ, vt & anteriore adhuc ſeculo Guitmundus Auerſanus Archiepiſcopus, inter Berengarianos antagoniſtas non vltimus,lib 3. huc,inquiens,accedit,quòd ſacerdos plerunque indigniſſimam miſſam celebrat, ſolúſq; id quod cõſecrat,totũ ſumit,&c Claruit hic anno. 1060. Sed & editio Pariſienſis anno 1537.& Venetica 1528. nihil tale habet,aut admonet,præfertur licet ſcriptor innominatus ſe exemplari inhæſiſſe, quod nuper Romæ à venerandis in Græca Eccleſia ſacræ paginæ magiſtris, Archiepiſcopo Cypri, & Rhodio metropolita Græcis formis excuſum fuerat, & ante id tempus diuinam Miſſam à nemine Latinè conuerſam,ac in publicum editam. Quod equidem non admonuerim,quaſi vel Chryſoſtomo Græcáque Eccleſia indignam,aut aliàs ſuſpectam habeam, ſed vt ſanctiſſimo viro cœptam & compoſitam, ita multis pro temporum varietate infitis ampliatam. Nam & inter defunctos eius,eóque poſteriorum, & inter viuentes, Nicolai papæ. I & contemporaneorum eius in Oriente patriarcharũ, ſed & Impp. Alexij magni & Porphyrogeniti meminit hæc editio vltima. Vtcunque ſit, quàm Chryſoſto-

mi seculo hæc communicãdi iam tum desuetudo doluerit, quamque tamen populo communicare desuescéte ac cessante, clerus offerre non vel desuecuerit vel cessarit, cõstat ex huius non raris querimoniis. Sic enim concionatur homil. 3. de incomprehẽsibili Domini natura, Quod morbi genus istud est? Ingentem ac penè inauditã hanc populi multitudinem, quæ modò affluit, tantáq; cum attentione sermonem audit meũ, sæpe tempore illo (sacrorum) *perhorrendo*, nunquã tamen videre potui. Itaq; vehemens me cepit suspiriũ, quòd cum ego differo conseruus vester, studiũ adhibetis, & ingenium & animũ contenditis, alter alterum impellit & iactat, vt propiùs adsit, frequenter ad finem vsque dicendi patientissimè perseuerantes. Cùm autem Christus ipse communis dominus & magister semet in mysteriis ostensurus est, vacua desertáq; redditur Ecclesia. Qua certè siue desidia siue negligentia omnem de auscultandi studio laudem amittitis. Quis enim non tam vos quàm me improbet, cùm omnẽ audiendi fructum lapsum cernat & vanidũ? Quòd enim statim cùm audiuistis, fugam, quasi vos hostis insectaretur, arripitis, cõiectari omninò licet nihil animo vos vtilitatis recepisse aut recõdidisse. Nã si quæ proposita sunt, quæque doceo, attendentis, & in animis vestris condita seruaretis, facto palam studium vestrũ faceretis, non verbis tenus, vos illa prorsus in templo tenerent, & ad rem *horribilem* maiore cum deuotione mouerent. Nunc verò quasi siquam fidicinã vos audiretis, sic omni vtilitate vacui, simul ac factus dicendi finis est, discceditis. Tum orari domi posse excusantibus, non concionem audiri, orationem publicam præ domestica multis commendat, & de oratione loquitur, vt liquet ex sequentibus, quæ cũ sacra Dominici corporis oblatione cõiuncta est, quã & suprà more suo horrẽdum & horribilem appellat. Sed vt hæc, dices, ad eos dirigantur, qui præ concione oblationẽ fastidiant, in his nulla popularis, qua de nunc agimus, communionis mẽtio. Audi ergo alibi clarissimè, homil. 61. ad popul. & 3. ad Ephes. Nimiam hîc, inquit, video rei huius tuæ qualitatem, Aliàs sæpe cùm puri sitis, nõ acceditis, in paschate, sit licet aliquid à vobis commissum, hæc tamen

aditis ſacroſancta myſteria. O conſuetudinē! ô præſumptionem! Fruſtra ita offertur hoſtia ſalutaris,& quotidianum ſacrificium, in caſſum altari & nequicquàm aris aſſiſtimus,nemo eſt qui participet:nullus qui communicetur. Non hæc dico,ne vllo modo,aut vt temerè communicetis,ſed potiùs vt futuræ vos cōmunioni dignè adornetis,eáq; dignos reddatis. Non es dignus hoſtia,vel indignum te agnoſcis, qui eam vel per te ſumas, vel per alium ſumendam accipias? Ergo nec oratione ipſa dignus es. Audis aſtantem & inclamantem præconē (ex Diaconis indubiè vnū) Quotquot in pœnitentia eſtis (ſolenni vtiq; ſeu publica,in qua cōſtituti arcebantur olim ab Eccleſiæ ingreſſu, nedum à cōmunione, ideóq; videtur hîc deeſſe verbū,*abite* vel *abſiſtite hinc*, Et paulò pòſt ſequitur,Quiſquis igitur non cōmunicat,in hac eſſe pœnitentia dignoſcitur. Quid hîc ſtas,ſi è numero es ſic pœnitentium? ad cōmunionem non debes accedere:qui enim nō communicat in pœnitentiū albo eſſe cenſetur. Nam cur alioqui clamaret,abite,qui hîc nō poteſtis orare ? Tu tamen hîc interim perſiſtis impudens. At ex eis non es,ſed inter eos qui poſſunt eſſe participes: nihil tamen horum curas, neq; magni hanc rem facis. Huc animum, quæſo, aduerte. Menſa Regalis hæc appoſita,miniſtrant Angeli, Rex adeſt. Tu aſtas oſcitans, Sordent tibi animæ ſcilicet veſtimēta,& nihil eſt tibi curæ. At pura ſunt,inquies. Accumbe igitur,adora & communica. Quotidiè venit Rex diſcūbentes interuiſurus, omnes familiariter alloquitur, & tacitus in ſingulorū conſciēria inſuſurrat, Amici quomodò hîc adeſtis,aut vos præſentatis,non habētes veſtē nuptialē? Matt. 22. Non dixit,Quare diſcubuiſtis? ſed vel antequā inuitareris , intrares aut accumberes, indignum te fuiſſe ita pronūciat,cur intraſti,aut ad quid veniſti? Eadem nūc nobis omnibus loquitur, quos videt his aris temerè ac impudenter aſſiſtere. Qualis eſt hîc omnis qui myſteriorū non eſt particeps. Propterea qui flagitiis contaminati eſſe noſcuntur,priuſquā communio dignis proponatur,eliminati exeunt,vt Domino alicunde redeūte, & ad menſam veniente, domeſticos , ſi qui eum grauiùs offenderint, propiùs aſtare non cōuenit,ſed domo arce-

ri. Ita & hîc: Elata enim hostia, Christo, Dominica oue, immolato, cum audieris *Oremus omnes*, & videris adyti valuas velis retractis & repagulis subductis aperiri, tunc tecum reputa cœlum supernè diffindi, angelos illinc in terras descendere. Vtque profanorum (infidelium) fas est adesse neminem, ita nec vllum sacris initiatorum, qui sceleribus sordeat, cõuenit his sacris interesse. Dic tu mihi, Si quis ad conuiuium vocatus manus lauerit, accumbat etiam & mensæ adsit, & nihil interim gustet, num afficeret contumelia vocantem? nónne is meliùs nec veniisset, nec conuiuio interfuisset? Ita sanè præstitisset. Atqui huc venisti, hymnum Deo cum aliis cecinisti, & te dignis esse confessus es, cum indignis non sece dẽdo. Cur ergo remansisti quasi futurus mensæ particeps, neque tamen participas? Indignus sum, inquies, indignus ergo & ea, quæ per preces fit, communtone. Nec enim per mẽsæ tantùm proposita, aut propter solos eidem accumbẽtes, sed & per ac propter cantica semper & quouis tempore descendit ad nos spiritus. Indigni sunt peccatorum oculi hisce spectaculis, indignæ sunt aures. Liceat etiamnũ tibi & pòst accedere, & propius contẽplari, dum adest tamen atque præsens est (haud dubiè post consecrationẽ) hinc abito, non magis tibi adesse licet quàm catechumeno (nã tum vtrique, & publici inquam, peccatores etiam pœnitentes, & catechumeni abire solebãt & abesse) Nec enim æquale est fidei nondum attigisse mysteria, & postquàm attigeris, offendisse, contempsisse, téq; re tanta indignum constituisse. Ne maius itaque vobis iudicium faciamus, rursum exhortamur, non quidem ne accedatis, sed magis vt vos accessu Christíque præsentia dignos faciatis. Dic mihi, si quis Rex ita statuisset, Si quis hoc facit, mensæ meæ sit particeps: si quis illud, abstineat: non in huius vel solius statuti gratiam omnia faceretis? Ad cœli nos regnum Deus inuitauit, ad mensam Regis vtique magnifici & admirabilis, & cunctamur, & cessamus? non ad rem adeò salutarem festinamus? non accurrimus? &c. Et quæ nobis salutis demùm obtinendæ spes relicta? nec enim liceat aut infirmitatem excusare, aut naturam accusare. Sola est qua toti marcemus, ignauia & negligentia, quæ

nos tanta gratia facit indignos. Et hanc exhortationem hac precatiuncula concludit, Qui ſalutari compunctione atterit corda mortalium, ſeu compunctionis dat ſpiritum, is ipſe corda noſtra compungat & conterat, & in profundum ſemina inſerat, vt ab eius timore promereamini ſpiritum ſalutis concipere ſimul & parere (Eſa.26.) & cum fiducia ad menſam Dominicam accedere. *Filij enim tui*, ait ſcriptura Pſal.127. *ſicut nouellæ oliuarum*, non veteres, non immites, non acerbæ, ſed ad fructum bonum & admirabilem ferendum idoneæ, nouæ plantulæ fortes & vegetæ, ita vt omnes conſiſtant *in circuitu* ſalutaris *menſæ tuæ*, non huc temerè vel fortuitò conuenientes, ſed cum metu & tremore. Sic enim ipſum etiam Chriſtum perſpicietis illic òmni cum fiducia, quam nos omnes aſſequi contingat eius gratia, &c. Hactenus os illud aureum, quod quàm olim concionans deſinere non poterat, tam, ita nos Deus amet, ſemel arreptum vix de manibus valemus excutere, cóque nunc magis, quòd quæſtionem hanc periculi ſanè plenam, lectori, modò minùs proteruo & morofo, decidere videatur. Ex iis enim & homiliæ reliquo, quod & idem habet homil. 17. ad Hebr. tria liquent valde ad rem appoſita. Primùm, Græcos iam tum multa ex parte, toto anno ſemel communicaſſe, alios bis, alios ſæpiùs, tantùm abeſt vt tunc eò ſoliti fuerint accedere, quoties res ſacra ageretur, etiam qui ſacram alioqui ædem vel quotidiè, vel certè crebrò adirent. Sic enim quæ hanc in rem proponebat, neſcire excuſantibus reſpondet, Sed dices, Non legi, hoc non eſt excuſatio, ſed accuſatio: non defenſio, ſed offenſio: per ſingulos dies Eccleſiam ingrederis, & hæc ignoras? Alterum, cum tum vehementer optaſſe, tum acriter exegiſſe, vt purgati probatíque non ſemper, at quàm ſolerent frequentius accederẽt. Hæc, ait, dico, non vno vos & annuo acceſſu prohibens, ſed volens vos ſemper accedere. Nam & alibi ſuos exhortatur, vt ſaltem ſe præparant ad communicandum pro conſuetudine in Paſcha, & increpent quòd in Quadrageſima ieiunantes litigarent, iurarent, &, vt ferè fit, peierarent. Quomodo, inquit, ſacrũ videbimus Paſcha? ſanctũ ſuſcipiemus ſacrificium? mirabi-

libus communicabimus mysteriis ? homil.11. ad populum. Pergit autem vbi suprà. Quos magis acceptabimus? Eósne qui semel,an eos qui sæpius, an eos verò qui rarò accipiunt ? Nec hos,nec istos, nec illos : sed qui mundo corde,qui munda conscientia, & vitâ sunt irreprehensibili, ij semper accedant. Qui tales non sunt, ne semel quidem. Et vbi paulò anteà, Pleroſque vestrûm videri corporis quidem Domini fieri participes, sed veluti casu atque fortuitò, & consuetudine potiùs ac lege, quàm mente aut ratione. Si instaret,aiunt,vel sanctæ Quadragesimæ tempus,vel vbi solemnis Epiphaniorum dies supervenerit. Qualiscunque sit aliquis,mysteria sumit. Ego verò dico,nec Aduentus sacri, nec Epiphaniæ,nec Quadragesimæ tempus nos facit aditu tanti sacramenti dignos,sed animæ sola puritas & synceritas. Cum hac igitur semper accede, sine hac nunquam. Et ad id.1.Cor.11. Probet seipsum homo,& sic edat,nõ quo,ait,modò nunc facimus, temporis magis gratia, quàm animi studio accedentes, nec vt præparati ad vitia nostra expurganda compunctionis pleni, sed vt in solemnitatibus simus, cùm omnes adsunt, consideramus. At non ita Paulus, sed vnum quo accedamus,tempus nouit,communicationis scilicet & conscientiæ puritatem. Et oratione de S. Philogonio, communionis, ait, tempus non festum vel celebritas, sed conscientia pura vitaque à peccatis purgat. Idem quoque vrget homi.5.in 1.Timoth. Tertium, nullisdum quotidiè penè communicantibus, certè tam paucis, tamque rarò, indubiè non omnibus etiam præsentibus, clerum tamen offerre non desiisse. Nec enim dubium quin primus ille primorum Christianorum quotidiè communicandi feruor non diu posteà deferbuerit: nec continuò tamen quotidiè offerri desitum, pace præsertim post tyrannorum persecutiones Ecclesiis per conuersionem principum reddita. Eius enim temporis, imò multò etiam superioris scriptores plerique omnes Græci & Latini, in tam multa licet populariũ quotidiè communicantium raritate,ne dicam nullitate, sacramentum tamen hoc nouæ legis ἐνδελεχισμὸν, iuge,indesinens, & quotidianum sacrificium passim vocant, rem adeò quâ-

uis eorum lectoribus obuiam, vt negari non possit, proinde nec probari deberet. Non sicut Iudæis beneficiorum suorum Deus annuatim seu singulis annis aut festis annuis monumenta proposuit, & ceu alligauit, ait noster hic, tibi verò quotidiè siue per singulos dies, ne obliuiscaris, per hæc ipse mysteria proponitur. Homil 60. ad Populum. 55. in Matth. Et homi. 2. in 2. ad Timoth. Reuerere patrem spiritualem, quòd tibi diebus singulis diuina ministrat, scripturas relegi facit, tui gratia domum (templum opinor) exornat, vigilat, vota persoluit, pro te Deum precaturus astat, tui causa preces exoluit, pro te apud eum religio, cultus, obsequium. Et tũ breuius, tum apertius D. Augustinus in Psal. 71. ad Bonifacium epi. 13. Nonne Christus semel in semetipso immolatus, in sacramento nõ solùm per omnes Paschæ solemnitates, sed omni die populis immolatur? Et ad Petrum Diaconum cap. 19. Nunc id est tempore noui testamenti, sacrificium panis & vini sancta Ecclesia catholica per vniuersum orbem terræ offerre non cessat. In vtraque ergo, & sic vniuersa Ecclesia, quotidiè vt hodieque, sic olim oblatum à clero, nec tamen vel ab aliis communicatum, vel eos qui sacris communicare nollent, eisdem vetitos interesse. Qui autem huius communicandi desuetudinis, siue communicationis ab oblatione seiunctæ inuidio grauant latinam Ecclesiam, parum cùm hunc, tum alios patres legisse videntur, vt ex quibus constet latinos quàm græcos diutiùs assiduam communionem seruauisse. Sic enim sermo. 28. de verbis Domini, iisdem quibus Ambrosius lib. 5. de Sacramentis cap. 4. verbis, vt à catechista ea suo sumpsisse videatur. Si quotidianus est panis, cur illũ post annum sumis, quem ad modum (siue quẽ iam modum) Græci facere consueuerunt? Et lib. 2. de Sermone Domini in monte. De sacramento corporis Domini, vt plurimi quæstionem ne moueant, qui in Oriẽtis partibus non quotidiè Cœnæ Dominicæ non communicant, cùm panis hic quotidianus dictus est, vt inquam, taceant, nec suam hac de re sententiam, vel autoritate Ecclesiastica, quòd sine scandalo ista faciunt, nec ab Ecclesiarum præsidibus facere prohibentur, neque non obtempe-

rantes damnantur: vnde probatur non hunc in partibus illis intelligi quotidianum panem: Nam magni peccati crimine arguerentur, qui ex eo non accipiunt quotidiè. Et de dono perseuerantiæ, cap. 4. ex B. Cypriani serm. 6. Hunc panem nobis dari quotidiè postulamus, ne qui in Christo sumus, & Eucharistiam quotidiè accipiamus, intercedente grauiore delicto, dum absentes & non communicantes, à cęlesti pane prohibemur, à Christi corpore separemur. Vnde Valafrido teste vbi suprà, quidam orationem Dominicam, quæ ab Apostolorum temporibus ante communicationem, & panis fractionem dicebatur, eo tantùm tempore recitandam crediderunt, quo sacrificia celebrabant. Et sic fiebat, vt qui semel per hebdomadem communicabant, semel etiam orationem Dominicam recensèrent. Hi certè satis indicant ætate sua aliter in suis, aliter in Orientalibus Ecclesiis de communione frequenti obseruatum, eiusque vsum ac frequentiam diuturniorem in Occidente quàm Oriente fuisse. Quorum etiam æqualis Hieronymus idem attestatur ad Lucinium Bæticum, De Eucharistia, inquiens, an accipienda quotidiè, quod Romanæ Ecclesiæ, & Hispaniæ obseruare perhibentur. Quanquàm Valafridus cap. 20. omni Dominica vel Sabbato in Oriente & Hispaniis Missas ait factas, reliqua septimana, passionis eis Dominicæ commemorationem suffeciſſe. Et in Apologia pro libris aduersus Iouinianum, Scio Romæ hanc esse consuetudinem, vt fideles semper Christi corpus accipiant, quod nec reprehendo, nec probo, vnus enim quisque in suo sensu abundat. Et ad Damasum, Luc. 15. vitulum saginatam intelligit Saluatorem, cuius, ait, quotidiè carne pascimur, cruore potamur. *Et cœperunt epulari.* Hoc conuiuium quotidiè celebratur, semper credentibus immolatur. Et quæstione 2. ad Hedibiam, exponens quædam verba cœnæ Domini: Quotidiè in sacrificiis eius de genimine vitis veræ, &c. nouum vinum bibimus, & panem comedimus angelorum. Quid quòd tantò adhuc anterior Origenes homil. 10. in Genesim, ad eos qui festis tantùm diebus ad Ecclesiam conuenirent, quasi cæteri non essent dies Domini, Christiani, ait,

omni die carnes agni comedunt, id est, carnes Verbi Dei quotidiè sumunt. Et quia lex Paschæ talis est, vt in vespera comedatur, Exod. 12. propterea in vespera mundi passus est Dominus, vt tu semper manduces de carnibus verbi: quia semper in vespera es, vsquequò veniat mane, &c. nonnè videtur dicere, eos quoque qui quotidiè, nedum in festis, interessent sacris, eis vesci, si non sacramẽto, at fide certè, siue spiritu, dum verbum Dei audiunt? Clerus ergo quotidiè alicubi offerebat, siue celebrabat: laicos tamen vel adesse, vel qui adessent, ad communionem nõ compellebat, sed interim sedulò ad eam adhortans, suæ vnumquenque conscientiæ relinquebat. Alij, tum aiebat Augustinus, quotidiè communicant, alij certis diebus. Alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur, alibi sabbato tantũ & Dominico, alibi tantùm Dominico. Et aliquantò pòst, de quotidiana vel frequenti & infrequenti communione disputantibus, rectiùs, ait, fortassè hanc inter eos litẽ quis diremerit, qui monet vt præcipuè in Christi pace permaneant. Faciat autẽ vnusquisque quod secundũ fidem suam piè credit esse faciendum. Nam honorando non audet alius quotidiè sumere, alius vllo die prætermittere, Contemptum solum non vult cibus hic, sicut Manna fastidium. Quotidianam ergo communionem cum Hieronymo suo, nec laudat, nec vitupe rat. Omnibus tamen diebus Dominicis cõmunicandum hortatur, &c. nam summa sequor tantùm fastigia rerũ ex epi. 118. ad Ianuarium, de variis & diuersis ritibus regionum, cap. 2. De dogmatibus Ecclesiasticis. cap. 53. & citatur in canonib. ecclesiasticis distinct. 12. can. Illa de conſ. dist. 2. ca. Quotidiè. In Theologicis sententiis lib. 4. distin. 12. vbi quod & Augustini nomine allegatur de quotidiana Christi oblatione, siue mystica oblatione. in can. Iteratur. vbi suprà. Paschasio ascribitur. De hac item tum offerendi tum communicandi varietate ac libertate, sic historia Ecclesiastica, Cum pleræque omnes per orbem Ecclesiæ singulis per hebdomadam sabbatis diuinis mysteriis operentur (aliàs, sacramenta percipiãt) Romani & Alexandrini ex vetusta quadam traditione hoc non faciunt. Ægyptij verò Alexandriæ licet vicini,

& Thebaidos incolæ, Sabbato quidem collectas agunt, sed non aliorum Christianorum more: Nam abundè pransi plenique, vespera oblatione peracta participant: Quarta item & Sexta, quæ Parasceue dicitur, feria iidem Alexandrini omnia ad Synaxim pertinentia peragunt, præter solemnem oblationis morem (alius dempta mysteriorum ceremonia, alius, perceptione) Hæc Socrates lib. 5. cap. 22. Tripart. 9. cap. 38. Nicephor. 12 cap. 34, Sic Ambrosius in 1. ad Timoth. cap. 3. Necesse est, ait, ministros quotidiè præsto esse in Ecclesia, nec habere dilationem. Omni enim hebdomada offerendum est, etiam si non quotidiè peregrinis, incolis tamen vel bis in hebdomada. Hîc ministrorum tantùm oblationis, non fidelium etiam communionis mentio. Præterea veteres tum Pontifices tum Synodi cleri populique deuotionem iam tum refrigescentem, adeóque olim iam refrigeratam, imò congelatam, communione paucis per annum diebus indicta reformauisse ac veluti recalfeciſſe contenti: Dominicis aliisque festis greges sibi concreditos sacris modò interesse, non verò etiam participare iusserunt. Vetus est Fabiam I. canon citatus Iasoni lib. 1. Gratiano de cons. dist. 2. ca. Et si non frequentiùs, saltem in anno ter homines communicent, nisi fortè maioribus criminibus impediti: In Pascha scilicet, Pentecoste, & Natali Domini. Renouatus in Concilio Eliberino cap. 1. & 4. capitulis per eosdem iuris canonici compilatores vbi antea, desumptis. can. Omnis homo, ne inter catholicos communeraretur, qui iis temporibus non communicasset. In Agateñ. can. 18. can. Seculares in Turoñ. sub Carolo Magno, cap. 50. Laici Agatheñ. ca. 47. can. Missas die Dominica secularibus tenere (aliis audire) speciali ordine præcipit, ita vt ante benedictionem sacerdotis egredi populus non præsumat. Quod si fecerint, ab episcopo publicè confundantur. Idem mandauit Aurelian. 1. ca. 28. can. Cùm ad celebrandas Missas in Dei nomine conuenitur, populum non antè discedere quàm Missæ solemnitas compleatur, & vbi episcopus non fuerit, benedictionem sacerdotis acceperit. Agatheñ. etiam can. 21. ca. Si quis etiam, permittit extra parœcias, in quibus legitimus

legitimus est ordinariusque conuentus, in oratorio quod quis in agro habuerit, Missas reliquis festis tenere (aliàs audire) iusta propter familiæ fatigationem ordinatione. Pascha verò, Domini Natali, Epiphania, Ascensione, Pentecoste, Natali Sancti Ioannis Baptistæ, & si qui maximi dies in festiuitatibus habentur, non nisi in ciuitatibus aut parochiis. Clericos secùs, id est, festis supradictis in oratoriis (nisi iubente aut permittente episcopo) Missas facere aut tenere (aliàs celebrare) ausos communione pepulit. Conuênit autem hæc Synodus, ne quis nouitiam putet, ante annos plus vndecies centum, circiter tempora Cœlestini Papæ I. Citatur & peruetustus Missarum pro defunctis ritus, quo cauetur in Concilio Carthaginensi 3. can. 29. De consec. distinct. 1. ca. Sacramenta. Si quorum pomeridiano tempore defunctorum episcoporum, vel cæterorum commendatio facienda est, solis orationibus fiat, si qui faciunt, iam pransi inueniantur. Vnde colligunt à contrario, Si quis cæteris pransis impransus reperiretur, ad altare quoque celebratione, non sola oratione defunctos commendari potuisse. Quæ coniectura modò est, multùm à demonstratione distans. Videntur certè tum à publicis matutinisque Missis distinctæ fuisse Quadragesimales, quæque in & pro defunctorum commemorationibus fierent ex Concilio Vasensi 2. can. 4. sed nulla ibi communionis in eis fieri solitæ vel insolitæ fit mentio. Ac nescio an eò spectat quod Atticus episcopus Constantinopolitanus ad Cyrillum Alexandrinum de Chrysostomo post obitum à se in episcoporum album relato scribens, Mentio eius, inquit, fit cum defunctis, non solùm episcopis, sed & presbyteris, diaconis, laicis, & mulieribus, cum quibus omnibus nobis sacerdotij communio, aut earum rerum quæ in sacra mensa mysticè percipiuntur, participatio non est. Sed hoc quoque aliorsum fortè spectat, quod lectori considerandum relinquo. Sed & similiter can. 31. Synodi VI. vniuersalis. De cons. distinct. 1. ca. Cleric. in orato-

tiis quæ intra domos (priuatas) sunt, ministro, hoc illius loci consensu facere decreuit, hoc non sic seruantes deposuit. A congregatione disiunctionem παρασυναγωγὴν existimat, interprete Balsamone, canon, Siquis ibi præter antistitis sententiam sacrificet. & can. 59. laicos etiam aliter habentes oratoria excommunicare citatur ab eodem. Canon item 12. Synodi I. & 2. in æde SS. Apostolorum congregatæ, punit eos qui præter proprij episcopi permissum id faciunt. Proinde Nouellæ 4. & 15. Imp. Domini Leonis sapientis, permittentes vniuscuiusque non catholicæ solùm, sed & domus sacerdotes in omnibus piorum oratoriis, prout suaserit domus dominus, celebrare ac mysteria peragere, nemini prodesse, nisi ex episcopi permissione, ex qua tacitè videtur id facere, qui non est expressè prohibitus. Non absimilis est can. Vnicuique fidelium in domo sua orarorium licet habere, & ibi orare, non autem Missas celebrare, ex Concilio Aurelianen. cap. 3. Quod quanquam Iuo lib. 2. ex eodem refert, in nullo tamen eorum quæ numero quinque sunt, nihil tale occurrit. Tantùm 4. can. 7. vetat in oratoriis clericos contra votum episcopi alios clericos intromittere peregrinos, nisi ab eo probatos. & can. 32. vt si quis in agro suo habet, aut postulat habere diocesim (rubrica habet oratorium) terras ei priùs sufficienter disponat, & clericos, qui officia ibidem impleant, vt digna locis sacratis reuerentia tribuatur. Cabilonen. item can. 14. Oratoria quæ per villas potentum longo iam tempore construebantur, in episcopi posuit potestate, qualiter ad ea & officium diuinum impleri posset, & sacra libamina consecrari, nedum, vt antea caueri videbatur, orari. Eaque omnia iuxta veterem, eamque vniuersalem Chalcedonensem canonem 4. can. Quidam monachorum, 18. q. 2. vt nemo vsquam oratorij domum εὐκτήριον sine conscientia ipsius ciuitatis episcopi construat. Gelasianus etiam canon. 27. de cons. dist. 1. can. de locorum: absque præcepto S. A. sacrare præsumat. Atque hæc de oratoriis, id est, tum priuatis lara-

riis,cùm toties nõ liceret rematioribus ad publica conuenire,tum villanis templis & vicanis,cùm vrbana crescentem numerum fidelium minùs caperent, obiter plus satis. Quorum fuit & alia quoque occasio atque necessitas, vt cùm Gregorius Nazianzenus communi multorum episcoporum decreto episcopus Constantinopolim translatus, Arrianis ibi templa vi occupãtibus, non dubitauit eandem secum religionem tenentes colligere, conuentus agere,& in paruo quodam ibi oratorio sacra celebrare, domo primùm quidem ab homodoxis eiusdem cum illo fidei sectatoribus in sacrum delubrum commutata, pòst etiam in celebre inter alias Dei Ecclesias templum ab Imperatoribus aucta. Socra. lib 5.cap.7.Sozomen.lib.7.cap.5 Tripartit.lib.9.cap.8. Nicephor.li.11.cap.7. Quæ,fateor,non video qui probent aut etiam ad Missam priuatam pertineant. Catholicorum enim templis tum per hæreticos occlusis, altaribus incultis,cœtibus impeditis, cessante doctrina,desinentibus hymnodiis, nec vlla spiritalium charissimatum Synaxi ac communione amplius superstite, vt conqueritur ad catholicos Galliæ & Italiæ episcopos epistola 70. D. Basilius, & in Iulianum Nazianzenus, &c. quæ tum Orthodoxi sacra in locis quanlibet aliàs priuatis faciebant, doctrina, oblatio, communio,aliaque mysteria, publica, si minùs erant, habebantur tamen. Quod autem & extra huiusmodi cœtus oblatum priuatim allegatur, vt ex Paulino D.Ambrosium Romæ apud clarissimam quandam inuitatum, vt sacrificium in domo offerret, ex Augustini Ciuitate lib.22. cap.8. eo absente vnum ex eius presbyteris perrexisse in cuiusdam viri domum, & obtulisse ibi corporis Christi sacrificium, & miserante Domino exorasse vt Spirituum malignorum vis ibi noxia seruos & animalia affligentium cessaret. Eodem spectat, opinor, quod Ariminensi episcopo scribit,lib.2.cap.& epistola 9. cùm illustris ibi fœmina in loco iuris sui pro sua deuotione fundasset,quod & consecrari desideraret,vt id absq; missis publicis solemniter consecraret,& si missas

fortè mallet fundatrix ibi fieri, presbyterum ab episcopo postularet, & nihil aliàs à quouis alio sacerdote præsumendum. Sed quæ in hac & tam multis huius epistolis sint Missæ publicæ mox videro. Hæc inquam, & similia pro priuatarum Missarum vsu & vetustate probabilia quidem sunt, sed minùs aperta. Nec enim qui oblatum dicunt, communicatum negant, etiam si taceant. Et his anterior Synodus Laodicena can.58. vetuerat in domibus oblationes ab episcopis fieri, aut celebrari. Quem canonem citauit & innouauit Felix IIII. epistola 1. cap. 1. excipiens magnæ adeóque summæ necessitatis casum tantùm & compulsionem, quoniam ea legem non habet, non verò suum cuiusque libitum aut pigritiam. Satiùs alioqui Missam nec cantare, nec audire, quàm in locis, mensis, aut tabernaculis non solenni Pontificium consecratione Deo ad hæc sacra officia dedicatis. Citatur can.1. De cons. distinct.1. & can. Sicut. quasi nullatenùs in domibus liceat, cùm toties excipiatur necessitas. Propius est & probabilius quod & affertur ex Leontio Neapoleos Cypri episcopo, Ioannem Eleemosynarium, Alexandrinum patriarcham, cùm post lectum Euangelium, sermonibus quidem otiosis extra Ecclesiam orationis tempore vocarent, exiisse, & cum turba sedisse, Omnibusque obstupescentibus dixisse, Filij, vbi oues, illic & pastor, aut introite, & ingrediar, aut manete hîc, & manebo. Ego propter vos in Ecclesiam sanctàm descendi, nam alioqui poteram Missam mihimet facere in episcopio. Et illic quoque, id est, in episcopi ædibus, locus erat eius domesticis & aliis communioni, nedum oblationi vt Gregorius homil.37. in Euangelia, narrat venerandum virum Cassium Narniensem episcopum moribundum, à suis rogatum in Episcopij oratorio Missas fecisse, & manu sua corpus Dominicum, pacemque omnibus tribuisse. Sed cùm & ibidem, & lib.4.cap.56. idem referat morem fuisse penè quotidiè offendi, qui Missas priuatas tum fuisse negant, qui probare possent toties cum eo alios sacra participauis-

se? Sed clarius est quod Ioannes Eremita Eleemon missas faciebat in oratorio suo nullum secum habens præter ministrum, & tertium quendam extraordinarium. Testis in Euchologio Vicelius, sed testem præter se non alium affert. Hic ergo suus sit Monasticis Missis locus, Et has enim priuatas primas fuisse quidam putant, & monachos plus alioqui quàm satis inuidia prægrauatos, primos priuatarum autores faciunt, ex Gregorij presertim Benedictini regestis. Quod quam veritatem habeat, nunc nunc discussero. Fuit perdiu, cùm monachismus sacris non initiatus, sed initiandorum ordo esset optimus & purissimus, quasique inter clerum & populum medius, sed vt huic propinquior, quàm ille, ita ad illum quàm hic, propiùs accedens, vt testatur, & ita super monachis loquitur Dionysius in Hierarchia Eccles. cap. 6. & 7. Et ad Demophilum monachum epist. 8. Erant ergo tum clerici monachorum, vt & aliorum laicorum, patres & pastores, vt habet regula Monachorum Hieronymo inscripta, nec ministrabant monachi, sed vt, ita dicam, ministrabantur. Eodem sic ad Heliodorum scribente, Clerici pascunt, ego pastor: illi de altari viuunt, mihi munus ad altare deferendum. Sed ex optimis monachis allegebantur in clerum, eodem ad Rusticum, & Augustino ad Valerium epist. 76. testibus, ad quæ vsque tempora, id est, circiter Eusebij, Zozimi, & Siricij paparũ pontificatus, annis post Christum plus minus 400. monachos, simpliciter monachos, & non clericos fuisse, totidem verbis testatur ex historia Ecclesiastica Gratianus 16. q. 1. ad finem. can. Hinc est. Quo etiam tempore scripsit qui & vbi suprà Chrysostomus, hom. 17. ad Hebræos, qui in eremo sedebant, semel in anno communicasse, fortassis euã post duos annos Sacris ergo participaturi, primùm vel cellis egressi suis, ad clericos temporibus certis ventitabant, vel apud se remanentes, à clericis visebantur, & sacra participabant: Sed ne huc & illuc vagarentur, aut alios atque alios accersere cogerentur, permissos sui quandoque ordinis habere ministros, vt annis post

plùs minùs ducentis passim scripsit D. Gregorius. Sic enim scribit Castorio Arminensi episcopo, lib.4.cap. 87. epistola. 43 de monasterio ibi constituto. Et habetur 18.q.2 ca. Luminoso. Missas illic publicas per episcopum fieri omnimodò prohibemus: ne in seruorum Dei secessibus,popularibus occasio prębeatur vlla conuentibus , & simpliciores ex hoc animas plerunque (quod absit) in scandalum trahat,frequentior quoque muliebris introitus.lib.5.cap.146.epistola. Indignatur Felici episcopo Pisaurensi , quòd cùm inter alia mandasset , monasterium absque Missis publicis dedicari , cathedra tamen illic posita publicè Missarum solemnia celebrarentur . Iubet ergo ea exinde amota, ne denuò illic Missas publicas peragat. Sed si Missas ibidem sibi celebrari voluerint,à te,inquit,presbyter dirigatur.lib. 7.cap.& epistola 15. Episcopo Neapolitano, Quoties, inquit, necesse fuerit, à presbyteris Ecclesiæ tuæ in loco sancto (Monasterio) seruientibus celebrentur sacrificia Missarum veneranda. Ita,vt ne quid ibi molestiarum p æter disciplinæ diligentiam inferant, aut si quid illic commoditatis pro diuersorum deuotione accesserit, sibi vendicari existiment , cùm monachis ibidem seruientibus debeat proficere , quicquid à fidelibus offerri contigerit. Hìc satis clarè monachos distinguit à presbyteris. Sic Episcopo Firmano lib. eodem, cap. & epistola. 71. mandat oratorium absque Missis publicis solemniter celebrari, Et si Missas ibi fieri fortè fundator maluerit,à dilectione,ait,tua presbyterum nouerit postulandum , vt nihil tale à quolibet alio sacerdote vllatenus præsumatur.lib.8.cap. & epistola. 3. Episcopo Neapolitano idem scribit , locum quendam vt studeat in honorem SS. martyrum solemniter cum debita veneratione consecrare. Sed quoties Missas ibi fieri voluerint ergentes illic monachi, presbyterum ab eo postulandum, & nihil tale ab alio sacerdote præsumendum. Habes hactenus sacra regularibus (quos vocant) à clericis (vt& hodiè loquuntur) secularibus ministrari per hunc pontificẽ permissa, imò iussa,per quem

tamen licuit & illic eadem in ſuis monaſteriis miniſtra re. Sic enim Vrbico abbate cum aggregatione ſua magnoperè poſtulante presbyterum, qui ſacra Miſſarum ſolennia in eorum monaſterio celebraret, Panormitanum hortatur epiſcopum, lib. 5. cap. 141. epiſtola. 41. Vt eum, cuius vita, mores, actio tanto miniſterio conueniret, de illa congregatione electum conſecraret, quatenus petens nec pro hac cauſa egredi, nec extraneum ſibi ad peragendum ſacrum cogatur adducere. Eidem lib. 7. cap. & epiſt. 92. Aliis monachis idem petentibus, & presbyterum de ſua ſibi congregatione pro ſacris Miſſarum ſolennibus peragendis conſecrandum, ſcribit vt ordinet, ſed iugiter illic, id eſt in monaſterio permanſurum, nō in Eccleſia aut alio loco obſeruaturum, quatenus non alibi occupatus, in officio ſuo aſſiduus inueniatur & vtilis, & quæ ſibi eum ordinari poſtulauit congregatio, quoties neceſſe fuerit, eo ſacrificii ſolennitatē veneratione debita celebrante, valeat refoueri. Sic ab eodem lib 1. cap. & epiſt. 12. corripitur epiſcopus de vrbe veteri, qui Miſſas in quodā monaſterio celebrari prohiberet, 16. q. 1. can. Agapitus. Habes quas vocet publicas Miſſas Gregorius, nō priuatas, nā & monaſticas etiam ſolennes vocat, ſed populares & promiſcuas, quibus ſcilicet intereſſent laici vtriuſq; ſexus, à quibus meritò metuit vir pius & timoratus, monachorum, ſed & multò magis monialium oratoriis. Vnde Lunenſi epiſcopo lib. 7. ca. & epiſt. 6. monaſterii ancillarum Dei in domo eius propria fundati oratorium vt abſque Miſſis publicis ſoléniter conſecraret ſcripſit. At reſpectæ abbatiſſæ Maſſiliæ li. 5. cap. 176. epi. 12. permiſit, vt die quidē Natalis, ſiue dedicationis ſui monaſterii, epiſcop. ſacra Miſſarum ſolennia celebraret, cathedra illic tunc tantùm tēporis ponenda, & eodem diſcedente de eodem oratorio auferenda, cęteris verò diebus Miſſarū officia per presbyterū ab Epiſcopo deputatū peragēda. Et lib. 2. ca. 97. epiſt. 58. Epiſcopū Neapolitanum adhortatur, vt oratorium in Gratioſæ abbatiſſæ monaſterio extructū, venerāda dedicationis ſolennia impēdat, & ab Ec-

cleſiæ presbyteris in eodē loco ſeruientibus Miſſæ qui dem celebrantur,nihil tamē, vt alibi ſuprà de virorum monaſteriis,moleſtiæ præter diſciplinam illaturis , ſed omni ex diuerſorum deuotione commodo accedente, Dei ibidem ancillis profecturo. Non eſt ergo quod ex publicarum Miſſarum monachis tū interdictione colligamus priuatarum ab eis inuentionem,aut etiam Gregorio aſcribamus,quando præter-tā multa dicta dicendaque,& ex can. Et hoc attendendam,de Conſ.diſt.1. qui & à D.Caſſandro aſcribitur in Liturgicis cap.33.ex libro eius capitulari, cap. 45. ſi cuius titulo à Gratiano citatur,Auguſtini eſſet,multò anteriores probaret. Cauit autem,quiſquis fuit,vt Miſſæ peculiares (gloſſa priuatas interpretatur)quæ per dies ſolennes à ſacerdotibus fiunt,non ita in publico fiant, vt propter eas populus à publicis Miſſarum ſolennibus, quæ hora tertia canonicè fiunt,abſtrahatur, ſed qui in vrbis circuitu ſunt aut in vrbe ſacerdotes & populus, in vnum ad publicā Miſſarum conueniant celebrationem. Atque hoc eſt, quod antè in Agathenſi canone 21.parochiarū demùm conuentus legitimi ordinariique vocantur. Quas Eccleſias ſi vel à barbaris,vel aliàs quouis modo incendi cōtingeret,permiſit Synodus Triburienſis in can. Concedimus,donec ea inſtaurarentur, Miſſas in capellis cum tabula conſecrata celebrari,in itinere quoque poſito,ſi Eccleſia deeſſet, ſubdiuo, ſeu in tentoriis , cum eadem modo tabula altaris , reliquiſque ſacris ad id officium pertinentibus myſteriis. Hæc denique omnia , vt poſitiua , in Eccleſiæ & Epiſcoporum manu repoſita ſunt, vt in can. Miſſarum eadem Synodus cenſuit,earum ſolennia vt non vbique celebranda , ſed locis ab Epiſcopo conſecratis, ſic vel vbicunque permiſerit. Quorum canonum, quando in eo Concilio non occurrunt , ſit fides penes Gratiarum , & qui eos citat lib.2 . de Presbyter. Iuonem. Fuiſſe & principibus viris ſua domi cuiuſque ſuæ oratoria & ſacra cùm aliunde , tum ex eodem Gregorio conſtat , in diſcordia inter Venantium patritium & Ioannem epiſcopum , ob quam hic in il-

lius domo sacra Missarum solennia celebrari vetuisset, Reconciliat eos pontifex, & vtrique scribit, vt charitate seruata suam causam agentes, alter in alterius, Episcopus in patritii domo mysteria non tantùm peragi sinat, sed & si hic voluerit, ipse peragat. Lib. 5. cap. 142. 143. Epistola. 42. 43. Quid quòd principibus non palatina modò, sed & castrensia, & proinde portatilia fuerunt oratoria? Sic enim de Constãtini verè Magni magno in Christianam religionem fauore ac studio referunt historiæ Ecclesiasticæ, Eum præter templum seu oratorium, quod in Regalibus & Imperiali palatio cõstruxit, motarium aduersus Persas bellum, etiam Tabernaculũ, perinde atque Moses in solitudine fecit, ad Ecclesię formam fieri curauisse, & ecclesiam portatilem circumuexisse, vbicunque locorum esset, maximè in bello, vt vel in itinere & expeditione, & cum exercitu degens, & dum aduersus hostes castra metaretur, & in locis etiam desertissimis, vbi opus esset Deum colere, laudare, orare, Diuinaque mysteria participare deberet, paratam haberet cum militibus suis ædem oratoriam: Quam consequebantur, & veluti ad vetus Tabernaculum, semper præsto erant sacerdotes atque Diaconi, assiduè ministeria sacra, iuxta statas Ecclesiæ ceremonias, obeũtes. Ex quo etiam tempore Romanorum legiones singulę singula tabernacula struxerunt, sacrosque eis ministros distributos habuerunt, Socrat. Sozomen. Tripartit. lib. 1. cap. 18. 8. 9. Nicephor. lib. 7. cap. 46. In his autem castrẽsibus & militaribus sacrariis minùs multò credibile sit perpetuam omnium fuisse militum presertim communionem, ac proinde non leuis est coniectura, Missis priuatis, id est, in quibus ne presentes quidem sacra symbola sumerent, aliquem iam tum locum esse potuisse. Multò itẽ minùs Monachos earum tanto præsertim numero autores fuisse, cùm è contrario scribat Palladius in Lausiaca historia, cap. 7. Monachos eo seculo sub Arsacio abbate magni Antonii coæuo degentes, ad Ecclesiã sabbato & Dominico venire solitos, ei autem Ecclesiæ octo prẹfuisse presby-

teros,quorum quandiu primus viueret,nullus alius offerret,iudicaret, sermonem haberet , sed tacitè solùm cum eo sederent. Et idem tantò pòst videtur voluisse B. Franciscus, tantus vtique mendicantium cœnobitarum patriarcha , sic ad sacerdotes ordinis sui scribens, Moneo vos & in Domino exhortor, vt in locis in quibus fratres morantur,vna tantùm in die Missa celebretur,secundum formam S.R.E.Sin ibi plures fuerint sacerdotes , sic sit per amorem charitatis alter contentus audire celebrationem sacerdotis alterius.Huius autem scripti sit penes Cassandrum fides in Liturgicis,cap.34. Nam nihil tale in B.P.regula vel testamento obseruaui.Longè mimis quod Alexander Alesius ad Iacobum V. Scotiæ Regem scripsit , eundem nullam voluisse in singulis Monasteriis fieri Missam , præter vnam publicam, id est , in qua sacramento sacramentaliter fratres participarent. Et audire enim paulò suprà legis , non participare alterum alterius sacrum adhortantem. Secùs posteritas obtinuit & consuetudo , etiamsi non alij frequentiùs communicant. In tanto igitur clericorum laicorum hodiè, vt & iam olim tẽpore,lentore, algore sacris communicandi & vel,vt ita loquar, interessendi, vt non solùm non quotidiè , non Dominicis singulis, ac nec ter quidem in anno , sed vix semel quotamuis communicet,iuxta Innocentianum seu Lateranensem decretalem , *Omnis vtriusque sexus*, Aufer (aiebat ante annos plus quadringentos pius quidam pater, quôque non alter ferè tum in scripturis magis illustratus aut exercitatus)aufer inquam, ab Ecclesiæ cœtu *quotidianus* saluatoris nostri huiusmodi (quæ superfunt) exequias, & videbis quàm meritò ipse dicat, Quæ vtilitas in sanguine meo? Psal. 29. Refrigescente enim ea , quæ hoc modo (hoc vtinam saltem modo) nunc vbique calet eius memoria , refrigescet & vniuersa charitas , Matth. 24. muta erit fides , claudicabit spes , conticescet magnus ille clamor sanguinis iusti Abel , Gene. 4. Hebr. 12. qui per traditum tanti sacrificij ritum *Quotidiè* reparat vocem , *quotidiè* laxat os *bibentis* & vociferantis

terræ ſcilicet Eccleſiæ, maledictum coarguentis Cain, & maturam ſanguinis indignè fuſi vindictam repoſcēs. Calente igitur memoria tam celebri, charitas Chriſti concaleſcit, perſtat ſuper fundamentū ſuum ædificium fidei, ſpes *Quotidiana* peccatorum remiſſione reuiuiſcit Magna enim charitatis arte, pigmenta ſua Dei ſapientia compoſuit, quibus lethargicam magni ægroti mentem renouata *Quotidiè* ſuæ ſalutis commemoratione percelleret, & infantilium edentulam plebem animarū quę Verbi antiqui & æterni principii ſolidum nequibat terere & ruminare cibum, dulciſſimo hoc liquamine confecto, Verbi eiuſdem diuinitatē in panis & vini ſacramēto SORBILLARE cōſuefaceret. Hęc D Rupertus Tuitiēſis de Diuinis officiis lib 2. ca. 10 Quod etiā & quidem breuiùs tantò anteà ſcripſerat Auguſtinus de ciuitate lib. 10 cap. 20. Cuius, inquiens, rei (ſacrificii vtique quod Chriſtus ſacerdos fuit, offerens ipſe & oblatio) ſacramentum *Quotidianum* eſſe voluit ſacrificium, quod vbique offertur ſub ſacerdote Chriſto. lib. & cap. 17. toto orbe terrarum. lib 1. contra aduerſarium legis & prophetarum, cap. 20. Imò & offerri in Eccleſia Catholica non ceſſat, vt & præallegauimus, ex lib. ad Petrum Diacon. cap. 19 Cùm ergo cleri quidem oblationem in Catholica Eccleſia quotidianam fuiſſe toties teſtentur, populi verò cōmunionem alicubi vix annuam expoſtulent, quotidianam autem, ſiue quoties offerretur (quotidiè autem oblatū, vt dixi teſtantur) adeò non vrgeant aut præſcribāt, vt ſicubi ea fuerit, nec probent, nec improbent, ſed indifferētem, ac proinde liberam relinquant, nónne ſatis clarè coniicitur priuatas, id eſt clericorum, laicis licet non communicantibus, Miſſas multò antè celebrari cœptas, quàm ſibi hodiè ac ſuis nouatores & reformatores ſuadeant, intra annos ſcilicet quadringētos? Atqui totidem propè annorum centenariis, Carolus Magnus, vt in eius conſtitutionibus paſſim legere eſt, ſtatuerat Miſſarum celebrationes, preces, ſolēnia intentis animis adeunda, diebus feſtis & Dominicis ad Eccleſias conueniendū, nec antè

sacerdotalem benedictionem exeundum. Presbyteros eis diebus ad domum nemini suam inuitãdos ad Missam faciendam, non ait ad communicandum: nec credibile est festis tum omnibus omnes Eucharistiam in templis sumpsisse. Cuius hæc quoque legitur constitutio, Vt omnes fideles communicent, & ad Missas persteut in Synodali deprecatione. Quæ qualis fuerit, mihi modò non occurrit. Et ad finem Scholiorum Vitus Amerbachius testatur inspectum sibi altare, quo tantus bellator in castris vsus, in monasterio sancti Emerani Regensburgeñ. Quod non procul ab initio constitutionum ita scribit episcopis, Auditum est aliquos presbyteros Missas celebrare, & non communicare, quod omninò in canonibus Apostolorum legitur interdictum, nõ eram allegaturus (non enim hîc agimus num sit sacrificantibus communicandum) nisi subderet, Quomodò dicere rectè potest, si non communicauerit, *Sumpsimus Domine, sacramenta.* Viderimus ergo quomodò Imperator expenderit verbum, *Sumpsimus*, & num eodem modo à nobis cum tot similibus orationibus (de quibus antè) expendi possit. Est autem canon Apostolicus 8. siue 9. anteà cum aliis productus, quòd ministri altaris oblatione celebrata communicare debeant. Cui contrariam quorundam sacerdotum, oblatis Deo sacrificiis, non communicantium consuetudinem sustulit can. 5. Concilij Toletani 12. allegatus in ca. Relatum. de Consecrat. distinct. 2. iubens vt quoties quis vel in vna die sacrificat, toties & participent. Nam quale alioqui erit sacrificium, cùm ne ipse quidem sacrificans particeps fuerit? per hoc autem particeps fit, quòd de sacrificio sumit, iuxta illud 1. Corinth. Nónne qui edunt hostias, participes sunt altaris? Ad quos fortè canones alludens Valafridus, qui & vbi suprà. Quoties, ait, sacerdos in die Missas facit, communicare non omittit, id si non faciat, canonico feriendus iudicio. Sic antè ex Dionysio diximus, sacerdotẽ priùs ad sacram communionem conuersum, reliquos deinde vt communicarẽt, hortari in primitiua Ecclesia fuis-

se solitum. Porrò quod habet Caroli constitutio sacerdotem, si & vbi communicauerit, tum rectè demùm dicere, *Sumpsimus*, &c. non puto sensisse ministros pro aliis non offerre tantùm, sed & manducare, quasi quædam populi ora sint ac etiam ventres (absit verbo inuidia pariter & calumnia) Caroli seculo fuerit (ni fallor) recentius, fortè Scholasticorum, nec eorum omnium. Vnde Lyranus ad id Luc. 15. Et cœperunt epulari, In primitiua, inquit, Ecclesia non solùm eius ministri sumebant hoc sacramentum, sed etiam totus populus quotidiè, Act. 2. Et adhuc semel in anno quilibet Christianus tenetur refici hoc sacramento. Reficitur etiam quotidiè, quia sacerdotes non solùm sumunt hoc sacramẽtum pro se, sed & pro populo. Meliùs (mea quidem sententia) & securius Aquinas, part. 3. quæst. 79. artic. 7. Eucharistiæ, cùm ea non solùm sacramentum sit, sed & sacrificium, sumptionem, ad oblationem & rationem pertinere sacrificij. Sumentibus ergo vtroque modo prodesse: non sumentibus, posteriore tantùm de vtrisque canon: de illis quidem, vt quotquot ex hac altaris participatione sumpserimus. De his, pro quibus tibi offerimus. Et vtrunque proficiendi modum Christum expressisse, dicentem, Luc. 22. 1. Cotinth. 11. Qui pro vobis (vtique sumentibus) Et Matth. 26. Mar. 14. pro multis (scilicet aliis) effundetur, &c. Hæc ille, etiam si non nesciuit hæc Domini verba aliter quoque exponi posse. Sic Aquinas propius veteres, apud quos cùm tam sæpe recurrat, ministros & pro aliis offerre non temerè vsquam apud eos legeris, alios & pro aliis sumere, bibere, manducare. Vt Augustini, præter eius tam multa anteriora, titulo can. Vtrum sub figura. De consecrat. distinct. 2. Christum, Christique verè carnem & sanguinem *Quotidiè* pro nobis, pro vita nostra immolari dicit, non ab aliis pro aliis sumi. Orationes ergo postcommuniales pro communicantibus, vt & ex Rationariis Ecclesiasticis prædiximus, institutæ, communione tamen desita, retentæ, vt & alia in sacris plura, commonent potiùs quid olim factum sit, ac proinde

facere debemus, quàm quid faciamus. Id genus certè orationum cum communione vel aliquandiu desiisse aut intermissum esse, vel mutatum constat ex Micrologo, scriptore licet non admodum prisco. Sic enim habet cap. 51. De oratione super populum. Presbyter post communionem pro solis communicantibus solet orare. Populus autem etsi quotidiè in Quadragesima conueniat, non tamen quotidiè, vt deberet, communicat. Ergo ne populus sic oratione vt communione careret, adiecta est oratio super populum, in qua non de communicatione, sed populi protectione specialiter oratur. Et omnes quidem iuxta sancti Ambrosij attestationem in Dominicis diebus communicare deberent, quibus oratio post communionem pro benedictione sufficere deberet Sciendum autem iuxta antiquos patres, solos communicantes diuinis mysteriis solitos interesse. Vnde & ante oblationem iuxta canones iubebantur exire catechumeni & pœnitentes, qui videlicet nondum se ad communicandum parauerant. Hoc ipsa quoque sacramentorum innuit cõfectio, in qua sacerdos non pro sola sua oblatione & communicatione, sed & aliorum rogat: & maximè in oratione post communionem pro solis communicantibus orare videtur. Nec propriè communio dici potest, nisi plures de eodem sacrificio participent. Apud Græcos etiam legitur excommunicandus, qui vsque ad tertiam Dominicam non communicauerit. Beati quoque patres Ambrosius & Augustinus ad quotidianam nos cõmunionem hortantur. Quod quia hodie nec ab omnibus presbyteris, nedum laicis obseruatur, congruè adiecta est oratio super populum, vt vel eo tempore vltima benedictione populus non careret, quo tamẽ communicare non soleret. Hinc & illa modernis consuetudo, quæ non fuit antiquis, inoleuisse videtur, vt & in aliis temporibus presbyteri post finem Missæ benedicant, ne populum ita benedictione, vt communione priuatum discedere permittant. Hæc ille Micrologi titulo ante paucos annos cusus & recusus, sed anno 1518. hîc Bernoni, id est,

autori ſuo vendicatus & impreſſus, ſub titulo de officio Miſſæ. Et hunc enumerat inter eius ſcripta Tritemius, quem abbatem Augienſem fuiſſe ait,& claruiſſe anno Domini 120. qui quæ de Græcorum communione ſæpiùs quàm menſtrua dixit, vellem probaſſet, vix enim animam fuiſſe probauimus. Niſi quod ei ſubſcribit Valafridus cap. 20. in quo multa de hac re partim antè indicata. Vt tandem finiam, ídque alienis, vt cætera mea, verbis, Sunt qui requirant in Miſſa communionem. Sic (fateor) fuit à Chriſto,& olim ita conſueuit (aliquandiu) obſeruari. Verùm id quominùs fiat, haud ſtat per ſacerdotes, ſed per laicos, in quibus heu nimiùm refrixit charitas. Cœleſtis ille cibus non obtrudendus inuitis, aut nauſeantibus, auidè petentibus non negabitur. Nunc quæ poſſit eſſe communio, cùm quibuſdam in locis templa vacua ſint communionis tempore? Quidam aſperſi mox domum abeunt, & ante introitum faciunt exitum. Alij poſt auditum, nec intellectum Euangelium. Atqui poſteaquàm ſacerdos dixit, *Surſum corda*, & *Gratias agamus*, tum præcipuæ populi partes erant, cùm tacente ſacerdote quiſque cum Deo loquitur. Atque interim illi fabulantur in foro, aut potant in popina, verecundius licet iis, qui toto ſacro nugantur in templis. Denique tametſi inter ſacrificantem & aſſiſtentes non eſt ſignorum ſacramẽtalium communio, *Quæ nec olim inter omnes fuit*: Eſt tamen ſacræ doctrinæ, piæ exhortationis, precationis, laudis & gratiarum communio. Commune igitur quod viuificat, Ioan. 6. illud commune non eſt, quod ſine illis nihil prodeſt. Sic Eraſmus in Pſalm. 83. de amabili Eccleſiæ concordia. Quid autem homini vni, multæ adeò licet lectionis, aliud in mentem de hoc veniſſet: cùm nuper Tridenti Patres vtique tam multi, tam docti, tam exercitati, non aliter tamen ſoluendo aut reſoluendo fuerint? Sic enim habet Seſſione 22. doctrinæ de ſacrificio Miſſæ, cap. 6. Optaret ſancta Synodus, vt in ſingulis Miſſis fideles aſtantes, non affectu tantùm ſpirituali, ſed ſacramentali quoque Euchariſtiæ perceptio-

ne communicarent, quò ad eos sanctissimi huius sacrificij fructus vberior proueniret: Nec tamen, si id non semper fiat, propterea Missas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, vt priuatas & illicitas damnat, sed probat, adeóque commendat. Siquidem eæ quoque verè communes censeri debent, partim quòd in eis populus spiritualiter communicet, partim verò, quòd à publico Ecclesiæ ministro, non pro se tantùm, sed pro omnibus fidelibus qui ad Christi corpus pertinent, celebrentur. Et can. 8. Si quis dixerit Missas, in quibus solus sacerdos sacramentaliter communicat, illicitas esse, ideóque abrogandas: Anathema sit.

FINIS LIBRORVM DE EVcharistia & vtraque Missa.

INDEX

INDEX RERVM ET VERBORVM MAXIME INSIGNIVM

IN LIBROS DE ADORATIONE ET Eucharistiæ, déque priscis huius cultus ac modernis aduersariis: cuius A primam paginæ faciem, B postremam denotat.

A.

ABelardica, de Eucharistia 138.b
Absentia sacramentaria 189 b
Acephali hæretici cur sic dicti 63.a
Accidentia concreaturæ 165.b
Accipite, Bibite, Edite, hoc facita verba sunt pluralia 215.a
Actio in sacramentis quàmdiu duret 158.b
Actio cessante non cessat sacramentum 158.a
Adoramus in Christo ab angelis 82.a
Adoramus Dominum audita recitatione sacrorum verborum 187.a
Adoratio indifferens & libera 195.a
Adoratio 189.a
Adoratio seruituti coniuncta 82.b
Adoratio conditionalis 27.b
Adoratio externa indifferens 162.b
Adoratio propriæ personæ 26. 27.a
Adoratio propriè & impropriè dicta 48.b
Adoratio rerum non signorum 178.a
Adoratio externa sola hypocrisis 156.a
Adoratio duplex 161.b. 62.b
Adoratio solius Dei 83.a
Adoratio soli Deo debita 83.a
de Adoratiõe Eucharistiæ, Scholæ recentioris sententiæ 69.a
Adoratio personæ, non naturæ

propriæ 87.b
Adoratio iusta & necessaria, ergo non libera 158.a
Adoratio libera periculosa 156.a
Adoratio corporis Domini omnibus fidelibus certa 9.a
Adoratio extra vsum & ad non communicantibus 3.b
Adorationis Eucharistiæ gestus exterior 66.b
de Adoratione Eucharistiæ scholasticorum resolutio 23. 24. & sequent. 63.
Adorantium gestus aliis, alij 96. b
Adorationis causa inseparabilis ab humanitate diuinitas 96.b
Adoratio libera 203.b
de Adoratione Eucharistiæ Erasmica examinata 26.a.& sequentibus.
Adorationis metu tollit præsentiam Zuinglianus 170. a
Adoratio audito euangelio, vel symbolo 182.b
Adoratio simplex an conditionata 186.a
qui non Adorant Herodiani 5.a
Adorant & manducant etiam mali 6.b
Adorare in mysteriis 187.a
Adorare ad certa symboli aut euangelij verba 178.a
Adorare & colere an idem 181.b
coAdorare angelos nobiscum & sacris interesse 9.b.10.a. & sequentibus.
vt Adorauerunt patres 157.a.b
Adultera malefica 13.b
Ætij fabulæ & errores 79.b
Agnus Dei cantus Christum adorant, & orans 8.b
Agnus paschalis totus comedendus 139.b
Agnus immolatur 199.b
Agni paschalis ossa igni tradita 55.b
Alæ dilectionis duæ 197.b
Alæ siue pennæ Christianæ 199.a
Albigesia, de Eucharistia 140.b
Alimenti corporalis & Spiritualis differenti 61.a
Almarici hæretici de Eucharistia iudicium 140.a
ab Altari submouere 181.b
Altarium honor 18.b.honor. 109.a
Altare adoratur 86.b
Altaria, Arca, Tabernaculum templum non coadorabantur 87.a
Altare mensa Domini 202.a
Altare Christus 180.b
Altare crucis repræsentatiuum 121.a
Altare duplex 18.b
Ambrosius moribundus sumpsit sacramentum viaticum 33.b
Amor duplex 203.a
Anabaptistæ singulares 207.a
Anabaptismus 133.a
Anabapticæ cœnę fructus 206.a
Anima Christi adoranda 74.a
Animæ à verbo assumptæ adoratio 78.a
Animæ cum corpore vnius hominis honoratur 85.b

Andegaui turris 103.104.a
Angelica celeritas 191.b
Angeli ad altare 32.a
Angeli in ſacris nobiſcum orant 199.b
Angeli ad altare miniſtrant 28.b
Angeli pro nobis orant in ſacris 11.a.199.b
Angeli in myſteriis adorabundi 28.a
Angelos nobiſcum ſacris intereſſe & coadorare 9.b
Angelus Chriſtum Deum adorat, hominẽ confortat 79.a
Antiberengariani 133.a. 208.b
Antiocheni pſeudo catholici 84.a
Antropophagi 101.a
Antropophagia 99.b.100.b
Antropolatria 99.b
Antropolatræ 101.a
Anthropomorphitæ qui 52.b
Apoſtatica de Euchariſtia ſententia 105.b
Apoſtoli adorauero rem non ſignum 151.b
Arca typus Euchariſtiæ 48.b. 50.a
Arca teſtamenti 50.b.160.b. 165.b
Arca reliquiarum 48.a
Ariomanitæ hæretici 78.b
Armenica de Euchariſtia Schiſmata 125.a
Arrabo vitæ æternæ 91.a
Arrianorũ error de adoratione ſpiritus 72.a
Arriani ſunt Iudæi 81.b
Arriana, de Euchariſtia 110.b
Artolatria 163.b
Aſcenſionis & Euchariſtiæ articuli 177.a
Aſinus quid 171.b
Auerroica de adoratione Euchariſtiæ 99.a.

B.

In Baptiſmate quilibet efficitur particeps corporis & ſanguinis Chriſti. 60.b
Baptiſmi & Euchariſtiæ non in cultu ratio 169.b
Baptiſmus, 157.b. polacte. 57.b
B.V. Maria genita ex viro & muliere 80.b
Benedictio myſtica 52.b
Berengarij de Euchariſtia palmodia 102.a
Berengarius author pugnæ hodiernæ de re ſacramentaria 129.a
Bertrami de Euchariſtia iudicium 126.b
Beza pomum diſcordiæ 209.a
Bezæ ad Ieſu nomen irreuerentia 178.b
Bucerana, de Adoratione 159. b.160.a
Burgandica, de Adoratione. 124.b

C.

CÆcus natus adorauit 86.a
Calix schismaticus 111.b
Calix indifferens 184.a
Calix tantum sacerdotum ibi.
Caluiniana, de Eucharistia 188.a.b
Caluini cum Tigurinis consensio 190.b
Campanarum vsus in sacris 163.b
Canistrum viminerum, Vasculum vitreum 39.b
Capernaïtica de Eucharistia sententia 101.a
Capernaïtæ 88.b
Carbo, ignitum lignum quid 70.a
Carnem Domini spiritualiter edere 89.b
Carnifex ex consule & propheta 205.a
Carnis d. priuilegium 191.b
Caro sine corpore seorsum nō adoratur 76.a
Caro vt non prosit 88.b
Caro D. à diuinitate non separata vbique adorabilis 168.a
Caro D. in mysteriis adoranda 72.b
Caro Dei templum 76.b
Caro D. duplex 175.a
Caro nō quiduis corpus 134.b
Caro Christi Dei thronus & purpura 103.b
Caro totus Christus 89.b
Catechumeni adorabant 3.b
Ceræ ignitæ similitudo 200.a
Charitas 202.b
Cherubici oratio 11.a
Christi vna persona Deus homo, adoratur, non coadoratur 87.b
Christi quibusdam duo 84.b
Christus filius vnus non duo 84.b
de Christi incarnatione 77.b
Christi corpus, Anima, Deitas 78.a
Christi nomina 75.b
Christi non plures 186.a, 187.b
Christophori 207.b
Christus ex cultu, Deus patri æqualis non creaturæ 79.b
Christus iustitia 74.b
Christus in Eucharistia, quàm in verbis præsentior 187.b
Christus idem in altari, qui olim in cruce 123.a
Christus Helias duplex in cœlo & in terra 3.a
Christus verus Deus est & viuit in sacramēto altaris 29.b
Christus simul in cœlo & in cœna 3.a
Christus in vtraque natura & vna persona adorandus 88.b
Christus cum carne patri coassidet 86.b
Christus cultu à cęteris hominibus separatus 79.b
Christus super altare colitur 65.a

Christus aliud & aliud non duo 85.b
Christus ante & post incarnationem adoratus 78.b
Christus idem vtrobique non diuisus, sed aliter atque aliter 152.b
Christus non alius & alius 85.a
Christus, Filius Dei natura nõ gratia 78.b
Christus adhuc mortalis sæpe adoratus 162.a
Christus in Eucharistia totus 65.b.
Christum vnum diuidentes 85.b
Christus adorat & adoratur 86. a
Christus vnico magis vnicus 155.a
Christus simul in altari & cœlo 103.
Christus totus in cœlo & in corde nostro 101.b
Christus vt vnus adorandus, non vt alteri alteri coadorandus 87.a
Christus vt pontifex offert nostro Deo 75.b
Christum in Eucharistia, non idolum adoramus 152.a
Chrisma in processione gestatum 54.a
Ciboria siue cibortia 40.a
Cibus mysticus 174.b
Circungestatio Eucharistiæ 158.a
Claui Christi adorantur 183.a
Clerici etiam in templis á laicis loco distincti 19.b
Clerus & populus adorabant 3.a
Coadorari quid 83.b,84.a,b, 85 b,87.a
Coadorare 84.b,85.a,86.a,b
Coadorantur in trinitate personæ 86.b
Coadorantur personæ 72.b
Coappellari quid 84.a,85.a,b
Coappellare 85.a
Cœna Anabaptistica 205.a,b
Cœnæ verborum idem sensus & sonus 170.b
Cœnæ verborum triplex expositio 207.a,208.b
Cœnæ verba vt sonant absque tropo 204 a
Cœnæ verbis nec addere, nec auferæ 191.a
Cœnæ verba figurata, verba & aduerbia 207.a,b
Cœna famosa 135.a
Colere & adorare an idem 181.b
Columbæ Eucharisticæ 42.a
Columba spiritussancti præsentis signum 188.b
Communicatio idiomatum 131.b
Communicandum nõ sæpius, quàm semel in die 159.a
Communicantes dignè 31.a
Communio publica & domestica 43.b
Communio quotidiana sine

fide non curat 65.b
Concomitantia in Eucharistia 91.a,151.a,168.a,176.a, 193.194.a,204.b
Concreaturæ 164.b,165.b
Coniungere & disiungere cõtraria 191.b
Consecrationis verba torquet Zuinglianus 169.b
Consecratio prece & verbo 130.a
Conuersatio 202.b
Conuiuium caninum 207.a
Corinthiorum abusus in Eucharistia asseruanda 43.b
Corpore Christi nihil in sacrificus maius esse potest 15.a
Corporis Domini duplex sumendi via 185.b
Corpus Deificum 192.a
Corpus Domini non minus est in altari, quàm in cœlo 30.a
Corpus Christi verum 96.b
Corpus D.Caluinus dicit finitum, sed diuinum 191.b
Corpus Christi Christus 193.b
Corpus Christi spirituale 173.a
Corpus corporeũ idem & spirituale 175.b
Corpus D.verum idem & spirituale & diuinum 176.a
Corpus Domini hîc quàm in verbo præsentius 185.b
Corpus D. nedum ore sumi 33.b
Corpus Domini quomodo honorandum 22.b
Corpus Domini admiculum & organum 76 77.a
Corpus datum apostolis, dandum & posteris 135.a
Corpus Christi in cœlo & in sacramento, aliter atque aliter 148.a
Corpus Domini adoretur ab angelis 78.a
Corpus Domini instrumentũ 89.b
Corpus Domini vnum ob idem, quomodo aliud & aliud 63.64.a
Corpus domini Dei organum 89.a
Corpus & anima 71.b
Corpus Christi manducauerunt & adorauerunt Apostoli 152.b
Corpus & sanguinem Christi primùm apostoli non acceperunt 15.b
Corpus Christi verum 77.b
Corpus D.in disco, sanguis in poculo 98.b
Creatum & adorandum pugnant 80.a
Creaturę vox,an Christo eiusque naturis conueniat 90.a
Creaturæ nomen seruum non liberum 80.a
Cruor & sanguis 201.b
Crucem adoramus 86.b,87.b
Crucifixum adoramus 80.b
Crucifixus adorandus 86.b
Crucis cultus vniuersalis 183.a

Crucis signi miraculum 12.b
Crucis signacula 95.b
In Cultu diuino obseruanda quæ 87.b
De Cultu Eucharistiæ Gentilia 91.b.92.a

D.

De qua Christus passus est tabus de causis hostia nõ offertur 62.a
Deificum sacramentum 31.a
Deificum D.corpus 32.a
Deus adoratur, homo adorat 82 b
Deus in homine adoratur 74.b
Deus homo factus,non homo à Deo assumptus 84.a
Dextera Dei 161.b.166.a
Diaconi vox in sacris 199.a
Diaconi Eucharistiam ab alio consecratam & asseruatam sumebant 40 b
Dilectionis duo prȩcepta 197. b.alæ totidem ibidem.203.a
Dæmones cùm Eucharistia circunfertur miris modis terrentur 50.a
Dæmones signo crucis fugantur 12.b.
Dominus vobiscum ex antiqua autoritate,assumptum 210.a
Dominicæ diei mysterium 66 b
Donatistica, de Adoratione Eucharistiæ 116.a
Dulia 69.b 71.a

E

ECce hîc aut illic Christum ostendentibus non credendum 154.b
Ecclesia Angelorum & Archãgelorum locus 10.a
contra Ecclesiæ statum 204.b
Ego,id est corpus meum 193.b
Eleuatio quadruplex 202.b
Eleuatio panis & calicis 162.a
Eleuatio quid designat 95.b
Eleuatio est ventilatio sacrificio veterum 95.a
Eleuatio sacramenti 93.b 184.a
Emmanuel 83.b 84.a
qui Emmanuelem diuidunt in hominem propriè & deum verbum propriè anathematizantur 85 b
Emissa vrbis 182.a
Epinition Christianæ religionis Iudaico magnificentius 150 b
Episcopalis salutatio ex autho ritate diuinæ scripturæ profluit 210.a.b
Est,non significat 190.b
Eſytius, siue Isychius, quis cuius & quando 55.b
hæc verba *Et omnium circun astatum*,quid 212.b
Eucharistia dæmonibus formidabilis 12.a

Eucharistia calcata 206.a
Eucharistia sacrificium est, & oblatio nedum sacramentum 163.a
Eucharistia in necessitate manu sumpta. 41.a
Eucharistia equo albo phalerato circunferri solita 50.b
Eucharistia pro infirmantibus semper parato esse debet 16.a.b
An Eucharistia pueris olim data, aut etiamnum danda 56.57.a
Eucharistia preces 70.a
Eucharistia episcopis catholicis Missa 40 a
Eucharistia superuenientibus data 40.b
Eucharistia non vbiuis, &c. consecranda 159.b
Eucharistia pro cibo solidiori 57.b
Eucharistia extra vsum asserua ta cultáque 64.b
Eucharistia sacramẽtum 142.b
Eucharistia demi asseruata & sumpta. 42.b
Eucharistia non nisi â Iauinis sumenda. 16.a
Eucharistia quo sensu piè dicitur adorari? 162.a
Eucharistia Episcopis asserua ta. 40.b
Eucharistia ad monachos deleta. 41.a
Eucharistia ante omnẽ cibum quotidiana 41.a
Eucharistia plusquã arca 168.b
Eucharistiæ domi asseruatio sublata. 44.a. peregrè profecturus delata 44.a.b
Eucharistia antitypon & prototypon 65.a
Eucharistia ad moniales portata 42.b
Eucharistia superuenientibus catholicis asseruata 40.a
Eucharistia sub vtraque specie seruata 39.b
Eucharistia canibus obiecta 116.b
Eucharistia, cœlestis actio 198.a
Eucharistia mortuis dare vetita 46.a
Eucharistia mortuis data & consepulta 45.b
Eucharistia etiam non sumpta adorata 64.b
Eucharistiæ reliquarum alicubi incensio 54 b
Eucharistiæ asseruatio propter infirmorum cõmunionem. 39.a
Eucharistię sacramento nemo fraudandus 34.b
In Eucharistiæ sacraméto tua proponuntur 24.b
Eucharistiæ, & scripturæ & conciones 182.b
Eucharistiæ minister homo, non Angelus 11.b
Eucharistię S S. miraculum 12.b.13.a.b
Eucharistiæ ab aliis sacramen-

tis differentia 159.a
De Eucharistiæ cultu, Iudaica 93.b.
Eucharistiæ latria debetur 24.b
Eucharistiæ reliquiarum per pueros absumendarum ritus 56.a.b
Eucharistiæ cultus varii 50.b
Eucharistiæ à nouo sacerdote per dies xl. olim sumptæ ritus 63.a
Eucharistiæ effectus 125.b
Eucharistiæ festum, circũlatio, cultus, ostensio & processio 46 a 47. & sequentib.
Eucharistiæ sacræ circunlatio 47.a
De Eucharistiæ adoratione sub pane ex Rabinis prædictiones 93.94.a.b
Eucharistiæ sumptæ à moribundis exempla illustria 33 a
Eucharistiæ epitheta. 109 a
Eucharistiæ & Fimbriæ allusio 65.a

DE EVCHARISTIÆ cultus priscis ac modernis Aduersariis.

Abelardica 138.b
Algenensia 140 b
Albanensia 140.b
Albigesia 140.b
Almariciana 140.a
Althamerica 167.b
Anabaptistica & rustica 203. 204.a
Apostatica 105.b
Armenica 125.a
Arriana 110.b
Auerrona 99.a & sequen.
Beguaritica 141.a
Beguinica 141.a
Berengariana 102 a.129.a
Bertramica 128.a
Buceriana 159.b
Burgandica 124.b
Caluiniana 188.a.b
Capernaitica 101.a
Donatistica. 116 a
Eutychiana 100
Herenciana 133.a
Hussitica 144 b
Iconomachica 117.a
Iudaica 93.b & sequentibus
Fratricellica 141.a
Gentilia 91.b
Lutheriana 155.b
Mahumetica 126 a
Manichaica 106.b
Martyriana 178.b
Melanchthonians 155.b
Messalianica 125.b
De Missa publica & priuata. 210.& sequentibus
Nestoriana 100
Oecolampadiana 167.b
Oratoria in domo propria habere licuit 225.b
Petrobussiana 133.a
Philosophica præsertim Auerroica 99.a

Remnitiana 165.a
Ruſtica & Anabaptiſtica 203.b 204.a
Saracenica 126.a
Scotici 127.a
Surſum corda exponitur contra hæreticos 195.196.a b.& ſequentibus
Vbiquiſtica 123.a
Vadianica 176.b
Vvaldẽſia 145.146 a & ſequentibus
Vrbiciana 108.b
Vueſtphalica 161.a
Vvicleffica 142.b
Zuingliana ſiue cingliana 169.a
Euchariſtiam S. Hieronymus moribundus adorauit 30.b
Euchariſtiam honorantiũ tres gradus 99.b
Euchariſtiam & in hominibus etiam mortuis adorant angeli 13.b.14 a
Euchariſtiam videre & colere 173.a
Eulogia benedictio myſtica 174 b
Exemplum Regium 145. a
Extraordinarii miniſtri, inordinati 147.a

F.

Facere, quam vini habeat 143.a
Ferrum & ignis 71.b
Feſti Euchariſtiæ author 46 a.b
Fides ſummum Venerationis opus 45.a
Figura quid 121.b
Filii D. adoptiui qui 78.b
Filii allegoricè dicti 79 b
Filios duos qui dicant 86.a
Filius vnus non duo 78.b
Filius & Spirituſſanctus patri coadorantur 80.a
Filius vnus non duo patri coaſſidet 85.b
Filius patri ſimilis, nec adæquatus 79.b
Filius cum corpore patri coaſſidet 86.b
Fimbria Chriſti adoratur 183.a
per Fimbriam veſtimenti operatus eſt Chriſtus 87.a
Fimbriæ & Euchariſtiæ alluſio 65.a
Flammeum corporale 66.a
Flectamus genua leuate cur non dicitur diebus dominicis tempore quadrageſimæ 67.a
Fœminæ ne infirmos communicent 39.a
Fratricellica, de Euchariſtiæ 141.a

G.

Gabaonitæ 51.b
Geniculatio in cœnis per Caluinum non permiſſa

194.b
cur Genua non flectuntur post Pascha 67.a
Gladius ignitus quid referat 70.b
Gorgonia ægra Eucharistiam adorans conualuit 65.a

H.

HAbitare & adesse differunt 168.b
Hanc igitur oblationem quid, 212.b
Hæretici, Micholitæ 50.a
Helias in Helisæo duplex 3.a
Henriciani hæretici 9.a
Herodiani qui non adorãt 5.a
S. Hieronymus moribundus Eucharistiam adorauit 30.b
de His qui imitantur mysteriis 57.b
Hoc, corpus: *Hic sanguis* explicatur 150.b
Holocausta quæ 51.b
Homines seculum 59.a
Hominis natura cum corpore honoratur 85.a
Homo domini imago 99.a
Homo, microcosmus dicitur 214.a
Honor rerum non signorum 179.b
Honorantium Eucharistiam tres gradus 99.b
Hostia in manibus 9.b
Humana natura ab hominib⁹ condemnata, ab Angelus in Christo adorata 81.b
Humana natura prius serua, nunc imperat 81.b
Humanitas Christi adoranda, nedum diuinitas 139.b
Hymnus Cherubicus 11.a
Hyperdulia 69.b

I.

IConomachica, de Adoratione Eucharistiæ 117.a
Idololatræ sacramentarij 193.a
Idolum nobis impositum in aduersarios cætorum 193.a
Idiomatum communicatio 131.b
totus Iesus Christus in sacramento altaris iuxta vtranque naturam veraciter inuisibilis adoratur 25.a 27.a
Iesus princeps militiæ virtutũ domini 75.a
Ignis, Deus 55.a
In, Sub, Ex, Cum, formulas subsannant Zuingliani 147.b.
de Incarnatione verbi Dei 77.a
Incarnationis Dominicę adoranda mysteria 72.b
Incarnatio 86.a
Incendium diuinitus factum 23.24.a
Inclusio localis Eucharistię negatur 169.a

Infanticidæ 92.a
Infantes norunt in Eucharistia esse Christi corpus 182.b
Infidelis fideliũ opera faciens, ope Domini vincit 114.b
Imaginum & vasorum sacrorum differentia 117.b
Inhumanatus 83 b
Impanatio 168.b
Impanatio vt incarnatio 155. 156.a
Impotentiæ omnipotẽtia opposita 191.b
Intellectus 202.b
Intentionis oculus 201.b
Intinctio permissa, pòst vetita 39.b
Introductio 86.a
Inuinatio 147. a
Inuitatorium, vt *Venite exultemus*, &c. cur dicatur 313.b
Inuocatio vt adoratio diuinitatis atgumentum 75.a
Ioannis Hunidis pietas 34.a
Ioseph à stellis, Christus ab Ecclesia adoratus 81.a
Iosue adorauit hominem Iesum Deum 74.b
Irreuerentia externa 179.a
Ischariotæ qui 98.b
Iudas à fratrib⁹ adoratus Christus à discipulis 80.b
Iudas Scarioth Magdalenam incusat 98.a
Iudas traditor 141.b
Iudæ Iscariotæ similes qui 31.b
Iudæi sanguinem, quem fuderunt, biberunt 132.a

L.

LAc pro baptismo 57.b
Laici ne infirmos communicent 39.a
Laicis non communicantibus, clerus tamen efferebat 3 4.b
Lancea adoratur 87.b, 183.a
Lancea in sacris Græcorũ adhibita 95 b
Latria 69.b, 71.a, 78.b
Latria debetur Eucharistiæ 24.b
Laurentij medici pietas 33.b
Leuitæ diaconi 48.a
Litaniæ 70. a
Loca sancta vt adorari dicantur 48.b
Lotio ante communionem 17.a, 27.a
Linteolo sacramentum excipere 17.a
Luminarium coram sacramento vsus 32.a
Lutherus sepriceps 155.b

M.

MAhumetæ reuerentia in Euchariſt. 126.b
Mahumetica, de Eucharistia schismata 126.a, b
Mali sumunt corpus Domini 186. b
Manducare spiritualiter 27. a, b

Manuductiones familiares 71.b
Manna in primo populo Afastidium 15.b
Manna 64.a
Manus pro altari. 41.b
Manus in crucis modum formare ad Euchar. accedentes debent 2.b
Maria Dei templum 72.b
Morientium fidelium Christi, salubri viatico 35.a
Martyr Iconomachus crucis inimicus 182.b
Martyriana de Eucharistiæ adoratione 178.a
Matricidis Eucharistiæ sacramentum ad triennium denegatum nisi mors interueniat. 36.a
Melancthon de actione sacramenti 158.b
Mensa Dominica 59.a
Mensa Domini Christi præsepe 4.a
Mensa euersa 111.a
Michol Dauidé irridens 98.a
Micholitæ Eucharistiæ irrisores 50.a
Micholitæ qui 98.b
Miletiani schismatici 111.a
Ministrum indignum non cõficere, Donatismus est 147.a
Miracula Christi 78.a
Miracula Eucharistica 127.a, 153.b
Miraculum 65.a
Miraculum maximum, Eucharistia 203.b
Missa nautica & sicca 45.a
Missa priuata peruetus 9.b
de Missa publica & priuata 210.& sequentibus
Missarum pro defunctis ritus peruetustus 225.a
Missas non nisi à sacerdotibus cantandas 53.b
Missas tractare post acceptum cibum non licet 16.a
Missam fingentes & irridentes 124.b.
trium Missarum in natali Domini institutio 159.a
Missæ sub dio celebratæ 54.a
Missæ castrenses ibidem
de Missis domesticis & castrensibus 54.a
Mitrellæ virginales 117.a
Monachi quidam raro communicantes 41.b
Monachi clausstris ad communionem exibant 42.b
de Monogamia 43.a
Mors sacrificium cruentum 201.b
Mundus 59.a
Mulierem in secretarium ingredi nefas 19.a
Mulierum communio 133.a
in Mysteriis adorare 187.a
Mysterium Dominicæ diei 66.b
Mysterium quid. 121.b
Mystica signa quæ. 16.b

N.

NAtura vocabulum æquiuocum 85 a
Naturarum dualitas in Christo non in Trinitate 87.b
Naturæ & personæ vocabula confusa 85.a.87.b
Naturæ duæ vna D. persona 71.b
Nauigaturi Eucharistiam secum portabant. 44.b
Nestoriana hominis cum Deo connexio 85.a
Nestorius diuidebat Christũ in duos filios 83. a, duos filios, & duos Christos assignabat 84.b
Nestorius Christum diuidit 85.a, de Eucharistia iudicium 100.a
Nomina Christi 75.b
Nocte surgentes vigilemus omnes, &c. *Surgamus omnes ocyus*, *Audite fratres charissimi*, *Benedicamus Domino*, cum nullus adsit cur dicitur 213. b, 214.a
Nobis quoque peccatoribus famulis tuis 213.a

O.

OBseruantiæ non scindũt fidei vnitatem 64.b
Offerimus Deo per Christum 75.b
Oliua pacis nuncia 11.a
Oratorium 45.a
Oratorium Palatinum 54.a
de Oratione Stationum dies 43.a
Oratione consecratus 64.a
Oratio ad sanctam Eucharistiam 2.a
hymnus *O salutaris hostia* à quo tempore in Ecclesia cantari cœptus est 29.a
Osculanda templa atque altaria 18.b

P.

PÆdobaptismus 133.a
Pallas & velamina extra sacrariam lauare cur non liceat 10.a
Pallis non licet corpora mortuorum obuoluere 20.b
Panis corpus Domini sacramentaliter 207.b
Panis est corpus naturale & spiritale 146.b
Panis exaltatio 42.a
Panis propositionis, panis facierum 194.a
Panis supersubstantialis 198.a
Panis corpus Christi sacramentaliter, mysticum 147.a
Panis quomodo tot locis vnus 172.a
Panis benedictus 77.b, 96.b
Parmenianus de carne Christi error 116.b
Partes de Agni corpore 108.b
Parasceues hodiernus ritus Apostolicus 62.a
Patricidis longissimo tempore

salutare Viaticum negatum 36.a
Passionis Domini memoracula vbique adorata 88.a
Passionis Domini insignia organa infirmitatem nostram adiuuantia adorantur 87.b
à Pascha ad Pentecostem antiqui stantes orabant nec genua flectebant 67.a,b, 68.a
Pater author filij 81.a
Patrem nominetenus adorat, qui filium dissimiliter, nec æqualiter adorat 80.a
Patres vt adorauerunt 157.a
Patres singulos errasse potuisse, non simul omnes 179.b
Pax omnibus 211.b
Peccatrix 65.a
Pedes diuinitatis quid 70.b
Pelagiani error 59.a,b
Pennæ Christianæ 199.a
Personæ adorandæ 87.b
tres Personæ coadorandæ 80.a
Præsentia multiplex 183.b
Personæ & naturæ vocabula confusa 85.a,87.b
Personæ propriæ adoratio 26.27.a
Petra, Christus 150.b
Petrobrussiani hæretici 9.a
Petrus Abelardus hæreticus 138.b
Petrus de Bruis quis 138.a
Pœnitentiam in infirmitate petenti dandam 36.b
Pomum discordiæ Beza 209.a
Præstigiorum in sacris nihil, 103.a
Præsanctificatorum vsus 61.b
Præsentia & coniunctio veritatis cum signo 189.a,b
Præsentia alia quàm sola fide, aut tantum spiritualis 4.b
Præsentia Christi maior quòd in verbo 3.b
Præsentia Eucharistiæ magis quàm spiritualis 65.b
Præsentia localis falsò nobis imponitur 189.b
Præsentia Christi in Eucharistia cuiusmodi 189.b
Præsentia & communio opus totius Trinitatis 190.a
Præsepe Christi mensa Domini 4.a
Prece Eucharistiæ 70.a
Preces communes sacerdotis & populi esse in missa 211.b
Primogenitus vnigenitus 83.b
Primogenitus vnus non duo 86.a
Priuilegium carnis Domini 191.b
Prolatio verborum, res in sacramentis potissima 158 b
Processio ad sepulchrum 50.b
Procidentia adorantiũ 282.b
Profecturi peregrè Eucharistiam secum ferebant 44.b

Pueri Eucharistiæ reliquias absumebant 56.b
Purpura regia quid 70.b, 71.a,72.a
Purpura 82.a
Pyxides sacramentariæ 39.b

R.

REbus nedũ signatis suus semper frit honor atque cultus 15.a,b
Regium exemplum 145.a
Reliquiarum Eucharistiæ per pueros absumendarie ritus 56.a,b
Reliquiarum Eucharistiæ alicubi incensio 54.b
Reliquiarum arca 48.a
Reliquiæ sacramenti 158.a, 180.b
Reliquiæ Eucharistiæ asseruari permissæ & vetitæ 51.a
Reuerentia in tractando verbo & sacramento 157.a
Rex in literis & sigillis veneratur 182.b
Ritus traditi & non scripti 66.b
Rustica & Anabaptistica, in venerabile sacramentum 203.b

S.

SAbbata sabbathorum cur celebrata 67.a
Sacerdotum primiriuæ Ecclesiæ & modernorum differentia 30.b
Sacerdotum vita quanti sit momenti 28.b
Sacramenta superuacanea dicere impia res est 206.b
Sacramenta noua veteribus præpollent 8.a
Sacramenta æterna 51.b, exhibitiua 200.b
Sacramenta hæreticorũ 145.a
in Sacramento altaris res inuisibilis,signum visibile 25.a
Sacramenta sunt facies diuinæ 157.b
Sacramenta salutis instrumenta 157.b
Sacramentum deificum 31.a
Sacramentum panis & calicis 107.a
Sacramentum quo sensu pie dicatur adorari 169.b
Sacramentum ministri hominis,non angeli 202.a
Sacramentum altaris à Patribus sic appellatum 159.b
Sacramentum sacrum signum 102.a
Sacramentum non cessat, actione cessante 158.a
Sacramẽtarij Blasphemi 179.a
Sacramentarij à Lutheranis excommunicati 165.a
Sacramentarij Cyrillo insani 52.b
Sacramenti ne quid decidat cautela 17.a
Sacramentorum veterum & nouorum

nouorum differentia 122.b
Sacramentorum materia humiliat & erudit 185.b
Sacramentorum vis vnde est 204.a
Sacramentorum & testamentorum differentia 150.a
Sacra non cuiuis adeunda, attingenda & prophananda 19.a
Sacerdos Christi imago 121.a
Sacrificia, honores diuini Gentilium Hebræorum Christianorum 107.b
Sacrificium incruẽtum & cruentum 201.b
Sacrilegorũ pœnitentia 124.b
Sacrilegorum vltio horrenda 105.b,106.a
Salom apud Hebræos quid 210.b
Salus nulli extra Eucharistiam 60.b
Sanctos imitari nedum colere 117.b
Sanguis viuus è mensa Domini 5.b
Sanguis Christi verus 77.b, 78.a
Sanguis Christi verus 96.b
Sanguis in cratere & latere Domini 199.b
Sanguis Christi duplex 175.a
Sanguinis species data 61.b
Sanguis idem in calice, cruce, & calice 208.a
Sanguis cur non asseruatur 62.b
Sanguinem Iudæi, quem fuderunt biberunt 13.a
Sanguiflua 65.a
Santes cur & quando adorabant 66.b
Saraceni irrident Christianos Dominũ comedentes 126.a
Saracenica, de Eucharistia 126.a
Scabellum pedum D. 82.a
Scabellum pedũ Domini quomodo adoratur 87.a
Scabellum diuinitatis 70.b
Scotorum de Adoratione sententia 127.a
Scriptum Frideric. II. Saxon. ducis 192.b
Sed & cunctæ familiæ, quid 212.213.a
Sedens in throno, quid 71.b
Septuaginta seniores presbyterorum typus 64.a
Sepultura cum silentio 114.b
Serapion allator sumptóque sacramento ebur 34.b
Seruitutis nostræ. 213.a
Sæculum, homines 59.a
Signa mystica quæ 16 b
Signa reuerenda 166.a
Signa consecratione transeunt in signata 5 b
suis quoque Signis, nedum signatis rebus honor semper fuit, atque cultus 15.a,b
Signis honor non defuit 66.a,b
Signum figuratiuum 142.b, contentiuum 143. a,

exhibitorium ibidem b
Signum quid 121.b
Silentium inter sacra, genus adorationis 28.b,29
Similitudo carnis & sanguinis 101.b
Solis simile 204.a
Sorbonici veteres, de adoratione 189.b
Species quid 121.b
Spiritualiter manducare 27.a.b
Spiritus viuificat, caro non prodest 136 a
Spiritus adorandus 72.a
Spiritus Domini caro 89.a
Spiritus vinculum 190.a
Spiritussanctus in altari 112.b
Squillæ in sacus pulsus 97.b.
Stare & constare quid 199.b
contra Statum Ecclesiæ 204.b
Substantia corporis & sanguinis Domini 189.a
Substantialiter 195.a,b, 192.a,208.b,
Summa ministeriorum fidei 49.a
sacræ Supellectili sua etiam seruata semper reuerentia 18.a
Supplicio extremo pro scelere addictis in Gallia Viaticum salutare negatur 37.a,b
verba *Sursum corda, Habemus ad Dominum* quid nos admoneant 195.196.a, 189. 181 a
Sursum corda 161.a, non significat localiter ibidem b
Synaxes suas qui esu humanarum carnium polluebant 92.b

T.

TAbernaculum veteris testamenti 161.a,165.b
Tabernaculum 81.b
Templa atque altaria osculanda 18.b
Templum Dei corpus Domini 80.b
Templum in Bernensi agro fimo opletum 144.a
Templum vetus noui figura 76.b
Templum 161.a,168.b
Templum portatile 54.a
Templum circa propitiatorium 76.b
Templipetæ, siue Templicremi 145.b
Templorum vsus 144.a
Terra scabellum Domini 72.a
Testamenti arca 160.b, 165.b
Testamentum æternum 134.a
Thaboritæ qui 31.b
Theatra post sacra 5.a
Thomæ Munceri impietas 203.b
Thronus 82.a
Tradita & non scripta 66.b

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Turris sacramentaria. 41.a
Tuba argentea olim leuitæ clangebant in suis sacrificiis 97.b
Trinitatis adoratio non plures 87.a
Trinitas adoratur 73.a
Trinitas, P.I.S. 70.b
Trinitas sola adoranda 80.a
Trinitas vna, Deitas, Adoratio 79.b
Trinitas adoratur, non quaternitas aut dualitas 87.a

V.

VAsa aurea Chrysostomo quæ 22.a
Vasa & velamina sacra 18.a
Vasa sanctificata ad profanos vsus transferre non licet 22.a
Vasa sacra non nisi à viris domino famulentibus tractentur 20.b
Vasa sacra ex qua materia esse debent 20.a
Vasa & corporalia munda 31.a
Vasa lignea atque vitrea ad confectionem sacri mysterii cur reiecta 21.b
Vasa mystica quæ 66.a
Vasis sacris olim honor non desini 66.a
quibus Vasis edat dominus 22.b
Vbiquistæ hæretici 123.a
Vbiquistæ Vuestphalus dictus 168.a
in Venerabile sacramẽtum impietas 203.b
Veneratio singularis 179.b
qui Veneratur signum diuinitas institutum, illud veneratur quod tale refert 17.b
per Verba Christi in sacramento altaris rite prolata Christus adest 14.a
Verbi diuini neglectum auditi periculum 107.a
Verba cœnæ, vt sonant absque tropo 204.a
Verba sacramentalia 145.b
Verbis cœnæ nec addere nec auferre 191.a
Verborum prolatio, in sacramentis petissima res 158.b
Verborum sacramẽtorum vis 156.a
Verborum cœnæ triplex expositio 207.a 208.b
à Veritate vna Veritates 72.a
Veritas spiritualis. 189.a
Veritas rerum signis cõiuncta 188.b 191.b
Verum verè corpus 209.b
Vestis nuptialis fides per charitatem operans 31.a
Vetustiora interim rudiora, non semper meliora 50.b
Viaticum salutare etiam moribundis dandum 36.b
Viaticum Pentecostes mysterium 67.a
de Viatico & multiplici Eu-

chariſtiæ aſſeruatione 33.a
Viaticum ſalutis 64.b
de Viatico ſalubri moriẽtium chriſti fidelium 35.a
Vinum eſt ſanguis naturalis,& ſpiritualis 146.b
Vitæ æternæ arrabo 91.a
Vitis vera 171.a.b
Vltio ſacrilegorum horrenda 105.b
Vnico magis vnius Chriſtus 155.a
Vnitas Eccleſiæ 146 b
Vnitatis ratio 89.a
Vnctio extrema 38.a
Voluntas Dei ratio 137.a
Vomitus aut expuitio ſacramẽti in moribundis tumenda 38.a
Vox creaturę an Chriſto eiuſque naturis conueniat 90.a
Vueſtphalus vbiquiſte cui dictus 168.a
Vuiclef Eccleſiã Anglicanam turbauit 142.b
Vxoribus Euchariſtia denegata ad tempus 36.a

Z.

ZVinglius mortis ſuæ velut præſagus. 171.a

FINIS.

PRIVILEGE DV ROY.

CHARLES par la grace de Dieu Roy de France, A noz amez & feaux les gens tenans noz Courtz de Parlement à Paris, Toulouse, Roüen, Bordeaux, Dijon, Aix, Grenoble & Bretaigne, Baillifz, Preuostz, & Seneschaux desditz lieux, Lyon, Poictiers, Orleans, Tours, Bourges, Angers, Champaigne. Et à tous noz autres Iusticiers, ou leurs Lieutenans Salut & dilection. Noz bien amez Pierre l'Huillier & Guillaume Chaudiere marchands Libraires Iurez de l'vniuersité de Paris. Nous ont faict remonstrer qu'ilz ont depuis quelque temps en ça recouuert vn liure intitulé Claudius Espencæus de Eucharistia & de vtraque Missa, &c. Lequel liure ils feroient volontiers imprimer, & mettre en lumiere: mais ilz doutent que pour les frustrer de leurs labeurs fraiz & mises qu'ilz ont faits. A ceste occasion les autres Libraires ou Imprimeurs le voulsissent semblablement Imprimer & exposer en vente sans leur vouloir & consentement s'il ne leur estoit surce par nous pourueu de remede conuenable humblement requerant iceluy. Pource est il, que inclinant liberallement à ladicte supplication & requeste, & pour aucunement releuer lesditz l'Huillier & Chaudiere des fraiz qui leur à conuenu & conuiendra faire pour mettre ledict liure en lumiere. Et aussi qu'il nous est apparu que ledit liure à esté veu & visité par deux venerables Docteurs Regens en la faculté de Theologie de Paris, suyuant leur certificat cy attaché soubz nostre contreseel par lequel ledit liure est declairé bon & catholique, & digne d'estre imprimé. A iceux l'Huillier & Chaudiere pour ces causes & autres à ce nous

mouuans auons donné & octroyé. Et de nostre grace special plaine puissance & auctorité Royal, donnons & octroyons par ces presentes, priuilege, congé licence & permission d'imprimer & faire imprimer en telle marge que bon leur semblera mettre en vente & distribuer ledit liure iusques au temps & terme de six ans, à compter du iour qu'il sera paracheué d'imprimer, deffendans à toutes personnes de quelque qualité qu'elles soient d'iceluy exposer & mettre en vente sans le consentement d'iceux l'Huillier & Chaudiere, sur peine aux contreuenans de confiscation du liure & d'amende arbitraire despens dommages & interestz enuers les parties. Voulons & nous plaist qu'en mettant ou faisant mettre par lesditz l'Huillier & Chaudiere au commencement ou à la fin dudit liure vn brief ou extraict sommaire de ces presentes elles soient tenues pour suffisamment signifiées & venues à la notice & cognoissance de tous, comme si expressement & particulierement elles auoient esté signifiees. Si vous mandons & à chacun de vous endroict soy & comme il appartiendra, que de noz presens priuilege, congé permission, & de tout le contenu cy dessus vous faictes, & laissez ledit l'Huillier & Chaudiere, & ceux qui auront le droit d'eux, ioyr & vser plainement & paisiblement sans leur faire ou donner aucun empeschement au contraire, lequel si fait mys ou donné leur estoit reparez & remettez ou faictes incontinent & sans delay reparer & mettre au premier estat & deu. Et à ce faire souffrir & obeyr contraignez & faicte contraindre par toutes voyes deuës & raisonnables tous ceux qui pource feront à contraindre: Car tel est nostre plaisir nonobstant oppositions ou appellations quelconques & sans preiudice d'icelles pour lesquelles ne sera differé. Et quelconques lettres à ce contraires.

Donné à Paris le dixiesme iour de Ianuier l'an de grace mil cinq cens soixante & treize. Et de nostre regne le treizieſme.

Societatis Jesu Paderbornæ

Par le Roy, M. Iean Iaques de Meſmes, Maistre des Requestes ordinaire de l'hostel present,

DE LANIONERE.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN